

I N D E X

Vxor si recedit à viro propria voluntate, ei restitenti dotem, obstat exceptio adulterij, c. plerique, num. 4. de dona. inter vir, & uxorem. & de dot. &c. 162
Vxor adultera reconciliata per maritum non debet perdere dotem. ibid. num. 6
Vxor committens adulterium perdit donationem propter nuptias, & bona paraphernalia, ibid. nu. 11
Vxor, an teneatur alere virum bannitum, & excommunicatum, c. per vestras, nu. 21. eod. tit. 168
Vxor an recipiat dotem suam, si vir postea efficiatur locuples, ibi. n. 22
Vxor an teneatur de bonis paraphernalibus virum alere, & vir habeat aliquam administrationem in eis, ibid. nu. 23
Vxor non sequitur virum transeuntem ad infidelitatem, c. de illis, nu. 8. de spons. & matrim. 24
Vxor an sequatur virum vagabundum, ibid. nu. 9
Vxor tenetur sequi virum mutantem domicilium, ibid. num. 11
Vxor potest repeti coram iudice, ibid. num. 8
Vxor, an sit in potestate viri, an patris, ibid. num. 12
Vxor est famula viri, ibid. nu. 14
Vxor, an sit sequestranda à viro ex eo quod aliquis petat eam, c. cum locum, num. 35. eod. tit. 34
Vxor non certificata de morte mariti non potest contrahere matrimonium cum alio, c. in presentia, nu. 1. eod. tit. 37
Vxor, ut ducatur ab eo, qui propter nominis mutationem mulierem decepit sub falso consensu matrimonij, an compelli debeat, cap. tuanos, num. 20. eod. tit. 48
Vxor, quando possit appellari sponsa, c. si inter, nu. 9. eod. tit. 54
Vxor, an possit vendicare maritum, c. attestaciones, num. 4. de despons. impuber. 62
Vxor nunquam est, qua ducitur, cum alteri desponsata esset, c. 2. nu. 1. de sponsa duorum. 71
Vxor prima cum petit virum, quem secunda, qua bona fide contraxit, defendit, quid iuris queritur, c. veniens, nume. 9. de eo qui dux. in matrim. &c. 92
Vxor incestuosi, an viro debitum exigenti teneatur reddere, cap. transmissi, nu. 8. de eo qui cogn. consan. vxor. sue. 104
Vxor potest relinquere virum propter adulterium, sicut maritus potest dimittere uxorem de iure canonico, cap. discretionem, nume. 5. de eo qui cogn. consanguineam vxoris sue. 105
Vxor, qua ex iussu mariti adulterium commisit, an possit dimitti causa

adulterij, ibid. num. 9
Vxor impotens, ut soror habenda, cap. confidit, non est, c. de bigidis & malefic. 114
Vxor afferendo, virum per triennium adhibere, si non potest, c. l. tera, num. 2. eod. tit. 120
Vxor tenetur sequi virum, quando ne esset, c. de iud. n. 7. qui matrim. accus. poss. 148
Vxor non succedit in bonis mariti etiam si agatur, vel agnatis, c. significante, nu. 9. eod. tit. 150
Vxor, an possit petere separationem, c. de m. n. m. cohabitacionem, si maritus vult eam ducere ad peccata, cap. 2. nu. 6. de diuortijs. 152
Vxor non potest dimitti sine sententia diuortij, c. de m. n. m. cohabitacionem, c. de illis, nu. 8. de spons. & matrim. 24
Vxor petens restitutionem viri, repellitur si non est, c. significasti, num. 1. eod. tit. 153
Vxor separata iudicio ecclesia potest recipere, c. de m. n. m. cohabitacionem, c. ex literis, nu. 20. eod. tit. 155
Vxor si à viro lapsa in heresim propria voluntate, c. de illis, nu. 8. de spons. & matrim. 24
Vxor conuersum redire tenetur, c. de illis, nu. 8. de spons. & matrim. 24
Vxor fratris per legem Mosaicam fratri concubina, c. de illis, nu. 8. de spons. & matrim. 24
Vxor clericus in sacris gaudet priuilegio fori, c. de foro compet. nullus, nu. 22. de foro compet. 205
Vxor clericus, an gaudeat priuilegio fori, c. de foro compet. nullus, nu. 22. de foro compet. 205
Vxor sequitur forum viri, ibid. num. 17
Vxor clericus existentis in sacris, an gaudeat priuilegio fori, c. de foro compet. nullus, nu. 22. de foro compet. 205
Vxorem ducere qui iuravit, si daret remissionem, c. de illis, nu. 1. de cond. app. 74
Vxorem relinquere iubet Deus vbicumque eam fornicationis suspicio, c. porro, nu. 9. de diuort. 153
Vxorem eius non licet capere, cuius in matrem, c. de illis, nu. 8. de spons. & matrim. 24
Vxores habere duas nunquid contra legem, c. de sponsa duorum, nu. 2. de sponsa duorum. 70
Vxores duorum fratrum olim duci non potest, c. de sponsa duorum, nu. 2. de sponsa duorum. 70
Vxores secundum genus affinitatis, c. non a bono, c. de sponsa duorum, nu. 2. de sponsa duorum. 70
Vxores plures habere ex diuina reuelatione, c. de sponsa duorum, nu. 2. de sponsa duorum. 70
Vxori pendente adulterij causa, an viro debeat, c. de sponsa duorum, nu. 2. de sponsa duorum. 70

F I N I S.

1400 40
MACHINARIA



ALEXANDRI DE NEVO
VINCENTINI,


Pontificij, Cæsareique Iurisconsultissimi,
VINCENTINAE AC TARVISINAE ECCL. CANONICL
ET IN FLORENTISSIMO GYMNASIO PATAVINO
IVRIS CANONICI INTERPRETIS CLARISS.

In Primum Decretalium Librum Commentaria

Nunc primùm in lucem edita.

CVM SVMMARIIS, ET INDICE LOCVPLETISSIMIS.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, Apud Iuntas, M D LXXXV.

Rubricarum huius Tomi
Syllabus.

De Constitutionibus.

De officio Legati.

fol 2
fol 41

ALEXANDRI

DE NEVO

VINCENTINI

IVRIS VTRIVSQUE DOCTORIS

CELEBERRIMI

In Primum Decretalium Librum Commentaria:

De Constitutionibus. Rubrica.

S V M M A R I V M .

- 1 Deus creavit hominem ad imaginem & similitudinem suam in etate virili.
- 2 Negotia plura sunt, quam vocabula.
- 3 Fundamenta ubi non sunt, ibi super edificari non potest.
- 4 Ius scriptum est nobilius ac certius non scripto.
- 5 Constitutio, quid sit, & unde dicatur, num. 18.
- 6 Rex dicitur monarcha in suo regno, iurisdictionemque habet sempiternam, num. 7. atque est quidam Deus in regno suo. 8.
- 9 Constitutio proprie est ius editum a Papa vel Imperatore, vel Rege superiore non cognoscente.
- 10 Constitutio Episcopi, vel Marchionis, an dicatur ius civile, vel pratorium.
- 11 Constitutio legati auctoritate Apostolica facta dicitur ius civile.
- 12 Constitutiones non comprehenduntur edita ab Episcopo, Marchione, vel a legato, si quis eas servare iuraverit, nec obligatur servare edicta. num. 13.
- 14 Pena imposita venienti contra statuta, non habet locum in eo qui venit contra edicta.
- 15 Edictum non habet vim legis perpetuae.
- 16 Constitutio Ducis, vel Marchionis non cognoscentis superiorem, dicitur ius civile.
- 17 Constitutiones Episcopi, vel legati, ius pratorium dicuntur.
- 19 Constitutio, proprie loquendo, dicitur illa, quam populus & congregatio facit.
- 20 Constitutione facta contra certam personam, si illa pretendit ex ea lesionem, potest ab ea appellare.
- 21 Constitutione ab iniqua, an possit appellari.
- 22 Constitutionum, Canonis, Decreti, Decretalis epistole, mandati, interdicti, & sanctionis differentia.
- 23 Sanctio quid sit, & quotupliciter capiatur.
- 24 Pragmatica sanctio, quid dicatur.
- 25 Constitutionis cuiuslibet virtus quadruplex.
- 26 Lex, an sit consilij, vel precepti, quomodo cognoscatur.
- 27 Iuris species duae sunt.
- 28 Ius divinum, in quatuor species diuiditur.
- 29 Praecepta decalogi omni populo data.
- 30 Lex priuata dicitur, quae scripta est instinctu Spiritus sancti in corde iustorum.
- 31 Homo quantumcumque iustus, venialia peccata vitare non potest; & an aliquo tempore sine veniali esse possit.
- 32 Homo ratione viuendi, an sub se legi positus.
- 33 Iuris humani species tres.
- 34 Ius gentium primaeuum, seu naturale primaeuum, naturali ratione inductum.
- 35 Ius civile, quando dicatur, & quomodo differat a canonico, & unde ortum habuerint, num. 39.
- 36 Ius canonicum vel civile, siue aliud ius posituum non valet, si repugnantiam habeant naturali iustitiae.
- 37 Imperator legem facere non potest, quae contineat aliquid iniustum, vel inhonestum.
- 38 Principis auctoritate naturalis ratio mutari non potest.
- 40 Scriptura, an sit de substantia legis, & num. 43.
- 41 Litterae per Principem transmissae, pro lege seruandae sunt in omnibus causis.
- 42 Mandatum Baronis seruatur pro lege, quia est Monarcha in sua Baronia.



Aec Rubrica

Continetur ad praecedentia, secundum Doc. duob. modis. & primo fecit Goff. sic. Postquam Deus formauit hominem ad imaginem & similitudinem suam. 33. q. 1. haec imago. & in etate virili, de penit. dist. 2. §. Romanos. veri. Ada. prodit cum eo ius naturale, quod cepit ab exordio rationalis creaturae. 5. dist. in prin. deinde lex vetus data fuit per Moysen & Prophetas, deinde translato sacerdotio, lex noua successit, vt j. eo. translato. sed quia hominum crescente malitia, effrenata cupiditas noua quotidie litigia generabat, vt §. in proce. ac ita plura essent negotia, quam vocabula. ff. de praescri. verb. l. naturalis. ideo Sancti Patres summi Pont. decreta & constitutiones condiderunt, vt sub iuris regula homines coarctati discant honeste viuere, alterum non laedere, & ius suum unicuique tribuere, in quibus consistit iustitia. Insti. de iust. & iur. §. iuris praecipua. & ideo post tractatum de sum. Tri. incipit tractare de consi. Secundo modo continuatur secundum Host. sic. Tractaturus Auctor de iure, praemisit tractatum de sum. Tri. pro fundamento sui operis, quia ubi deficit fundamentum, nihil superaedificari potest. i. q. 1. cum Paulus. & quia omne ius constat ex scripto & non scripto, vt Inst. de iure nat. gen. & ciui. §. constat. & i. dist. §. cum itaque. Ius autem scriptum certius & nobilius, quam ius non scriptum: ideo Auctor praemisit de iure scripto. s. de consuetudine. Postea subdit de iure non scripto, s. de consuetudine, & istam solam continuationem recitat hic D. Abb. Vnde dic breuius & clarius, quia Auctor in tit. praeced. posuit fundamentum fidei, nunc ad superficialia veniendum erat: sed quia genus humanum constitutionibus regitur, ideo ponitur haec rubr. & circa hanc rubricam quero de quatuor.

Primo, quid sit constitutio.

Secundo, unde dicatur constitutio.

Tertio, quotuplex sit constitutio.

Quarto, an scriptura sit de substantia constitutionis. &

Circa primum, s. quid sit constitutio, dic qd aut nomen constitutio, sumitur stricte, aut sumitur large: si sumitur stricte, constitutio proprie est lex edita ab Imperatore, vt est tex. Insti. de iure natur. gen. & ciui. §. sed quod Principi placuit, unde Butr. hic dicit, quod lex edita a Papa, proprie dicitur constitutio. sed vide tex. notab. i. dist. constitutio. ubi dicitur, qd constitutio vel edictum est illud, quod Imperator vel lex constituit, vel edidit, pro hoc optime facit quod not. Bald. in cap. cum venisset, §. de eo qui mitt. in poss. ubi dicit, qd Rex est monarcha in suo regno, & ponit exemplum in Rege Angliae, dicens qd appellatione iuris, & proprie venit ius, quod Rex proprio ore promulgauit. est enim secundum eum, praefectus multorum, & a sententia eius non appellatur in regno suo. l. j. ff. de off. praefec. praeto. ubi Bald. idem dicit Bald. in proce. in foro. in 3. col. ubi dicit, qd Rex in suo regno habet supremam iurisdictionem, vt l. 2. §. exactis. & §. initium. ff. de orig. iur. ubi etiam idem dicit Bald. unde Bald. in cap. Imperialem, de prohib. seu. aliena. per Feder. §. si. ubi tex. dicit, quod in quolibet iuramento videtur exceptus Imperator: nam idem est in Rege secundum Bald. nam eodem iuramento praefectus a quolibet subdito Regni, intelligitur exceptus Rex: est enim secundum eum quidam Deus temporalis in suo regno, intellige tamen Baldum in regno non recognoscente superiorem, de quo vide Barto. in l. j. §. de qua re. ff. de postulan. & in l. infamem. ff. de Alex. de Neuo super j. Decret. A 2 pub.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

9 publi. iudic. & in l. hostes, ff. de cap. & ideo conclude, quod constitutio, proprie loquendo, est ius editum a Papa vel Imperatore vel a Rege non recognoscens superiorem. Aut nos loquimur largè, seu secundum largam significationem, & tunc appellatione constitutionis, comprehenditur omne ius scriptum, ut in §. cum itaque. 1. dist. & 3. dist. in princ. ubi dicit, quod alia est constitutio ecclesiastica, alia civilis, & ita accipitur hic; nam sub hac Rubr. de Constitutionib. Auctor tractat nedum de constitutionibus Principum, sed etiam de statutis inferiorum, ut §. eod. cum omnes. & c. cum M. & c. ex literis. Sed dubitatur, si nunquid constitutio Episcopi vel Marchionis dicatur ius civile vel prætorium. & Bar. in l. stipulationum, in princ. ff. de verb. oblig. dicit, quod constitutio Episcopi vel Marchionis & similitum, dicitur esse ius prætorium, idem voluit in l. j. in fi. ff. de bono. poss. tit. generali, & in l. fin. ff. de pœn. & in l. 2. §. fin. ff. de usufructu. pro emp. & idem tenet Bald. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. ubi idem dicit, quod in constitutione quam facit legatus, nisi eam faciat auctoritate Apostolica; quia tunc est ius civile, non prætorium, idem voluit Bald. in rubr. C. qui admit. & in l. ceptum, C. unde cogn. & in l. quod pauperibus, C. de episc. & cler. & in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, in ultimis verbis suis, §. eod. idem dicit Ioan. de Imo. in clem. 1. de restit. in integ. & in d. l. stipulationum, ff. de verbo. oblig. & istud facit ad quæstionem, puta si quis iuravit seruare constitutiones: nam non comprehenduntur constitutiones editæ ab Episcopo, Marchione, vel a legato, facit quod not. Bal. in prædicta

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

13 l. omnes populi, ubi Bald. dicit, quod iurans seruare statuta, seu constitutiones, non obligatur vinculo iuramenti seruare edicta: quia edicta durant durante magistratu, & proprie non sunt statuta seu constitutiones, quia non sunt perpetua. & ibi dicit Bald. quod si pœna imponitur venienti contra statuta, non habet locum in eo qui venit contra edicta, sed contra Bal. videtur tex. 2. distinc. constitutio. ubi edictum & constitutio idem important, idem probatur in §. sed quod Principi placuit, Instit. de iure natura, gen. & ciui. sed intellige Bald. quod in edicto, quod non habet vim legis perpetue, puta, si prætor vel magistratus aliquid præcepit ne aliquid faceretur, vel ne quis portet arma: talis enim non est constitutio. sed tale præceptum finitur finito officio præipientis: nam tale præceptum seu edictum finitur finito officio, de quo in d. l. fin. ff. de pœn. & per glo. & Docto. in c. fin. §. de offic. lega. & in c. a nobis, el. j. §. de senten. excomm. & dicam §. eo. ex literis, nam d. c. constitutio. & d. §. sed quod Principi placuit, loquuntur in edicto, quod habet vim legis perpetue. Intellige tamen hoc nisi talis

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

tra certam personam. 4. dist. erit autem lex. & adducit notabile dictum Bart. in l. omnes populi, ff. de iust. & iure. ubi dicit, quod si constitutio fit contra certam personam, si præterit ex ea læsionem, potest ab ea appellari, arg. l. j. §. solet. ff. quando appell. fit. & dicit, quod quamquam constitutio loquatur per verba generalia, si tamen ex coniecturis potest perpendi, quod sit edita in odium certæ personæ, vel certarum personarum, potest a tali constitutione appellari, arg. l. j. ff. de doli excep. ubi iucurritur contra dolum commissum in l. condenda. & pro hoc dicto Bart. alleg. D. Abb. bonum tex. §. eod. cum omnes, & dicit hoc dictum tenendum menti, & de hoc vide per Doct. in d. c. cum omnes, & per D. Abb. in c. consuluit, el. 2. §. de appell. ubi examinat istum articulum, si an possit appellari ab iniqua constitutione, vel ab iniquo statuto, & ibi dixi post eum, subdit tamen D. Abb. quod constitutio potest dici alio respectu simul statutio, quia Princeps facit constitutionem de consilio suorum procerum & iudicum. l. humanum. C. de leg. In secundo vero casu. i. quando hoc verbum constitutio, sumitur largè, si pro constitutione inferiorum, tunc dicitur constitutio simul statutio: quia omnes de congregatione simul statuunt, & sic in effectu D. Abb. idem dicit, quod Butr. & Ioan. de Imo.

22 Quæ autem sit differentia inter Constitutionem, Canonem, Decretum, Decretalem Epistolam, dogma, mandatum, interdictum, & sanctionem, vide bon. gl. 3. dist. in ium. & 23. q. 2. si quis dogmata. & gl. pen. dicit, quod sanctio proprie est ubi pœna additur in constitutione. & idem dixit gl. in proe. Decr. in ver. sanctio. quæ dicit, quod sanctio strictè accipitur pro constitutione penali, de quo est bon. tex. Instit. de re. diu. §. sancta. & ibi gl. dicit, quod sanctio aliquando accipitur strictè, aliquando largè, aliquando largissimè. Strictè enim accipitur pro constitutione penali, largè verò pro qualibet constitutione imperiali, largissimè verò pro collectione totius iuris. & pro hoc est bo. tex. in proe. ff. ubi verbum sanctio, accipitur pro toto corpore iuris. & ibi gl. j. distinguit, prout distinguit in d. §. sancta. Quod autem dicat pragmatica sanctio, vide tex. cum glo. in c. i. de re. permu. & in l. constit. Cod. in verbo, pragmatica sanctio. & in

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

27 Venio ad tertium, i. quæ sint species iuris, & Butr. & Io. de Imo. hic, quod principaliter duæ sunt species: nam quoddam est ius diuinum, & quoddam humanum, ut patet i. distinc. cap. 1.

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

Secunda verò species iuris diuini fuit post peccatum, quo homines solo instinctu communi animanti rationali mouerentur ad id, ad quod etiam animalia non rationalia mouentur, ut ad procreationem filiorum, & ad ipsorum educationem & similitum, de quibus 1. dist. ius gentium. & in l. 2. ff. de iusti. & iure. & Instit. de iure natu. gen. & ciu. in princ. & hoc etiam appellatur ius naturale: quia in naturæ exordio ex naturali instinctu ortum est.

Tertia species iuris diuini est, quia post peccatum datum fuit ius homini ratione iam captiuata, & concupiscentiæ subiecta, a qua surrexit peccatum, & intellectus hominis fuit factus captiuus, & legi concupiscentiæ subiectus, & talis traditio solū fuit generalis, ut alteri non faceret, quod sibi nollet fieri. 1. dist. humanum genus. & 2. q. 1. semper. & istud ius solum conuenit homini, non autem alijs animantibus. & diuina & naturali dispositione inducto vsum fuit humanum genus post peccatum, quousq; superuenit alia species iuris diuini, quæ fuit lex Moisaica: nam propter peccatum ratio fuit tantum subiecta concupiscentiæ, & adeo læsa erat libertas arbitrij in bono eligendo, & obfuscatu intellectus in discernendo bonum à malo, & malum à vero bono, quod fuit necessaria alia lex. vnde Deus per Moysem dedit præcepta decalogi per quæ homo dirigetur

29 retur ad bonum. & vide Sanctum Thom. 2. secundæ, q. 56. artic. 1. vbi dicit, † quod præcepta decalogi sunt data omni populo quasi ad rationem naturalem pertinentia, de quo etiam vide S. Thom. quæst. 16. artic. 2. veruntamen quia adhuc erat tantus impetus concupiscentiæ, quod non bene seruabatur lex decalogi, & sic homines quodammodo magis peccabant post legem, quam ante: vnde dicebat Apostolus ad Romanos quinto: Lex subintravit vt abundaret peccatum. intelligas tamen Apostolum, quod consecutiue & non principaliter abundabat peccatum per legem: nam lex Moisaica non erat causa peccati, sed ideo Apostolus dicit per legem subintrasse peccatum: quia magis imputabatur peccatum post legem, quam ante legem, iuxta illud: Peccatum non cognoui nisi per legem, vt j. eod. nam concupiscentiam &c. & ideo fuit necesse vt superueniret alia noua lex, quæ fuit quarta, scilicet Euangelica, quæ emanauit post aduentum Christi, in quo continentur alia quæ sunt præcepti, iuxta illud: Diliges Dominum Deum tuum. & quæ sunt consilij, vt est illud: Si vis esse perfectus, vende omnia bona tua, & da pauperibus. & per gratiam baptismi illuminata & fortificata est ratio humana contra legem concupiscentiæ, vt homo possit duci lege priuata. † Dicitur autem lex priuata, quæ scripta est instinctu Spiritus sancti in corde iustorum, de qua dicebat Apostolus, quod aliqui sunt habentes legem Dei scriptam in cordibus eorum, vt dicit tex. 19. dist. duæ sunt. & j. de regula. licet. & isti sunt qui ducuntur secundum libertatem spiritus, de quibus dicitur, Qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, quæ errantibus posita est, prout dicit tex. in dicto c. duæ sunt. & j. de regula. licet. Sed Butr. dicit, qd hoc est verum in quantum homo viuit spiritu: † quia non est possibile, qd homo, quantumcunq; iustus vitet peccata venialia iuxta illud, Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. de quo ingemiscebat Apostolus ad Rom. 7. c. dicens, Video aliam legem repugnantem legi mentis meæ, de quo est tex. 3. 2. quæst. 5. si Paulus. & dicit, qd hoc respectu homo est captiuus & liber: nam est liber per gratiam baptismi, & captiuus per legem concupiscentiæ saltem ad peccata venialia inclinantem. sed de hoc, scilicet an homo possit esse aliquo tempore sine peccato veniali, vide Sanctum Thom. in 4. sententiarum, in dist. 13. quæst. 5. artic. 1. vbi dicit, quod potest esse tantus deuotionis feruor in receptione corporis Christi, vt deleantur omnia peccata venialia: ita quod recipiens corpus Christi aliqua hora sit absque aliquo peccato veniali, quamuis hoc diu durare non possit propter difficultatem vitandi peccata venialia. Item vide ipsum dist. 17. quæst. 2. artic. 3. & quæst. 4. arti. 2. vbi dicit, quod non est in potestate nostra vitare omnia peccata venialia, sed quod bene est in potestate nostra vitare singula venialia, verbi gratia, Si quis vellet reprimere immoderatum risum, vel ociosum sermonem, potest impetrare a Deo mediante confessione vel oratione, vel ieiunio, vel elemosyna, vel alio opere, prout huiusmodi peccatum veniale vitaret, & idem est in alijs peccatis venialibus, & sic est in potestate hominis certa peccata venialia vitare, sed non est in potestate humana vitare omnia peccata venialia, quibusdam tamen data fuit gratia euitandi omnia peccata venialia, vt Beata Virgini, & Sancto Ioanni Baptista, de quo vide glo. in clem. ad nostram, in verbo, sexto, de hæret.

32 Et ex prædictis infert Butr. † an homines ratione viuendi subsint legi positivæ. & Host. in c. pastoralis, j. de offic. ordin. dicit, quod non subsint legis exercitio. sed Butr. hic allegat gl. in d. clem. ad nostram, in verbo, libertas, de hæret. quæ dicit, quod viri quantumcunq; perfecti licet sint liberi a seruitute peccati, tamen sunt ascripti prælati ecclesiæ, vel alijs Principibus secularibus: quia seruitus qua homo homini subijcitur, pertinet ad corpus, & non ad animam: nam licet per gratiam Christi liberemur a defectibus animæ, non tamen liberamur è defectibus corporis: vel potest dici, quod quantum ad habitum viri perfecti sunt subiecti legi: quia tenentur seruare præcepta legis, sed non quantum ad exercitium: quia ex quo non contraveniunt præceptis legis, non potest in eis exerceri pena legis, de quo etiam dixi in c. pastoralis, j. de offic. ordin. & ex his sum expeditus de prima specie iuris.

33 † Nunc venio ad secundam, scilicet ad ius humanum, & in hoc faciendæ sunt tres species: quia quoddam ius naturale, quoddam ius gentium, & quoddam ius civile seu positium. Prima species iuris naturalis habuit ortum à traditionibus generalibus, scilicet, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. nam licet hæc species possit appellari species iuris diuini, vt superius dixi: tamen etiam ius naturale potest appellari, quia ex naturali ratione fuit inductum, facit 1. dist. humanum genus. & secundum illud, omnes homines liberi & legitimi nascuntur, & omnia erant communia. 1. dist. ius naturale. & in Auth. quib. mod. natu. eff. leg. & quib. modis nat. eff. sui. coll. 6. & 7. circa princ. & in §. 1. dictorum autem. & San. Tho-

mas 2. secundæ, quæst. 57. art. 3. dicit, quod ius naturale primæuum erat commune non solum hominibus, sed etiam omnibus animalibus: quia tam hominibus, quam animalibus conueniebat: postea autem aucto genere humano inductum fuit ius gentium, & ista secunda est species iuris humani, & secundum istud fuerunt distincta dominia, bella inducta, & captiuitates secute, & similia. 1. dist. ius gentium. & in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Item ex hoc iure inuenti fuerunt contractus, exceptis paucis, qui fuerunt inuenti de iure civili, de quo vide tex. & glo. in d. l. ex hoc iure. & Insti. de iure nat. gen. & ciui. §. ius autem gentium. & dicit S. Thom. in loco præallegato, quod ius gentium recedit a iure naturali: quia ius naturale est commune omnibus animalibus. sed ius gentium est commune solis hominibus, & dicit, quod ius gentium est naturale homini secundum rationem naturalem, quæ hoc dicitat & allegat tex. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. vbi tex. sic dicit, qd vero naturalis ratio inter omnes homines constituit id apud omnes gentes, peræque custoditur vocaturq; ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtantur, & similis tex. Insti. de iure natu. gent. & ciui. §. j. ver. quod vero naturalis ratio &c. & subdit San. Thomas, qd ratio naturalis dicitat ea quæ sunt iuris gentium. tanquam ex propinquo habentia æquitatem, quæ non indiget aliqua speciali institutione: sed ipsa naturalis ratio ea instituit, & dicit, quod etiã seruitutes quæ sunt inductæ a iure gentium habent rationem naturalem in quantum est vtile, quod quis rogatur a sapientiori, & ab ipso iniuratur, vt dicit Philosophus in primo Politico. & per hoc dicit, quod seruitus pertinens ad ius gentium est naturalis secundum ius gentium secundarium, & non secundum ius gentium primæuum. † vnde dicit hic Io. de Imo. esse aduertendum, quod ius gentium primæuum, seu ius naturale primæuum fuit inductum naturali ratione, vt Insti. de rerum diu. §. singulorum. & in l. Stichum, §. naturalis, iuxta glof. ff. de solut. & in l. cum amplius, §. j. ff. de reg. iur. & secundum illud seruus obligatur naturaliter. l. naturaliter. & quod ibi not. Bart. ff. de cond. indebi. Item est reperire ius gentium seu ius naturale secundarium, & illud proprie est ius gentium secundum quæ fuit inducta seruitus & status serui annihilatus, tamen inspecto iure naturali primæuo adhuc seruus obligatur naturaliter. vnde de conclude, quod est dare ius naturale, & ius gentium primæuum. Item ius gentium secundarium & vtriusque fundatur in ratione naturali, & in iuribus præallegatis. sed secundum ius naturale seu ius gentium primæuum non erant inuenta dominia, sed omnia erant communia: erat enim communis possessio omnium, & omnium vna libertas, vt dicit tex. 1. dist. ius naturale. Item nondum erant inuenta bella, nec captiuitates vel seruitutes, vt in §. ius autem gentium, de iure natur. gent. & ciui. & in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Ius autem naturale, seu ius gentium secundarium inuenit bella, captiuitates & seruitutes, & secundum istud ius fuerunt distincta dominia, & de isto iure fuerunt inuenti quasi omnes contractus, exceptis paucis qui sunt de iure civili, vt est tex. cum glof. in dicta l. ex hoc iure. & in d. §. ius autem gentium. tamen vt dixi, vtrunque est fundatum in ratione naturali.

35 Tertia species fuit ius civile seu ius positium, † & dicitur ius civile quando aliquid additur vel detrahatur iuri naturali vel gentium, vt dicit tex. in l. ius civile. ff. de iusti. & iure. & largè loquendo, omne ius quod non est naturale vel gentium potest dici ius civile, vnde hoc respectu ius canonicum potest dici ius civile. ita dicit glo. not. in c. ius naturale. 1. dist. Ex quo inferitur, quod omne ius positium potest dici ius civile. Strictè autem loquendo, ius civile differt a iure canonico: quia ius civile principaliter tendit ad finem boni publici & civilis societatis conseruandæ: ius verò canonicum tendit principaliter ad finem salutis æternæ. & alle. Ioan. de Imo. not. per gl. pro. Decr. & super rubr. ff. de iusti. & iure. sed vide per Ioan. And. in regula, possessor, in 3. artic. post princ. illius artic. vers. sciendum. & etiam in fi. & in reg. peccatum, in 5. artic. Aduerte tamen, † quod nec ius canonicum nec ius civile, vel aliud ius positium valeret, si haberet repugnantiam ad naturalem iustitiam, vt dicit Sanctus Thom. 2. secundæ, quæst. 57. artic. 2. & ad hoc allegat Philosophum 5. Ethic. sed vide optimum tex. 1. dist. consuetudo. vbi dicit tex. qd omne quod ratione consistit duntaxat lex est, vnde Bart. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publi. dicit, † qd Imperator non potest facere legem, quæ contineat aliquid iniustum vel inhonestum: quia esset contra substantiam legis. nam lex est sanctio sancta iubens honesta, & prohibens contraria. l. 3. ff. de legi. ad idem vide Bal. in l. si non speciali. C. de testa. ad fi. vbi dicit, † qd licet Principi sit summa auctoritas, tamen naturalis ratio auctoritate eius mutari non potest, vt in l. 2. ff. de vsu earum re. quæ vsu consu. & idem. §. qd non valeat constitutio iniusta, tenet Inn. & Doct. j. eo. quæ in ecclesiarum. † vnde aut habuit ortum ius civile, vide bo. tex. in Alex. de Neuo super j. Decret. A 3 §. ex

Alex. de Neuo in primum Decretal.

¶ ex non scripto. Instit. de iure natur. & in l. 2. §. quia. ff. de orig. iuris. vbi glol. ponit ista omnia quando Romani miserunt ad Grecos pro legibus habendis, ius verò canonicum habuit ortum à dictis Sanctorum Patrum, & statutis eorum factis post legem Euangelicam, facit de accus. qualiter, 2. & l. 5. q. 1. sunt quidam. cum omnibus c. seq. Item ius canonicum & ciuile partim statuit in his que concernunt vitam contemplatiuam, & partim in his que concernunt vitam actiuam, vt patet ex his que habentur C. de sacrosan. eccl. & C. de episc. & cler. & in alijs partibus iuris, & ex his, que habentur j. de vo. & de regula. & de statu mona. & de conuer. coniug. & similibus que pertinent ad vitam contemplatiuam. Item statuit in his que concernunt vitam actiuam ex his que habentur j. de iudi. & per totum secundum librum, que pertinent ad vitam actiuam, & idem in multis alijs titulis concernentibus vitam actiuam, & hæc sufficiant circa tertium. s. quotuplex sit ius.

¶ Venio nunc ad quartum, s. an de substantia legis sit scriptura: & in hoc sunt multæ opin. nam quidam, vt Pet. & Cy. & multi alij tenuerunt qd sic, in l. humanum, C. de legib. per illum tex. sed Bal. super ista rubr. dicit, qd quantum ad essentiam legis vel statuti non requiritur scriptura, sed quantum ad obseruantiam bene requiritur scriptura. quia nisi interuenerit scriptura, non potest constitutio publicari, & innotescere populo. sed Io. And. in reg. nemo potest, in 6. in mercur. vbi plene disputat istum articulum, concludit quod de substantia legis vel canonis vel statuti, scriptura non sit necessaria, mouetur per tex. l. q. 7. si quis omnem. vbi tex. dicit, si quis omnem traditionem ecclesiasticam scriptam vel non scriptam, anathema sit. & l. 2. q. 2. institutionem. ibi sine scripto decernimus, siue que in nostra præsentia videtur esse disposita. dicit tamen Io. And. vbi supra, qd si ipse esset Princeps imposeret necessitatem constitutionibus inferiorum, vt aliter non valerent, nisi descriptæ promulgarentur. & idem tenet Io. And. in addit. Spec. in rub. de consuet. & in c. fin. j. de consuet. & Butr. idem sequitur hic, & Alber. de Rosa. ibi idem tenuit decis. 38. idem sequitur hic D. Abb. in fi. & Io. de Imo. in 2. col. huius rubricæ, dicens istam opin. communiter teneri. sed Salic. in l. humanum, C. de ill. dicit Doct. communiter tenere, qd de substantia constitutionis sit scriptura, mouetur per tex. Instit. de iure nat. §. constat, vbi tex. dicit, qd quoddam est ius scriptum, & quoddam nō scriptum. sed ego sequor opin. Io. And. quam communiter sequuntur Cano. & moucor per tex. Instit. de iure nat. §. sed qd Principi placuit. vbi tex. vult, qd epistola vel præceptū Imperatoris habeat vim legis, & tamen ipsa epistola nō redigitur in scriptis in forma legis, ad idem est bon. tex. in l. j. ff. de const. Prin. & in l. item veniunt, §. ca. terum, ff. de pct. hæc. j. vbi per illum tex. dicit Ange. qd litera transmissa per Principem debet obseruari pro lege in omnibus causis. & idem dicit in omnibus alijs, qui habent potestatem legis condendæ, & dicit hoc de facto esse seruatum in ciuitate Taruisij: nam Dux Venetorum transmiserat quandam epistolam Potestati Taruisij, & dubitabatur an illa epistola faceret ius in omnibus similibus casibus: & dicit, qd si habebat potestatem legis condendæ, illa epistola faciebat ius in omnibus similibus casibus, & dicit de hoc esse casum in l. j. ff. de const. Prin. & idem Ange. in l. j. ff. de ferijs. dicit qd est speciale in solo Imperatore, vt transmittendo epistolam videatur condere ius, & qd nullus inferior licet habeat potestatem legis condendæ, intelligatur legem condere transmittendo epistolam. sed subdit, qd nec lex nec Baro videtur legē facere: & si sententia lata esset vigore talis epistolæ esset iuri contraria, & debent rescindi tanquam iniq̄a, & sic Ange. fuit sibi contrarius. sed tene primum dictum dummodo appareat ipsum habuisse intentionem legis condendæ, facit quod not. Bald. in l. certum, C. vnde legitimi. vbi dicit, qd quod mandatum Baronis seruatur pro lege: quia est monarcha in Baronia sua, & idem voluit Bald. in l. j. C. de const. Prin. & istam partem tene, scilicet qd scriptura non sit de substantia legis vel constitutionis, & ista opinionem videtur etiam tenere Bald. in l. humanum, C. de legib. & ista opinio probatur per iura præallegata, nisi destruantur eorum verba vel sensus. Non obstat l. humanum, C. de legib. quia secundum Bart. ibi ille ordo, qui ibi traditur non est de necessitate, sed de voluntate. idem sequitur ibi Bald. & Io. de Imo. hic, & qd ordo illius non sit de substantia, probatur in d. l. j. ff. de const. Prin. & Instit. de iure natur. §. sed quod Principi placuit. Non obstat §. constat, eo. tit. quia licet lex & plebiscitum, & aliæ partes iuris appellentur ius scriptum, hoc respicit illud quod communiter accidit, non autem est de substantia. Item ratio iuris appellatur ius scriptum: quia illa iura per Iuriconsultos erant redacta ad scripturam, & ad corpus iuris ciuilis. Non obstat ratio Bal. dum dicit, qd licet scriptura non sit de substantia legis, tamen quantum ad publicationem ipsius legis vel constitutionis, & quantum ad effectum vt vigeat, requiritur publicatio: nam hoc non est verum, nam si ista

ratio esset, sequeretur quod consuetudo non ligaret: quia non scribitur, seu de ea non fit scriptura, & tamen ligat, vnde vide bonum tex. in §. ex non scripto. Instit. de iure natur. vbi tex. dicit, quod Lacedæmonij ea que pro legibus obseruabant, memoria mandabant, & sicut leges Lacedæmoniorum non erant redactæ ad scripturam, & tamen ligabant. Et ex his concludit, quod scriptura non est de substantia constitutionis, nec quantum ad essentiam, nec quantum ad publicationem, nec quantum ad effectum ligandi subditos, & hæc sufficiant circa istam rubricam. Sequitur cap. canonum.

S V M M A R I V M.

- 1 Canonis appellatione venit omnis constitutio ecclesiastica, & quid in materia odiosa. num. 13.
- 2 Canon proprie loquendo, dicitur constitutio facta in concilio generali.
- 3 Constitutiones proprie dicuntur leges ciuiles.
- 4 Canones ligant omnes creaturas.
- 5 Iudicia ecclesiastica regulanda sunt secundum canones, & non secundum leges.
- 6 Ius canonicum & non ciuile seruandum est, vtrum præscribatur triginta vel quadraginta annis. & an requiratur titulus, licet causa coram seculari agatur.
- 7 Verbum, facias tuo sensu, importat liberam voluntatem.
- 8 Canones si quis seruare iurauerit, an obligetur ad seruandum Statuta Episcopi.
- 9 Papa confirmans aliquod Statutum, illud fit papale.
- 10 Libellus petens, quem puniri secundum ius commune, per quod nulla pena imponatur, sed tantum per Statutum, intelligitur vt puniatur secundum Statutum.
- 11 Statutum ciuitatis largo sumpto vocabulo, ius ciuile, vel commune dicitur potest, vbi infertur.
- 12 Consuetudo interpretatur ius commune, illudq; censetur.
- 14 Verbum Statuta, rem perfectam significat, & que Statuta imperfecta dicuntur.
- 15 Canones personales & locales, an sint ab omnibus obseruandi.
- 16 Ambrosius nondum baptizatus in Mediolaner. Episcopum electus est. Item Nicolaus & Senerus, ex laico & carnifice in Archiepiscopum Reuennensem.
- 17 Augustinus ad episcopatum promotus est, in quo Valerius erat Episcopus, amboq; vno & eodem tempore Episcopi fuere.
- 18 Lex vel Constitutio in fauorem certæ personæ, an promulgari possit.
- 19 Constitutio abrogata, seu correcta non est seruanda.
- 20 Lex, vel constitutio abrogata allegari non potest, eamq; allegans ad causæ decisionem penam falsi incurrit.
- 21 Allegantes apostillas, vel dicta, que tamen illius Doctoris non sunt, falsi penam incurrit.
- 22 Statutum correctum producens scienter penam falsi incurrit. Fallit tamen vndecim modis, vsque ad num. 31.
- 32 Lex, quando transiit in contractum, an reuocari possit.
- 33 Comitatus si soluerit pecuniam communitati vt ciuis efficeretur, ciuitas non reuocatur.
- 34 Constitutio nulla humana potest aliquid facere, quod habeat repugnantiam ad iustitiam naturalem.
- 35 Statuto facto in electione Potestatis, qd de omni pena pecuniaria, quam exegerit, haberet quartam partem, & tempore electionis pecuniaria erat imposita, an si post acceptatum officium in corporalem mutata fuerit, quo ad quartam Potestati præiudicetur.
- 36 Statuta conferentia priuilegia Doctoribus legentibus in ciuitatibus, non reuocantur in præiudicium Doctorum forensium tempore, quo Statuta illa existebant.
- 37 Abrogare & derogare, quid.
- 38 Decretales decisæ, an allegari possint.
- 39 Decretales, que sunt de consilio, non ligant, nisi ratione contemptus.
- 40 Obloquentes de canonibus peccant in Spiritum sanctum.
- 41 Concilium est triplex.
- 42 Lex positua, vel ecclesiastica, seu ciuilis, an liget in foro animæ.
- 43 Scandali ratione quis iuri suo cedere tenetur.
- 44 Lex, constitutio, vel Statutum, quando sunt iniusta.
- 45 Fraudans collectas illicite impositas, an peccet.
- 46 Pena imposita per legem posituam, non est seruanda tamen in foro penitentia.
- 47 Damnum qui proximo infert non ex proposito, nec ex lata culpa, non resarcit illud in foro penitentia.
- 48 Promotus ad ecclesiam parochialem, si non faciat se promoueri ad sacerdotium intra annum, ipso facto ecclesia ipsa priuatur.
- 49 Homicida & irregularis licet ecclesiam retinuit, donec ea priuetur vel ei renunciet.
- 50 Pena vbi ipso iure imponitur, etiam si delictum esset occultum, non potest res cum bona conscientia retineri.
- 51 Recipiens rem alienam iniuste, an & quomodo teneatur restituere cum pena.
- 52 Pena vbi ipso iure non imponitur, nec in foro penitentiali, nec iudiciali debetur.

- debetur secus in condemnato per iudicem.
- 53 Veniens contra constitutionem preceptivam, an mortaliter peccet.
- 54 Papa & Imperator constitutionibus non ligantur.
- 55 Predecessor non potest ligare successorem.
- 56 Princeps vel alius inferior non servans suas constitutiones, peccat sine causa ipsis contraveniens, licet ipse legibus sit solutus. nume. sequent.
- 58 Papa & Imperator licet soluti legibus, iure tamen naturali ac dictamine rationis ligantur. num. 61.
- 59 Papa & Imperator suo contractu ligantur.
- 60 Constitutio disponens, pacta servabo, fuit posita à Deo in ore pratoris, obligatq; Papam & Imperatorem.
- 62 Princeps quare vasallum feudo sine culpa privare non potest.
- 63 Lex vel constitutio, quando transit in contractum etiam cum subdito, an possit renocari, ubi per tres casus distinguitur.
- 64 Principis institutio in testamento non solenni facta non valet.
- 65 Legitimitas, seu contractus à Principe facti, solemnitatibus iuris non intervenientibus, an valeant.
- 66 Papa & Imperator astringuntur iuramento suo, ac promissione, nec stante vinculo ab illis Papa seipsum absolvere potest.
- 67 Papa in voto sine causa dispensare non potest, aliàs peccat, nec dispensatus est tutus in foro conscientie: immo etiam si causa subest, alteri committere debet ut absolvat. num. 68.
- 69 Papa ab illo ligari potest, cui peccata sua confitetur.
- 70 Papa ubi inferiorem à voto & iuramento absolvere non potest, neque seipsum potest, neque alij committere.
- 71 Periurium gravissimum crimen est, præsertim in Principe & Prelato.
- 72 Papa menti legis generaliq; aequitati determinanti aliquid circa legem divinam astringitur.
- 73 Papa, an teneatur servare in sua persona cap. omnis utriusque sexus, ac pena ibi posita ligetur, mortaliterq; peccet.
- 74 Greci & Orientales, an teneantur ad confessionem oris.
- 75 Imperator, an ligetur canonibus.
- 76 Infideles, an & quando ligentur canonibus in spiritualibus.
- 77 Laici, an & quando teneantur ad observantiam canonum.
- 78 Clericus, an ligetur in patrimonialibus lege civili & Imperatoris?
- 79 Imperatorem non recognoscens, an ligentur legibus, & distinguitur per quatuor casus.
- 80 Imperator est dominus totius mundi.
- 81 Actus gestus per proprietarium, altero mala fide possidente, non valet.
- 82 Reges Franciæ & Hispaniæ & similes, quando possint præscribere contra Imperatorem.
- 83 Statuentem velle statuere ad non recognoscens de facto ipsum in superiorem, an præsumatur.
- 84 Laici non solvent s. decimas, non peccant, quandiu ecclesia ab eis non exigat.
- 85 Verba generalia, oratioq; generalis restrictionem patiuntur. distinguitur per quatuor casus, num. 91.
- 86 Plus & minus non dicitur propter duos, cum modicus defectus non attendatur.
- 87 Continuè factum dicitur, quod modicum temporis intervallum habuit, & continuè possidere, quomodo intelligatur.
- 88 Testis si deponat, quod audiuit dici ab omnibus, intelligitur de omnibus de ea re loquentibus.
- 89 Testis si deponat, quod est commune apud omnes, dictum eius suppletur apud omnes, scilicet cet. vicinos, vel consanguineos, quorum illud scire interest.
- 90 Testis dicens, quod omnes hoc fecerunt, licet aliqui non fecerunt, non propter hoc falsus dicitur. ubi inferitur ad multa similia.
- 92 Actio verbum, comprehendit causam civilem, iudicium verò criminalem, & quæ respiciant, num. 96. & quid significet, nu. 97.
- 93 Arbitrator & arbitrator, an teneantur servare iura, vel ut suo sensu possint, & si ferrent sententiam expresso iuris errore non valet. numero 95.
- 94 Arbitrator, an faciat litem suam, si iniuste pronunciet. & an idem sit in arbitratoribus.
- 98 Accusatio verbum, ad civilem & criminalem causam referri potest.
- 99 Iudicare secundum suum sensum, an quis possit.
- 100 Compromisso sit sit expressum, quod arbitrator possit iudicare sensu suo, an teneatur servare iura, an secundum propriam voluntatem.
- 101 Verba, tuo sensu, quid significant & importent.
- 102 Verba videtur, vel visum fuerit, quid importent: an liberam voluntatem, an verò boni viri arbitrium.
- 103 Verba, liberum, vel plenum arbitrium, quid importent.
- 104 Verba, Committo ut facias iudicio tuo, & prudentiæ tuæ committo, quid importent. Et quid si dicatur, Committo discretioni tuæ, conscientiæ tuæ, num. 106. 107.
- 105 Verba, si putaveris, si tibi placuerit, arbitrium boni viri notant.
- 108 Index, cuius conscientie est commissum, an & quando partem gravare possit.
- 109 Papa si committat aliquem examinari, si est dignus, an requiratur citatio.

- 110 Licentia verbum, arbitrium boni viri importat.
- 111 Arbitrium verbum, si simpliciter proferatur, boni viri arbitrium signat.
- 112 Verba, pro tuæ voluntatis arbitrio, facias sicut tibi libuerit, prout volueris, an boni viri arbitrium, an liberam voluntatem significant. nume. 113. 114.
- 115 Verbum cupio, regulatum arbitrium notat.
- 116 Verba, liberam habeas facultatem vel potestatem, intelliguntur servato iuris ordine.
- 117 Verba, dotibi plenam potestatem vel licentiam, liberam voluntatem important.
- 118 Verba, committo me misericordie tuæ, perinde sunt ac si alterius voluntati committatur.
- 119 Verba plus tribuas, quid importent.
- 120 Verba ubi sunt simplicia, ut quia nec significant liberam voluntatem, nec arbitrium boni viri, in dubio arbitrium boni viri important.
- 121 Causa si committatur determinanda secundum motum tuum, vel mentem alicuius, tuam, secundum arbitrium boni viri intelligitur.
- 122 Commissio si fiat in liberam voluntatem, & non in arbitrium boni viri, quis sit effectus.
- 123 Iudicandi facultas si committatur per verba signata liberam voluntatem iudicandi, non est libera à regulis iurisperitorum, vel naturalis æquitatis. & quid si utrunque s. prout arbitratus fueris, & volueris verba significant.
- 124 Duo quando copulativè ponuntur, quorum unum alteri de necessitate inest, alterum in adiectivum resolvitur.
- 125 Statuto si caveatur, quod obligatus per instrumentum guarantee capiatur ad meram voluntatem creditoris, a captura incipere potest.
- 126 Iudex an & quando possit suo sensu iudicare, distinguitur per quatuor capita.
- 127 Collatio beneficiorum est donatio.
- 128 Dispensatio sine causa cognitione facta est nulla.
- 129 Superior qui non dispensat causa subsistente peccat, cogitq; potest dispensare per suam superiorem.
- 130 Papa an & quando sine causa dispensare possit. & an possit contra ius positivum 131.
- 132 Potestati si detur liberum arbitrium, non potest contra naturalem æquitatem facere iniustitiam, etiam si dicatur, procedatur de facto, & per quæcumque verba concipiatur.
- 133 Arbitrator per compromissum tam in procedendo, quam pronuncian-do factus prescriptionis, vel aliam exceptionem legitimam, licet acquiritam remediis iuris positivi, admittere tenetur.
- 134 Causa quando committatur ad arbitrium iudicis simpliciter.
- 135 Index in arbitrariis rigorem iuris scripti sequi non tenetur, sed potius æquitatem non scriptam.
- 136 Pena consuetæ succedit loco ordinariæ.
- 137 Iudex in pena à iure determinata si committatur imponenda arbitrio suo, minorem, non autem parem aut maiorem arbitrari debet.
- 138 Iudex in arbitrariis penam consuetam pro simili crimine, & à iure determinatam, an & quando imponere debeat.
- 139 Iudex si male arbitratur in his, quæ eius arbitrio committuntur, ad quem sit recurrendum, & qua via fieri debeat retractatio.
- 140 Sententia iudicis suo sensu iudicantis lata, an valeat, ubi discutitur per quatuor casus.
- 141 Opinio communis à condemnatione expensarum eum qui succubuit excusat, estq; licitè contra communem opinionem iudicare.
- 142 Opinio à communi in dubio non est recedendum.
- 143 Opinio communis servanda, vimq; consuetudinis habet.
- 144 Legis casum ubi non est dare, maiorum auctoritatem allegare sufficit.
- 145 Sententia lata contra communem opinionem valet, nisi ab ea appelletur.
- 146 Iudex ubi contra communem opinionem iudicaret, in iudicatu condemnari debet: excusatur tamen, si nescitur quæ sit communis.
- 147 Iudici ex causa ratione casuum emergentium iura statutaque iurata absque periurio transgredi licet.
- 148 Leges non sunt servandæ, ubi iudex si servarentur faceret contra naturalem æquitatem.

CAP. PRIMVM.



Anonum. Constitutio- nes canonū ab omnibus sunt servandæ. h. d. secundum Io. And. vel sic secundum Bitt. & D. Abb. Canonum statuta omnes ligant, & eorum ritu tam in pronunciando, quam in decidendo iudicia sunt regulanda. h. d. Dividitur in duas partes. in prima statuit, in secunda confirmado declarat. secunda ibi nemo.

No. † primò, q̄ appellatione canonis, venit omnis constitutio ecclesiastica vnde dicit hic Io. And. q̄ verbū canō; largē fitur Alex. de Neuo super j. Decret. A 4 mitur

Alex. de Neuo in primum Decretal.

- mitur pro omni constitutione canonica: sed strictè loquedo,
2 aliter accipitur, quia t̄ canon propriè loquendo, dicitur consti-
tutio facta in Concilio generali, vt dicit glos. 3. dist. in summa.
quæ etiam ponit alia nomina constitutionum, de quo tetigi in
rubr. & dicit hic D. Abb. q̄ omnis canon vel constitutio eccle-
siastica potest vocari lex: nam lex est constitutio scripta, vt di-
cit tex. 1. dist. lex. & dicit, q̄ canones rectius appellantur con-
3 stituciones legis ecclesiasticæ. t̄ Constitutiones verò propriè
dicuntur leges ciuiles, quæ vocantur leges sæculi, & dicitur
ius ciuile quasi ius ciuili, 1. dist. Nicena. iuncto c. filius, de testa.
4 No. t̄ secundo, q̄ canones ligant omnes creaturas, vnde di-
cit Inno. q̄ conditori canonis. i. vicario Dei omnis creatura
est subiecta, pro quo D. Abb. allegat illud euangelicum, Fiat
vnum ouile, & vnus pastor. nihil enim excipit à subiectione
pastoris, allegat etiam Inno. in c. quod super his, de vo. vbi expo-
nit illam auctoritatem, Quodcumq; ligaueris super terrâ, &c.
& illa auctoritas optimè facit ad propositum: quia ibi nihil ex-
cipit, dicendo Quodcumq; ligaueris. & propter hoc Inno. in
d. c. quod super his, dicit q̄ Papa habet iurisdictionem super
infideles, & posset eâ exercere, si potestas de facto sibi daretur.
5 Tertio nota, t̄ q̄ iudicia ecclesiastica sunt regulanda secun-
dum canones, & non secundum leges. vnde per hanc litteram
dicebat Guil. Naso, q̄ si agitur de re ecclesiastica coram iudice
seculari, debet secularis iudicare secundum canones, & nō
6 secundum leges, & ponit exemplum in præscriptione. t̄ vult
dicere, q̄ vtrum præscribatur spatio xxx. vel xl. ann. & an re-
quiratur titulus, debet seruari ius canonicū, & non ius ciuile,
licet causa agitur coram iudice seculari, de quo Io. And. se
remittit ad cap. 1. de noui ope. nunc. sed Butr. & Ioan. de Imo.
& D. Abb. intelligunt hoc dictum Guiliel. quo ad decisoria
iudicij: quia quo ad preparatoria debet seruari lex fori vbi iu-
diciū agitatur, vt plenè tractatur in c. quod clericis, de fo. cō-
pet. & per Io. And. in Spec. in tit. de constit. in princ. per Ioan.
Cald. q. quæ incipit, statuto. sed Butr. & Ioan. de Imo. dicunt
hoc debere intelligi in re iam facta ecclesiæ, secus si ageretur
actione personali pro re nondum ecclesiastica: quia tunc de-
bet seruari ius ciuile etiam in decisijs, vt dicit Host. in sum-
ma, de consuet. §. fin. vers. quid si clericus.
7 Vltimò no. secundum Butr. t̄ q̄ illa verba, facias tuo sensu
denotant & important liberam voluntatem. vnde Butr. hic
examinat, quæ verba important arbitrium boni viri, & quæ
liberam voluntatem, & per Bart. in l. si sic. ff. de leg. 1. & in ex-
trauag. ad reprim. in verbo, videbitur. & infra dicam. Bald. au-
tem hic ex isto tex. infert, an statutum episcopi sit dicendum
ius canonicum an non. & concludit q̄ non: aliàs secundum
eum sequeretur q̄ ius municipale esset ius commune. Ex quo
8 dicto infertur, q̄ si aliquis t̄ iurauit seruare canones non obli-
gatur ex iuramento ad seruandum statuta episcopi: hoc tamē
intelligas, nisi tale statutum esset confirmatum per Papam:
quia tunc posset dici statutum papale potius quàm episcopale.
arg. c. hi qui. de præb. in 6. facit optimè quod notat Bald. in
9 Lex placito. C. de rer. perm. t̄ vbi dicit, q̄ si Papa confirmat
aliquod statutum, sit statutum papale. & infert ad quæst. Papa
confirmat statuta ciuitatis Spoletanæ: nam dicit, q̄ talia sta-
tuta debent dici papalia, & non Spoletana, & transgressor de-
bet puniri tanquam transgressor statuti papalis. vbi autē non
essent confirmata, nec requirerēt confirmationem, strictè lo-
quendo, non dicerentur statuta canonum, sed bene secundum
10 largam significationem, facit quod notant Docto. in l. j. C. de
confess. t̄ vbi dicunt, q̄ si aliquis in libello petat aliquem pu-
niri secundum ius commune, & non imponatur pena per ius
commune, sed tantum per statuta loci debet intelligi libellus
11 vt puniatur secundum statutum: t̄ quia statutum ciuitatis lar-
gò sumpto vocabulo potest dici ius ciuile, vel ius commu-
ne, vt in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. & Institut. de
iure natura. §. 1. facit quod notat Bald. in l. 2. C. de bon. quæ
lib. vbi dixit, q̄ si maritus promisit restituere dotē soluto ma-
trimonio in omnem casum secundum ius commune, q̄ talis
promissio debet intelligi etiam in casu quo de consuetudine
dos debet remanere marito. nam secundum opin. Mart. si ma-
ritus habet liberos, luctatur dotem propter ipsos liberos. &
ista opinio saluatur de consuetudine, vt not. in l. post dotem.
ff. sol. matr. & in l. dos à patre profecta. C. sol. matr. vnde si ma-
ritus promittit restituere dotem in omnem casum secundum
ius commune, si liberos nō habet non est obligatus restituere:
12 t̄ quia consuetudo interpretatur ius commune, vt in c. di-
lectus, de consuet. & l. si de interpretatione. & limitimè. ff. de
legib. vnde ista consuetudo cenetur ius commune, & sic non
tenebitur restituere dotem, si habet alios: quia non est resti-
tuenda de iure communi, ex quo consuetudo interpretatur ius
commune. Et ex hoc sequitur, q̄ statutum episcopi secundum
strictam significationem nō potest dici ius commune, nisi sit
confirmatum per Papam, sed bene secundum largam significa-
- 13 tionem, & vide Io. Cald. in consi. 16. t̄ vbi dicit, q̄ appellatio-
ne canonis, in materia odiosa (seu pœnali, non comprehendi-
tur nisi constitutio Papæ, secus si materia sit favorabilis: quia
tunc secundum eum comprehenditur constitutio inferioris,
puta capituli vel concilij prouincialis, vel alterius inferioris à
14 Papa, quod no. Dicit etiam hic Bal. t̄ q̄ verbum statuta, signi-
ficat rem perfectam. l. j. §. hæc verba. ff. quod quisque iur. & in
c. in his, de verbo. sign. vnde dicit, q̄ statuta imperfecta non li-
gant, vt not. in proemio Clement. & dicit, q̄ illa statuta, quæ
requirunt confirmationem superioris dicuntur imperfecta:
quia interim non sunt valida, neque ligant; & eodem modo
dicit quando statuta non sunt publicata, quia etiam dicuntur
imperfecta, vt in c. 2. j. co. vbi dicitur. & hæc verba Bal. no.
15 In glos. 1. vult ergo, t̄ q̄ canones personales & locales non
sunt ab omnibus obseruandi, sed solum in locis in quibus sunt
ed. ti, vel in personis de quibus loquitur. vnde iste tex. debet
intelligi de statutis canonum generalium, facit tex. not. 6. i. di-
stinc. §. his omnibus. vbi tex. loquitur de beato Ambrosio, &
16 de beato Nicolao, & de beato Seuero: t̄ nam beatus Ambro-
sius antequam fuisset baptizatus fuit electus in Episcopum
Mediolani, & beatus Nicolaus ex laico fuit electus in Episco-
pum, & beatus Seuerus nedum laicus, sed etiam carnifex fuit
assumptus in Archiepiscopum Rauanen. em. hoc enim est con-
tra canones qui prohibent laicum assumi in Episcopum, vt
in c. à multis, de ata. & qualit. cum similib. & tamen ipsi pro-
pter specialem virtutem fuerunt assumpti ad episcopatum.
17 ad idem 7. q. 1. non autem. t̄ vbi beatus Augustinus fuit pro-
morus ad episcopatum, in quo Valerius erat Episcopus, & am-
bo fuerunt Episcopi vno & eodem tempore contra regulam
iuris, quæ traditur 7. q. 1. c. 1. & per totum. vnde illi canones nō
18 sunt seruandi in omni persona. Ex quo infertur, t̄ q̄ in fauore
certæ personæ potest lex vel constitutio promulgari, & istud
tenet Pet. de Anch. in c. si propter, de rescrip. in 6. & Ang. in l. j.
ff. quod quisque iur. Sed contra hoc vide tex. 4. dist. erit autem
lex. ibi, nullo priuato commodo. vbi probatur, q̄ constitutio
non debet fieri ad priuatum commodum: sed responde, q̄ ibi
loquitur de constituto generali. sed gl. loquitur de consti-
tutione personali. 1. concernente fauorem certæ personæ. sed
Bal. in l. iud. cibus, C. de appel. dicit, q̄ talis constitutio propriè
non est constitutio, sed quoddam beneplacitum. sed tu dic, q̄
immo est constitutio, sed est constitutio personalis, & ita ap-
pellat eam tex. in l. j. ff. de const. Princ. & Inst. de iure nat. gent.
& ciu. §. sed quod Principi. & similiter quando constitutio est
localis est propriè constitutio, sed non est constitutio genera-
lis, sed localis, quia in locis quæ constitutio concernit est ser-
uanda, vt probatur 38. dist. sciendum. cum duob. cap. seq. Iste
enim tex. debet intelligi de constitutionibus generalibus, nec
procedit in constitutionibus personalibus, vel localibus.
In glos. 2. diuide ipsam in duas partes, prout duobus modis
19 limitat tex. ibi, & dic in prima parte no. ex gl. t̄ q̄ constitutio
abrogata (seu correcta non est seruanda, & ex hoc Butr. hic, &
Io. de Imo. examinat articulum, an lex vel constitutio abroga-
ta possit allegari, & an in aliquo seruari debeat, de quo etiam
per Archi. de off. deleg. in 6. & 1. q. 1. quicunque. & per glo. in
c. nouit, in verbo, quicunque, de iudi. & ibi etiam per Butr. &
D. Abb. & per gl. & Bar. in l. j. ff. de coniun. cum emanc. lib. &
plenius per eundem in l. si. ff. ad leg. Corn. de falsi. per Bal. in l. j.
20 C. de Iustin. Codice confirm. t̄ Vnde pro declaratione huius
articuli facio regulam negatiuam, q̄ lex vel constitutio abroga-
ta, non debet allegari, & q̄ eam allegans ad decisionem alicuius
causæ incurrit pœnam falsi. hoc tenet gl. & Barto. in d. l. j.
ff. de coniun. cum emanc. lib. & in l. j. ff. de falsi. t̄ Et ex hoc in-
21 fert Bar. ibi contra allegantes apostillas, vel dicta tanquam com-
posita ab aliquo Doctore, quæ tamen in veritate ab eo non
sunt composita, incurrit pœnam falsi. dicit tamen Bar. q̄ si pu-
blice diceretur in scholis, q̄ essent dicta talis Doctoris, tunc ta-
lis allegans excusaretur à pœna falsi. facit gl. in l. j. C. de lat. lib.
toll. dicit etiam ibi Bar. q̄ allegans statutum correctum incur-
rit pœnam falsi, idem dicit Bal. in d. l. j. C. de Iusti. Cod. confir.
22 vbi dicit, t̄ q̄ produciens scienter statutum correctum incidit
in penam falsi: sed ista regula recipit plures limitationes.
23 t̄ Prima est, quando quis iurasset seruare contenta in statu-
to, nam etiam statuto correcto teneretur ad eius obseruantiam,
& contra eum posset allegari statutum correctum, secus si iu-
rasset simpliciter seruare statutum: quia tunc correcto statuto
non teneretur ad eius obseruantiam, vt in c. j. cum ibi notatis,
de his quæ sunt à maio. par. cap. & ita dicit Bal. in prælu. feud.
sed vide bon. glo. in c. cum non deceat, in glo. fin. de elect. in 6.
quæ mouet quæstionem, an correctis & reuocatis statutis in-
telligantur reuocata vel correctata statuta iurata, & nunquid
sublato statuto remaneant obligati iuramento illi qui iuraue-
runt seruare ipsa statuta, & ibi etiam vide D. Dom. qui plenè
circa hoc distinguit.

- 24 Secunda limitatio est, † quando lex vel canon esset correcta in parte, & in parte non: nam in parte in qua non est correcta poterit allegari, & etiam debet observari, casus est singularis in d.l.j. C. de lati. libe. toll. & ibi dicit gl. pro parte potest tenere, & pro parte nō. quam gl. Bal. ibi dicit esse singularem, facit optimè l. sancimus, C. de testa. & l. percipimus, C. de appel.
- 25 Tertia limitatio est, † quando constitutio corrigens de iure non valet: nam tunc prima constitutio non intelligitur reuocata, immo tenet & debet observari, de hoc est tex. j. eod. cum omnes. vbi non fuit sublata antiqua consuetudo per constitutionem, quæ erat iniqua & nulla.
- Quarta limitatio est, quādo lex correcta allegatur per superiorem habentem potestatem legis condendæ, vt probatur in c. nouit, j. de iudi. & in c. quicumque. i. r. q. i. & in c. auctoritate Martini, de præb. in 6. vnde Papa in c. Raynutius, de testam. allegauit l. Lombardā, quæ tamen est sublata. ex quo inferitur, q̄ habens potestatem legis condendæ potest allegare leges correctas, etiam si non sint insertæ in corpore iuris, & hoc etiam tenet gl. in c. cum deuotissimam in verbo, componant, i. r. q. 2. sed Butr. hoc intelligit quando talis lex allegatur per non recognoscentem superiorem.
- 26 Quinta limitatio est, † quando lex correcta allegaretur in argumentū ad decisionem casus de nouo emergētis: quia licet lex antiqua sit correctā, tamen eius ratio non intelligitur correctā, vt dicit gl. not. in c. nouit, in verbo, quicumque, de iud. & ideo licet lex non possit allegari, quia est correctā: tamen eius ratio potest allegari, idem tenet gl. & Bar. in l. i. ff. de coniu. cū eman. lib. & Bar. in l. ff. de fall. & sequitur Butr. & Io. de Imo. hic, & D. Abb. in d. c. nouit, plus dicit Bal. j. eo. translato, q̄ etiā si lex correctā inserta non sit in corpore iuris, tamen eius ratio potest allegari: vnde dicit, q̄ lex Lombardā potest allegari quo ad eius rationem. sed contrarium tenet Guliel. in d. l. j. C. de iust. Cod. confirm. in verbo, nemo. & Bart. idem tenet in l. fin. ff. de fall. dum dicit, q̄ si quis vult allegare legem correctam in argumentum, potest si sunt insertæ in corpore iuris: sed si non sunt insertæ in corpore iuris, non licet ex eis sumere argumentum. & sic Bar. vult, q̄ non licet adducere leges correctas in argumentum, nisi sint insertæ in corpore iuris. & idem sentit Bar. in l. j. in fi. princ. ff. de coniung. cum emanc. lib. & tenuit etiam Bal. in auth. dos data. C. de don. ante nup. & in l. si inuita. C. de nupt. in quibus dicit, q̄ lex Lombardā in nihilum potest allegari, quia est sublata, nec in corpore iuris inierta. Intelligit tamen q̄ lex abrogata inserta in corpore iuris potest deduci in argumentum, nisi in totum fuisset abrogata. i. quo ad principale dispositum, quo ad rationem in ea insertam, vt puta quia lex corrigens reprobarer rationem, in qua se fundat lex quæ colligitur: tunc enim non posset adduci in argumentum, vt voluit hic Butr. & idem sentit etiam Io. de Imo. & hoc modo potest intelligi Auth. de nauticis vsur. in prin. quæ dicit, q̄ constitutio correctā in totum redditur inutilis: nam debet intelligi quando est correctā in totum, etiam quo ad rationem: vel potest intelligi q̄ redditur inutilis quo ad negotium principale, sed non quo ad rationem.
- 27 Sexta limitatio est, † quando lex correctā allegatur quo ad decisionem causarum prædictarum: nam tunc ad hoc potest allegari, quia nō intelligitur lex noua corrigere legem veterem, nisi respectu temporis futuri, non autem extenditur ad tēpus præteritum, immo non extenditur ad causam pendentem, de quo vide bonam glo. in c. licet canon. de elect. in 6. in verbo, de extremo. & in clem. dispendiosam, in glo. fin. de iudic. & istud q̄ lex vel statutum possit allegari; intellige quo ad actus seu negotia præterita. licet Bart. in d. l. i. ff. de falsis. & Bald. in d. l. i. C. de iust. Cod. confir. ibi dicat, q̄ producens scilicet statutum correctum incidit in poenam falsi, quod dicit esse verum, nisi causā terminaretur per statutum verum, & non per statutū nouum, vt quia ageretur de negotio veteri, quod pertinet ad legem antiquam, & non ad nouam: tunc enim non est pēna, immo est licitum producere tale statutum, cū rigor eius quantum ad illam causam non sit sublatus, vt in Auth. vt cum de appel. cogn. in prin. nisi lex noua diceret, q̄ corrigit legem veterem & in præteritum & in futurum: quia tunc nullo modo posset lex verus produci. & de hoc vltimo vide bonū tex. iuncta glo. fin. in clem. dispendiosam, de iudic. Et istud quod constitutio correctā possit quantum ad actus præteritos allegari, tenet etiā hic Butr. & Io. de Imo. & D. Abb. in c. nouit, j. de iud.
- 28 Septimalimitatio est, † quando constitutio abrogata allegaretur ad corroboracionem nouæ constitutionis vel consuetudinis, vt in c. super eo, de cogn. spir. vel quando concordaret cum iure nouo, secundum Archi. in c. fin. de off. deleg. in 6. & Butr. hic. sed Io. de Imo. dicit se non videre quomodo constitutio correctā possit concordare cum iure nouo, ex quo est in effectu reuocata. sed potes saluare opi. Archid. & Butr. nam si constitutio antiqua fuit reuocata, deinde post reuocationem

fit alia constitutio concordans cum constitutione antiqua reuocata, poterit enim nunc allegari, ex quo facta est noua constitutio ei concordans, & hoc modo procedit dictum Archid. & Butrij.

- 29 Octaua limitatio est, † quādo constitutio abrogata seu correctā allegatur, vt de ea habeatur memoria, vel vt sciatur causa quare sit abrogata, vel vt reprobentur malè dicta, & de hoc est bona glo. in c. fuerunt. 7. distin. & in c. quicumque. i. r. q. i. & in c. nouit, in verbo, quicumque, de iudic.
- 30 Nona limitatio est, † quando lex abrogata fuit canonizata, nā tunc non potest reuocari, ex quo canonizata fuit, & de hoc est bona glo. 2. q. i. in primis, in verbo, lex Cornelia. sed Butr. hoc intelligit quando talis constitutio est canonizata ab homine habente potestatem canonizandi, secus si fuisset canonizata à non habente potestatem canonizandi, vt dicit Io. And. in c. 2. de recrip. facit quod not. glo. mag. in c. i. de reb. ecc. non alie. in 6. & hoc etiam sequitur Io. de Imo. hic.
- 31 Decimalimitatio est, † quando lex vel constitutio abrogata transfuit in priuilegium non subditi: tunc enim non potest reuocari, vt dicit notabiliter Inno. in c. nouit, j. de iud. & sequitur ibi Io. And. Butr. & communiter Doct. & Butr. & Ioan. de Imo. hic. & idem tenet Io. And. in Spec. de cens. §. nunc dicendum. & in titu. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua. & est communis opinio Legistarum, & istud semel allegauit ad quæstionem. nam multi iunt laici qui sunt infeudati de decimis ante Concilium Lateran. sed Papa quotidie concedit priuilegia religiosis, vt non reneantur soluere decimas de possessionibus suis, certè Papa non potest concedere talem exemptionem: quia non potest præiudicare laicis qui non sunt sibi subditi, facit optimè quod not. Inno. in c. inquisitionis, de sent. excom.
- 32 Vndecimalimitatio est, † quando lex vel constitutio transfuit in contractum, tunc enim nō potest reuocari, vt tenet Innoc. & Doct. in d. c. nouit. idem tenet Bart. in l. i. qui. ff. de iure immu. & in l. quo. i. semel. ff. de decr. ab ord. fac. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. in i. r. col. vert. quarto quæritur, vtrum liceat facere statuta. vbi Bar. ponit quæstionem de statuto disponeate, q̄ quicumque venerit ad habitandum habeat immunitatem per decem annos: & dicit, q̄ tale statutum non poterit reuocari, quia transfuit in contractum, vel quali, cum etiam Princeps obligetur, vt not. in c. i. de probat. & in l. digna vox. C. de legib. dicit tamen Bart. q̄ respectu illorum qui nondum venerant ad habitandum poterit reuocari, ex quo res est integra. arg. l. si pecuniam. ff. de cond. ob. causi. sed D. Abb. in c. nouit, dicit q̄ istud dictum Bar. videtur facere contra dictum Inno. ibi. sed ipse concordat dicens, q̄ dictū Bart. procedit quando statutum fuit generaliter editum, quia tunc est quidā contractus innominatus qui re integra potest reuocari, vt d. l. si pecuniam. sed dictum Inno. procedit in priuilegio specialiter concessio non subdito, q̄ incontinenti habuit vim suam, cum peruenit ad notitiam priuilegiati. de concess. præb. c. i. lib. 6. Sed aduerte, q̄ idem Inno. in c. in nostra, j. de iniur. videtur velle, q̄ tale statutum possit reuocari: nam ibi vult, q̄ commune obligans se ad refarciendum damna singulorum in bello commissa, potest illud statutum reuocare. Butr. hic soluit dicens, q̄ aut statutum transfuit in contractum vltro citroq; obligatorium, & ex vtraque parte onerosum, & tunc non potest reuocari vbi est factum implementum per illum ad cuius commodum emanat statutum: aut statutum confert aliquod ius posituum in subdito, & tunc poterit reuocari, & ita procedit Inno. in d. c. in nostra, de iniur. & sic vult Butr. q̄ etiam si statutum transeat in contractum cum subdito, tunc non possit reuocari, secus si non transeat in contractum, sed aliquod concedat subdito, quia tunc poterit reuocari. sed Io. de Imo. hic, & in c. j. de prob. videtur q̄ etiam si transeat in contractum cum subdito, q̄ possit reuocari. sed D. Abb. in d. cap. nouit, videtur tenere opin. Butr. licet propriè non loquatur in statuto, sed in priuilegio. dicit enim q̄ quando priuilegium est concessum subdito, maximè per viam statuti, aut tale priuilegium habet factū successiuum, & tunc poterit reuocari quo ad actus futuros. & ita secundum eum loquitur cap. in nostra, j. de iniur. & Inno. ibi. aut habet effectum momentaneum, ita q̄ priuilegium statim est sortitum effectum, & tunc non poterit reuocari, quia transfuit in ius gentium, nisi sub sit causa, a propter quam etiam ea quæ sunt de iure gentium possint reuocari, iuxta not. per Inno. j. eo. quæ in ecclesiarum. & per not. per Bar. & alios scribentes in l. fin. C. si contra ius vel vtil. pub. modo cum contractus sint de iure gētium etiam si fiant cum subdito, non debēt posse reuocari nisi sub sit causa, propter quam etiam ea quæ competunt de iure gentium possint reuocari. & istud satis est de mente

ADDITIO.

- a ^a Causa autem iusta est fauor publicus. D. Abb. in d. c. quæ in ecclesiarum, 3. col. in fi. de constit.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

mente Bar. in locis preall. dum dicit, qd statutum cōcedens immunitatem illis qui venerunt ad habitandum non poterit reuocari postquam venerunt ad habitandum: nam postquā venerunt ad habitandum sunt facti subditi ratione habitationis, istud etiam voluit Bald. in l. si cum mihi. ff. de dolo. vbi dicit, qd si Comitatus soluerunt pecuniam communitati, vt efficerentur ciues, non poterit reuocari eorum ciuitas per cōmunitatem. Item Cy. Bar. & Bald. in d. l. digna vox. C. de legi. vbi tenent, qd contractus ligent Papam & Imperatorem, nec distinguunt an contrahatur cum subdito vel non. vnde Bald. in l. fin. C. de transa. dicit, qd capitula facta a Papam vel Imperatorem cum ciuitatibus sunt seruanda: & ideo si transigit cum aliqua ciuitate vt faciat certa seruicia, pacta sunt seruanda, & idem dicit Bal. in c. j. §. sacramenta, de pace iuram. fit. vbi dicit, qd si commune Perusij vendidit lacu iuu, in quo multi capiuntur pisces per quinquennium, & postea ipsa communitas de plenitudine potestatis aufert emptoribus potestatem piscandi, qd possunt agere contra ipsam communitatem ad interesse, pro hoc etiam allego S. Thom. 2. secundę, q. 57. arti. 2. vbi dicit, qd nulla constitutio humana possit aliquid facere, quod habeat repugnantiam ad naturalem iustitiam. & idem voluit quest. 60. art. 6. vbi dicit, qd valet voluntas hominis, nec lex scripta continens aliquid cōtra ius naturale potest esse iusta, nec habet vim obligandi. Si ergo Princeps per legem suā non potest aliquid facere contra naturalem iustitiam, vel contra ius naturale: ergo non potest reuocare contractum celebratum cum subdito: quia ait prator, pacta seruabo. l. j. ff. de pacta. Item graue est fidem fallere. l. j. ff. de const. pec. & predicta etiā inducuntur per D. Abb. etiam ad quæstionem in d. c. nouit, de iudi. qd vbi ponit q. disputatā per Ang. de Perusio in his terminis. factum fuit statutum in electione cuiusdam Potestatis, qd de omni pœna pecuniaria quā exigeret ipse Potestas deberet habere quartam partem, & tempore electionis erat imposita pœna pecuniaria. sed postea quā ipse Potestas electus acceptauit officium, mutata fuit per nouum statutum illa pœna pecuniaria in pœnam corporalem. Queritur vtrum mutatio huius statuti nocet Potestati, quomodo habeat dictam quartam partem iuxta formam statuti? & Ang. in d. iura disputat. multa concludit, qd si Potestas cōtradicit huic mutationi. l. qd sibi debetur quarta pars pœnæ: non enim potuit hoc statutum mutari in eius præiudicium. arg. opt. in l. concedendo. ff. de aqua plu. arc. & allegat pro hoc casum in præall. l. quod semel. cum sua glo. ff. de decr. ab ord. fac. & in l. Lucius, in fi. ff. ad muni. & D. Abb. in d. c. nouit, dicit hoc dictū singulariter notandū.

36 Ex quo infert, qd si sunt aliqua statuta conferentia priuilegia Doctoribus legentibus in ciuitatibus, qd talia statuta non possunt reuocari vel mutari in præiudicium Doctorum forensum tempore quo existerent talia statuta: & dicit, qd hoc satis habet æquitatem, quia forte se non permisissent cōduci cum illo salario, nisi propter immunitates, quas statuta locorū concedebant eis, & istud etiam satis colligi potest ex dictis Bar. & aliorum Doctorum, dum dicunt, qd statuta transeunt in cōtractum vel in priuilegium non subditi non possunt reuocari vel mutari, & per hoc est expeditus iste articulus not. qui in varijs locis examinatur, de quo per Host. in sum. de immu. eccl. §. in quantum sub §. sed nec illi immunitas, ver. nec credendū. & ver. seq. sed vide glo. not. 4. dist. c. leges, in j. glof. quæ ponit differentiam inter abrogare & derogare, qd dicit qd abrogare est quando lex in totum tollitur: derogare vero est quando tollitur in parte. & idem dixit Bart. in l. si constante. ff. sol. matri.

37 Ex prædictis etiam potest inferri, qd decretales decisæ, seu id quod continetur in decretalibus decisis, prout sunt multæ in hoc volumine, quæ sunt decisæ, vt patet ex verbo, & j. posito in eis possunt allegari. de quo per Archid. in præal. c. fin. de off. leg. in 6. & per Io. And. s. in proe. circa si antepen. gl. si sunt decisæ tanquam superflue, possunt allegari pro declaratione decretalis, prout etiam faciunt sæpe Doct. & si propter prolixitatem fuisset facta decisio, secus si fuisset decisæ tanquam sint correctæ in eo, quod deciditur, quia tunc idem esset dicendum sicut §. dictum fuit in decretalibus, seu legibus abrogatis seu correctis. & ita concludunt hic Butr. & Ioan. de Imo.

38 In 2. parte gl. intellige glo. dum dicit, qd decretales quæ sunt de consilio non ligant, nisi ratione contemptus: quia contemniens decretales vel ll. quæ sunt de consilio, peccaret mortaliter, vt dicit glo. not. 10. dist. quis autem. ad idem vide gl. not. in c. de libellis, 20. dist. in gl. fin. quæ dicit, qd licet Græci non seruent constitutiones Ecclesiæ Orientalis, non peccant dūmodo eas non contemnant, & vide pulchre tex. in c. violatores, 23. q. j. vbi tex. dicit, qd illi qui obloquuntur de canonib. peccant in Spiritum sanctum. sed D. Abb. circa istam glof. latius distinguit: dicit enim qd triplex est consilium: aliquod enim est perfectionis, aliquod honestatis, & aliquod reuerentiæ, & de primo ponit exemplum per illud Evangelicū, Si quis per-

cusserit te in vna maxilla, præbe ei alterā: vel, Si quis abstulerit vestem, da ei & tunicam. vel, Si vis esse perfectus, vnde omnia quæ habes, & da pauperibus, & tale consilium nō obligat ad peccatum, etiam religiosum, vt in clem. exiui, de verb. sign. quod est verum, nisi ratione contemptus: quia tunc obligaret ad peccatum mortale, vt supra dixi. & sequitur D. Abb. Circa secundum. l. quando lex vel constitutio loquitur de honestate, & tunc non obligat ad peccatum mortale, vt voluit Inn. in c. j. de vita & hon. cler. 4. dist. §. hæc si legibus. & dicit D. Abb. qd talis constitutio non obligat etiam ad peccatum veniale. Circa tertium. l. quando est consilium reuerentiæ, dicit D. Abb. qd illud obligat ad peccatum mortale, vt in c. ad aures, & ibi per Inno. de æta. & qual. & est bona gl. in clem. j. in verbo, exhortamur, de testi. & dicitur consilium reuerentiæ, qd ex se est necessitatum, sed propter reuerentiā eius, qui loquitur vtitur verbo consultiuo & non præceptiuo. Infert etiam D. Abb. super glo. sequenti ad quæstionem, qd si an lex positua vel ecclesiastica seu civilis liget in foro animæ. de quo artic. per Calde. in proe. & per B. Thom. in 2. parte suæ summæ, q. 92. arti. 6. & per Io. And. in cap. quamquam, de viur. in 6. & dicit D. Abb. qd communis conclusio est, qd aut lex distinguit inter vtrunque forum, & tunc casus est clarus, exemplum in c. tua nos, de spō. Aut & secundo non distinguit, nec subest causa distinguēdi, neque est peccati nutritiua, & tunc est seruanda in foro animæ, quia auctoritate Dei est edita, & ipse Deus videt edidisse per suos ministros, 8. dist. quo iure. & Prouerb. 8. Per me Reges regnant, & conditores iusta decernunt. & dicit, qd idem videtur tenuisse Inn. in c. quia plerique, de immu. eccl. de quo vide bonam glo. in c. vt animarum, de const. in 6. Aut & tertio lex est iniusta, & tunc non est seruanda in foro penitentiæ: potest autem esse iniusta respectu finis, vt quia non tendit in utilitatem communem, vt 4. dist. crit. Item potest esse iniusta respectu auctoritatis, vt quia facta est a non habente auctoritatem, vel iuper qua non haberet auctoritatem, facit d. c. vt animarum, de const. l. b. 6. & l. fin. C. de iurisd. omni. iud. Item potest esse iniusta ex forma sui, vt quia non distribuit æquè onera subditis, sicut tenetur facere bonis patribus familias. & hæc sunt verba B. Thomæ, qui tamen dicit, qd propter scandalum & turbationem vitandam debet talis lex seruari: quia ratione scandali b. vitari debet qui. cedere iuri suo, facit c. 2. de noui ope. num. & auib. de præscrip. & qd ibi dixi post B. Thom. & in hoc facias vnam rationem generalem: qd an & quando lex constitutio vel statuta sint iniusta: nam vbiq; habet repugnantiam ad naturalem iustitiam, vel est contra naturalem æquitatē, seu contra ius naturale, constitutio est iniusta, vt dicit S. Tho. 2. secundę, q. 67. art. 2. & quest. 60. art. 6. & superius dixi. Et ex his dicit D. Abb. qd fraudans collectas, quæ licet non sint impositæ nō peccat, nec tenetur ad restitutionem, allegat Bart. in l. vectigalia. ff. de publ. sed tu dic, qd idem tenet Pet. de Anch. in c. inno-uamus, de cens. & dixi in c. quanto, j. de iur. iur. Item addendo ad peccata, dicit D. Abb. qd vbi lex positua fundatur super præsumptionem, & certum est præsumptionem nō esse veram, non tenetur illam seruare in foro animæ, & dicit ponendum esse exemplum per c. is qui. de spon. & dicit sic intelligendum esse Inno. in d. c. quia plerique, de immu. eccl. facit 8. dist. veritate. allegat etiam glof. singul. 12. q. 2. fraternitatis. qd quæ dicit, qd pœna imposita per legem posituam non est seruanda in foro penitentiæ: sed satis est, qd sacerdos imponat penitentiam pro delicto. & dicit, qd dicti illius gl. potest esse duplex ratio: prima, quia pœna imponitur per iustitiam in foro contentioso. secunda ratio est, quia pœna imponitur vt ceteri metum habeat, & vt multis grassantibus locus sit exemplo. l. aut facta, in fi. ff. de pœn. quæ ratio cessat in foro animæ, quia penitentia imponitur propter læsionem commissam in Deum, adducit etiā Inno. in c. sicut dignum, de homici. vbi singulariter dicit, qd si quis infert damnum proximo non ex proposito, neque ex lata culpa, non tenetur relarcire damnum in foro penitentiæ: sed satis est alia penitentia: secus est in foro contentioso, vt in toto tit. ad l. Aquil. & istud dictum Inn. communiter tenetur, licet D. Abb. quandoq; illud sequatur, vt hic, & quandoq; illud impugnat, de quo alibi latius dixi. sed D. Abb. limitat prædictam glo. in quantum dicit, qd pœna non debetur in foro penitentiæ: nam debet intelligi nisi pœna imponeretur ipso iure, seu ipso facto: quia tunc non potest retinere bona, quibus est priuatus cum bona conscientia, allegat c. 2. de præscrip. in 6. & in l. aut facta ff. de pœn. Potest etiam poni exemplum per c. commissi. fa. de elect. in 6. qd vbi si promotus ad ecclesiam parochiale non faciat se promoueri ad sacerdotiū infra annum, ipso facto est priuatus ipsa ecclesia, adeo vt nō possit sibi illa ecclesia iterato conferri:

ADDITIONES

a ¶ No. Idem dicit Bal. conf. 169. 4. vol.

b ¶ Adde Fel. in c. 2. 3. col. ver. adde quod ratione scandali, de præscrip.

- conferri, nam non poterit cum bona conscientia illam ecclesiam retinere, ex quo est priuatus ipso iure, secus si non esset priuatus, sed priuandus, vnde Innoc. in cap. cum in nostris, de concess. præben. dicit, † q̄ homicida, & irregularis licite retinet ecclesiam, donec ea priuetur, vel ei renunciat. & idem dicit in c. inter dilectos, de excess. prælat. & dicit dom. Abb. † q̄ vbi poena imponitur ipso iure, etiam si delictum esset occultum, non posset retinere cum bona conscientia, allegat glof. not. in clem. 1. de hæret. in uerbo, eo ipso incurrant. quæ dicit, q̄ constitutio militantis ecclesie ligat delicta omnino occultata, licet de illis nominatim non iudicet. vide etiam ad prædicta S. Tho. 2. 2. q. 72. arti. 3. vbi dicit, † q̄ iniuste recipiens rem alienam non tenetur restituere cum poena: sed sufficit, q̄ restituat tantum quantum habuit alienum, sed quantum ad culpam adhibetur remedium p̄ penam, cuius inflictio pertinet ad iudicem. & per hoc dicit, q̄ antequam sit condemnatus per iudicium, non tenetur restituere plusquam accepit, sed postquam est condemnatus, tenetur poenam soluere, & subdit, q̄ posset statui per legem humanam, q̄ nõ requiratur aliqua condemnatio iudicis. vnde vult San. Tho. multum not. quod
- 49 concess. præben. dicit, † q̄ homicida, & irregularis licite retinet ecclesiam, donec ea priuetur, vel ei renunciat. & idem dicit in c. inter dilectos, de excess. prælat. & dicit dom. Abb. † q̄ vbi poena imponitur ipso iure, etiam si delictum esset occultum, non posset retinere cum bona conscientia, allegat glof. not. in clem. 1. de hæret. in uerbo, eo ipso incurrant. quæ dicit, q̄ constitutio militantis ecclesie ligat delicta omnino occultata, licet de illis nominatim non iudicet. vide etiam ad prædicta S. Tho. 2. 2. q. 72. arti. 3. vbi dicit, † q̄ iniuste recipiens rem alienam non tenetur restituere cum poena: sed sufficit, q̄ restituat tantum quantum habuit alienum, sed quantum ad culpam adhibetur remedium p̄ penam, cuius inflictio pertinet ad iudicem. & per hoc dicit, q̄ antequam sit condemnatus per iudicium, non tenetur restituere plusquam accepit, sed postquam est condemnatus, tenetur poenam soluere, & subdit, q̄ posset statui per legem humanam, q̄ nõ requiratur aliqua condemnatio iudicis. vnde vult San. Tho. multum not. quod
- 50 vbi poena imponitur ipso iure, necdum poena non debetur in foro penitentiali, sed nec etiam in foro iudiciali, ubi vero est condemnatus per iudicem: tunc quia poena iam est imposita, debetur & in foro penitentiali, & in foro iudiciali. & idem ubi poena imponitur per legem humanam, quando lex imponit poenam ipso iure, nec ad poenam incurrendam requirit ministerium iudicis, & hoc modo declara ea, quæ scripsit hic dom. Abb. & in d. c. quia plerunque. de immun. eccle. vbi dom. Abb. idem dicit, quod hic.
- 51 Nunquid autem † ueniens contra constitutionem perpetuam, peccet mortaliter, dicam infra eod. nam concupiscentiam, ubi Doct. tangunt.
- In glo. in uerbo, ab omnibus. ista glo. reprobatur per Innoc. dum dicit, † q̄ Papa, & Imperator non ligantur constitutionibus, quia omnis creatura est subdita Vicario Christi, & quotidie ad hoc allegatur istud dictum Innoc. Ex quo sequitur, q̄ etiam Imperator est subditus Papæ. Sed Host. & Butr. saluant glo. dicentes, q̄ singula singularis sunt referenda. s. q̄ Papa non ligetur canonibus, nec Imperator legibus, quia non possunt sibi legem imponere, a qua non liceat recedere. l. si quis in principio testamenti. ff. de legat. 3. † Immo præcessor nõ posset ligare successorem cum pari fungatur potestate, ut in ca. innotuit, de elect. & in l. nam magistratus. ff. de arbitr. & Io. de Imo. & Butr. allegant no. dictum Archid. in c. Romana. §. caueant, de sent. excomm. in vj. vbi dicit, q̄ successor non ligatur statuto facto per præcessorem, in quo est lata excommunicatio. Pone exemplum. Episcopus statuit, quod quilibet ingrediens conuentum monialium, uel colloquens cum monialibus absque licentia Abbatis, ipso facto incurrat excommunicationem, nam successor non ligabitur ad excommunicationem ratione talis statuti, nam quemadmodum Papa, & Imperator non ligatur statuto proprio, etiam eodẽ modo non ligatur episcopus, ut uoluit Archid. & Ioan. Andr. in c. 2. eod. tit. in vj. & in regula, cui licet. in mercur. eodem lib. & Cyn. & Bal. in auth. quibuscunque modis, C. de sacros. eccle. & Bal. in l. digna uox, C. de leg. & Dom. Petr. de Ancha. in d. c. 2. eod. tit. in vj. & in repeti. huius capituli, in 12. q. & Butr. & Ioan. de Imo. hic sequendo Archid. dicunt, quod etiam statuto prædecessoris non ligetur, etiam si vigore talis statuti feratur excommunicatio. dic tamen, quod est de magna honestate, ut statuens, uel constitutionem faciens, ipsam seruet, ut est tex. in d. l. digna uox. C. de legib. & l. ex imperfecto, C. de test. & in c. proposuit, de concess. præben. † Immo puto, q̄ Princeps, uel alius inferior non seruans suas constitutiones, peccet, si sine causa ipsis contrauenit. pro hoc allego Isidorum in 3. lib. de summo bono. 52. cap. quem Gratianus. 37. distinet. c. ideo prohibetur Christianus, appellat librum sententiarum: inquit enim sic Isidorus, iustum est enim Principem legibus obtemperare suis: tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando illis reuerentiam præbet. Principes legibus tenentur suis, nec in se conuenit frustrare iura, quæ in lubricis constituuntur: iusta est enim uocis eorum auctoritas, si de populis prohibent sibi licere non patiantur, & hæc uerba habentur ad literam. 9. dist. in palea. quæ incipit, iustum.
- 52 Ex quo infero, † quod licet Princeps sit subditus legibus, ut in d. c. proposuit, de concess. præben. tamen si absque causa facit contra leges, uel canones, grauius peccat. & idem dicendum est in omnibus inferioribus contrauenientibus suis constitutionibus eadem ratione. † Item licet Papa, & Imperator non ligentur suis legibus, tamen ligantur iure naturali: nam ius naturale est immutabile, & omnes ligat. 6. dist. §. his ita. & Instit. de iure natur. gent. & ciui. §. sed naturalia. & si Papa, uel Imperator faciunt contra legem diuinam, uel natura-
- lem, grauius peccant, quam alij, in quantum sunt maiores alijs. 9. q. 3. aliorum. pro quo uide bon. glof. 2. quæst. 4. prætit. quæ dicunt, q̄ sicut Papa super omnes præeminet, ita sine comparatione tanquam diabolus damnabitur, adde etiam gl. 24. q. j. Achatius. q̄ dicit, quod si Papa est hæreticus, est minor quolibet Christiano, & ligatur per legem præcessoris. vnde dixit Bal. quod ille, qui non est legitime electus in Papam, est diabolus in terris, nec habet clauis coelorum, nec inferni. 69. dist. si quis pecuniam, ita dicit Bal. in l. fin. C. sent. rescin. non pos. † ligantur etiam Papa, & Imperator suo contractu, ut in c. 1. de probatio. & in l. Cæsar. & quod ibi not. ff. de publica. & tenet Cyn. & Bart. & Bald. in d. l. digna uox. C. de legib. unde dixit Bal. in Rubrica huius tituli, † quod constitutio disponens pacta seruabo, fuit postea a Deo in ore rectoris, ergo constitutio diuina debet ligare Papam, & Imperatorem. adde etiam Bal. in ca. 1. de natura feu. quod licet Deus subegerit Papæ canones, & Imperatori leges, non tamen sibi subegit obligationes, & contractus, vnde obligantur sicut priuati homines, uide etiam Bald. in l. 2. C. de seruit. vbi dicit, † quod licet Princeps sit solutus legibus, non tamẽ est solutus dictamine rationis, quia est animal rationale politicum, & quod nulla auctoritas, nec Principis, nec Senatus potest facere, quod Princeps nõ sit animal rationale, nec eum absolueret a lege naturæ, uel dictamine rationis, uel a lege eterna, facit etiam optime gl. in cap. fin. qui feu. da. poss. quæ uult, quod † Princeps non possit priuare uasallum feudo sine culpa, & Bald. ibi assignat rationem, quia bonæ, & naturales consuetudines ligant Principem, quia potestius est ius naturale, quam Principis, & quia in ore Principum debet esse firmiter ueritas, & hoc habet locum, etiam si Princeps contraheret cum suis subditis, ut dicit Cy. in l. digna uox. C. de legib. vbi dicit, quod Princeps potest contrahere cum suis subditis, & quod tenetur eis de iure gentium, & ciuili, quia naturalis ratio cooperatur. l. bona fides. ff. de po. & de hoc plenè tetigi in secunda glo. in prima parte, in 1. l. j. ubi conclusi, † quod quando lex, uel constitutio transit in contractum etiam cum subdito, quod non possit reuocari. Bal. tamen in l. ex imperfecto, C. de testa. circa hoc distinguit, ex qua distinctione facias tres casus.
- Primus est, quando actus confertur in Principem ab alio: puta quia aliquis instituit Principem hæredem, & tunc Princeps utitur iure communi, nec est subditus legibus, unde † si instituitur hæres in testamento non solenni, non ualeat institutio, licet Princeps sit institutus, ut d. l. ex imperfecto. & hoc sequitur etiam ibi Ang. sed ille tex. uidetur probare contrarium, quia dicit, quod licet lex Imperij soluit Imperatorem solennitatibus iuris, tamen nihil est tam proprium Imperatori, quam legibus uiuere. & sic ille tex. uidetur uelle, quod licet Princeps propter leges Imperij sit solutus a solennitatibus iuris, tamen quia proprium est Imperatoris legibus uiuere, non uult talem institutionem ualere, & sic uult, quod talis institutio attentata lege Imperij, qua Imperator est solutus legibus, sit ualida, tamen de honestate Imperator non debet acceptare talem hereditatem, quia de honestate debet uiuere secundum leges, & ista est mens illius tex.
- Secundus casus est, quando actus confertur a Principe in alium, † ut si Imperator aliquem legitime, uel facit aliquem contractum non interueniente solennitate iuris, & tunc est solutus iure communi, & utitur iure proprio. l. pen. C. de donat. inter uir. & uxor. & hoc quo ad Principis potentiam, sed quo ad honestatem est secus, quia de honestate debet seruare regulas iuris communis, ut d. l. digna uox, C. de legib.
- Tertius casus est, quando actus recipit perfectionem ab alio, ut est contractus, qui non recipit perfectionem a Principe, sed a iure gentium, & tunc utitur iure communi, non autem proprio. l. Cæsar. ff. de publica. nec potest de sua potentia contractum reuocare, ut in c. 1. de probat. & ita etiam concludit Ang. in d. l. ex imperfecto.
- Item dicit Butr. hic, & Io. de Imo. post eum, † quod Papa, & Imperator astringitur uoto iuramento suo, & sua promissione, nec ab illis stante uinculo potest Papa seipsum absolueret, ut not. 15. q. 6. auctoritate. & de do. c. non est. ubi dicit glof. † quod Papa nõ potest dispensare in uoto sine causa, & quod si dispensat, peccat, & ille cum quo dispensauit, non est teneus in foro conscientie, licet quo ad ecclesiam præsumi debeat Papam ex iusta causa dispensasse. idem dicit Innoc. in capitu. cum inter P. de renunciat. & glo. 2. in c. quanto, de iure iur. & ibi plenè dixi super ea. & dicit hic Ioan. de Imo. quod etiam † si causa subesset, non posset seipsum absolueret, sed debet alteri

A D D I T I O.

a Iure communi. Bald. consilio 276. in fine, tertio uolumi. idem tenet, quod hic.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

69 **a** teri committere potestatem. vt absolueret, arg. c. si. de insti. & quod not. glo. in c. sanc. de off. leg. quæ dicit, quod † Papa potest ligari ab illo, cui peccata sua confitetur. ^a

70 **b** Ex quo infertur conclusio, † quod in casibus, in quibus nõ potest inferiorem absolueret a voto, vel iuramento, non poterit etiam absolueret seipsum, nec alij committere absolutiõnem: vbi autem posset alium absolueret, poterit committere alteri, vt ipsum absoluat. ^b

Et ex his infertur But. ad quæstionem Papæ Gregorij XII. qui ante Papatum tanquam Cardinalis, & post Papatum promisit, & iurauit, & vouit renunciare Papatu propter sedandum scissimam, quod durat triginta annis, quod tali voto, & iuramento, & promissione fuerit astrictis, cũ etiam subesset causa naturalis, quæ obligabat eum ex charitate, quam debebat habere ad gregem Christi, & vt scissima tolleretur, quod facili ter tolli non poterat, & pro hoc dicit, quod si stabat per eum, tanto plus peccabat, quanto plus scandalizabat populum Christi malis exemplis, & allegat glo. no. in cap. ad Apostolicam. in

71 **c** verbo, de iur. de re iudic. in vj. quæ dicit, † quod periurium est grauissimum crimen in quolibet, præsertim in Principe, vel Prælaro, cum eorum facta trahantur ab aliis in exemplum, infra de voto, magnæ. vnde grauius puniuntur, in cap. præcipue. ^a 11. q. 3. adde etiam no. per Ioan. And. post Hostien. in cap. significasti, in verbo, iurisdictionem. de foro compet. vbi dicit, † quod licet Papa non astringatur legi posituæ, astringitur tamẽ menti legis, & generali equitati determinanti aliquid circa legem diuinam, vnde astringitur determinationi, de qua in cap. omnis utriusque sexus, de pœn. & remiss.

72 **d** Sed Ioan. de Imo. hic dicit, † quod licet Papa male faciat nõ seruando in sua persona illud, quod dicitur in d. ca. omnis. tamen non ligabitur pœna ibi posita, ^d quia ipsi non videtur subiectus, quia est pœna iuris positiui.

Sed aduerte, quia aut tu quæris, an Papa quia non confitetur, nec recipit corpus Christi singulo anno, peccet mortaliter. & puto quod sic, & hoc est, quod vult dicere Host. Ioann. And. & But. equitas enim naturalis ipsum astringit ad obseruandum illa, quæ vult ab aliis obseruari: grauius enim peccat Papa non confitendo, & recipiendo corpus Christi singulis annis, quam faciant alij. Sed si quæretur, an ipse incurrat pœnam d. c. videlicet, vt priuet ingressu ecclesiæ, & vt careat Christiana sepultura. & dicendum est, quod non, quia est pœna iuris positiui, & quod Papa peccet non seruando illam constitutionem facit, quia constitutio illius capit. omnis, concernit vniuersalem statum Christianitatis, quem Papa non potest mutare. l. q. 7. & si illa. & per Innoc. & Doct. in c. quanto. j. de consuet. & hoc modo concordantur opinioniones.

74 Nunquid † autem Greci, & Orientales teneantur ad confessionem oris. vide glo. singularem, de pen. dist. 5. in summa, & nunquid teneantur seruare constitutiones factas in ecclesia Occidentali. vide glo. 20. dist. de libellis, in glo. fin.

75 Nunquid † autem Imperator ligetur canonibus. Inno. videtur velle, quod sic, dum dicit, quod omnis creatura est subiecta Papæ tanquam Vicario Christi, & quod etiam Imperator comprehenditur sub verbis istius tex. dum dicit, quod canonum statuta ab omnibus custodiuntur, & hoc est verum, secundum But. & Doct. in spiritualibus, & in materia peccati, in temporalibus autem non est subiectus Papæ, nisi in casibus, qui not. de foro compet. cum sit generale. & in c. licet ex suscepto, eod. tit. dicunt etiam Doct. † quod a regula posita in tex. excipiendi sunt infideles, quia non ligantur canonibus in spiritualibus, ut in cap. gaudemus. de diuor. quia nihil ad nos de his qui foris sunt. 2. q. 1. multi. In temporalibus autem subiiciuntur Principi sæculari, vt in cap. Iudæi. C. de Iudæis. facit cap. Iudæi. infra de testib. Si autem sunt in terris ecclesiæ, tunc sunt subiecti quo ad temporalia sicut laici Christiani, facit quod habetur in cap. si duobus, de appellat. Sed si non habitant in terris ecclesiæ, tunc non sunt subiecti ecclesiæ, de quibus in d. c. cum sit. & in d. c. licet ex suscepto, de foro compct. & vide bonam glof. in c. Iudæi, de Iudæis. quæ ponit casus, in quibus ecclesia habet iurisdictionem super Iudæos.

76 Et ex prædictis etiam potest inferri, † an laici teneantur ad obseruantiam canonum, quia de clericis non est dubium, cũ illi sint subiecti Papæ, sed in laicis. Potes concludere, quod aut sumus in materia peccati, & tunc sunt subiecti Papæ, & canonibus. facit cap. tuam, de ord. cognit. & c. fin. de præscrip. & quod not. in glo. in regula, possessor. in vj. & per Barto. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccles. & per Io. And. & Io. Calder. in c. 1. de oper. no. nunc. & ibi etiam dixi post Dominum Abbatem. In temporalibus autem idem dicendum est, si sunt subiecti temporali iurisdictioni ecclesiæ, quia sunt subiecti ecclesiæ quo ad temporalia, vt in cap. si duobus, in fi. infra de appellat. sed si laici non est de temporali iurisdictione ecclesiæ non ligatur lege canonica quo ad temporalia, nec tenent obe-

77

78 dire Papæ, si præcipit sibi aliquid circa temporalia, vt dicit Innoc. in cap. inquisitioni, de sent. excomm. & ad prædicta vide glo. no. in c. 2. de arbit. in vj. in verbo, ciuili, in fi. † An autem clericus ligetur in patrimonialibus lege ciuili, & Imperatoris, habetur infra eod. ecclesiæ. & in cap. quod clericis, de foro compet. & per Ioan. Calde. in disputatione, quæ incipit, statuto ciuitatis cauetur.

79 Tangit etiam But. † nunquid non recognoscentes Imperatorem, ligentur legibus. & dicit Cyn. & Guil. in l. cunctos populos. C. de summa Trin. & fide cath. qui tenent, quod non tenentur, quia non sunt laqueis legum innodati. l. si qui adulterij, C. de adult. Mouetur etiam Guil. per l. mercatores, C. de commerciis, & mercat. per l. 2. C. de eunuchis. & per Auth. de hære. & Falcid. §. his omnibus. Sed Bart. tenet contrarium in d. l. cunctos populos. † quia Imperator est dominus totius mundi. l. de præcaro. ff. ad legem Rhod. de iactu. facit 7. q. j. in apibus. & quod not. in cap. per venerabilem. §. rationibus. infra qui fil. sint legit. & 56. dist. Cenomanensem. aliàs sequeretur, quod Florentini, qui de facto non obediunt Imperatori, non obligantur legibus.

80 But. autem distinguit, ex cuius distinctione facias tres, vel quatuor casus.

Primus est, quando loquimur de legibus priuilegiatibus, & istæ non extenduntur ad non subditos, & de facto rebelles, per ea, quæ habentur in l. manumissiones. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin. sicut nec proficiunt excommunicato, de senten. excomm. per tuas, & cap. nobis. pro hoc facit glo. no. Infit. de pat. pote. in verbo, Romanos. quæ dicit, quod illi, qui non sunt de Romano Imperio, non habent filios in potestate. Sed aliqui tenent filios tãquam seruos, vt faciunt sclauis alijs profus abolutos, vt faciunt Fracigenæ, & sic non recognoscentes Imperatorem non habent filios in potestate, nec eis acquirunt.

Secundus casus est, quando lex nõ concedit priuilegium, sed aliud disponit, & tales sunt exempti a potestate Imperij, & subiunt ecclesiæ, vel alteri, vt quia ex causa fuerunt exempti, & tunc non ligantur legibus Imperij, facit quod no. Bart. de Venetis, in l. hoites. ff. de capt.

Tertius casus est, quando lex est dispositiua, & non priuilegians, nec tales sunt exempti a potestate Imperij. & hoc casu dicit But. si steterunt tanto tempore in libertate, quod Imperator visus est negligere iurisdictionem, quam habet in eis, quod non ligantur statutis Imperij, etiam si sint in mala fide, quia priuans est in quasi possessione, a qua pendet iurisdictione originalis, & consequenter potestas statuendi. Mouetur etiam,

81 † quia actus gestus per proprietarium altero possidente mala fide non valet, ex quo proprietarius non possidet, allegat no. in cap. in literis, de restit. spoliat. & in cap. cum ecclesia, de cau. posses. & propriet. dicit tamen, quod non possunt præscribere ius exemptionis, vt essent acephali, quia hoc esset impossibile. l. comperit. C. de præscrip. 30. ann. & not. Innoc. in capit. bonæ, el secundo, de postul. prælat. & quod not. in c. cum non liceat, & cap. cum nobis, de præscrip. & in c. per venerabilem. §. in super. iuncta glo. in verbo, recognoscat. & quod no. Flo.

82 super ea. vbi dicit, † quod nec Reges Franciæ, nec Hispaniæ, nec similes possunt præscribere contra Imperatorem, nisi for tenomine Rom. Ecc. de præscript. cum ex officij. licet tamen posset dici, quod non peccat non obediendo, quamdiu ab eis non exigitur obedientia, sicut in simili dicimus de decimis, vt no. de deci. cum homines. & c. a nobis. & dicit But. quod prædicta maxime procedunt, † quia non præsumitur statuẽtem uelle statuere ad nõ recognoscentem de facto ipsum in superiore, vt in l. fina. C. de infami. & dicit sic posse intelligi. l. 2. C. de eunu. & l. mercatores. C. de commer. & mercat. & dicit, quod ita no. Archid. 1. 2. quæst. 2. cap. deuotissimam. super glo. in verbo, componant. sed Ioan. de Imo. in hoc tertio casu contradicit, dicens, quod ex quo non præscriperunt exemptionem ligantur legibus Imperialibus, sed quid sit tenendum, dicam in sequenti casu.

83

Quartus casus est, quod nõ steterint tãto tempore in libertate, quod Imperator videatur fuisse negligens in recuperando quasi possessionem subiectionis, vt quia fecit aliquos actus, per quos non præstitit patientiam, & tunc ligantur legibus Imperialibus, ex quo nondum perdidit possess. licet de facto

ADDITIONES.

- a † Confitetur. Vide Fely. 8. col. in fi. versic. sexta declaratio. & in c. constitutus, in glo. sua generaliter, de rescrip.
- b † Absoluat. Idem tenet dom. Abb. in cap. quanto. 4. col. versic. ex quo infero, de iureiur.
- c † Præcipue. Hoc idem tenet, & refert Alex. Ne. in c. sicut. 2. 3. no. de iureiur. dom. Abb. in cap. inquisitioni, de sent. excomm. Fely. in c. si quando, super glo. super federi, de rescrip.
- d † Posita. Idem tenet Fel. in 10. col. versic. septima, & vltima, vbi vide,

facto non seruantur ipsas leges. ad hoc optime facit, quod no. Innoc. in c. querelam. & in c. olim, el secundo, de restit. spolia. dicit tamen But. quod ex patientia longi temporis videtur in duci quaedam obliuio ipsius possessionis, per quam perditur ipsa quasi possessio. l. furti. §. 1. ff. de usucapio. & in l. licet. cum ibi not. C. de acq. poss. Item ex eo, qd possessio est longa, praesumitur patientia, ut not. Innoc. in c. 2. & in glo. sua, quae incipit, per monachos. de restit. in integ. Sed Io. de Imo. hic tenet contrarium, quod talis non potest possidere seipsum, seu iurisdictionem habere in seipso. l. liber homo. ff. de acq. rer. domi. & per consequens videtur, quod fructus quasi possessionis iurisdictionis sequatur ipsum Imperatorem, licet non habeat quasi possessio. ex quo alius eam non habet, ut uoluit Innoc. in cap. Cumana, de elect. secus quando alius esset in quasi possessione, licet mala fide, ut dicit Innoc. & Doct. in cap. in literis, de restit. spoliat. & subdit quod ad materiam facit illud, qd not. Archid. l. 2. q. 2. cum deuotissimam. Sed potest responderi ad rationem Io. de Imo. nam ego fateor, quod fructus possessionis spectant ad proprietarium, licet non possideat, ex quo nullus est in possessione: sed quando aliquis de facto non recognoscit superiorem, non videtur esse intentio superioris uelle ipsum ligare suis legibus, sed solum subditos, qui eum recognoscunt. facit optime l. 2. C. de eunuc. & l. mercatores. C. de commerc. & mercat. & quod not. glo. Instit. de pat. pot. in verbo, Romanos. Sed pro concordia posset sic dici, quidam sunt, qui actualiter non recognoscunt Imperatorem, nec posset etiam si uellet de facto in eos exercere iurisdictionem, & tales non ligantur legibus Imperialibus, ut in iuribus praedictis. & hoc modo procedit opin. Vinc. & sequac. in d. l. cunctos populos. Quidam sunt, in quos Imperator si uellet, posset iurisdictionem exercere actualiter, & tñ non facit, & tales ligantur constitutionibus Imperialibus. sic intelligit Barto. in d. l. cunctos populos. dum dicit de exemplo Florentinorum. pro hoc facit, quod not. Host. in c. per venerabilem. §. in super. in glo. in verbo, recognoscat. qui fil. sint legit. dum dicit, quod non peccant non obediendo superiori, quadiu non

84 exigitur ab eis subiectio, sicut dicitur de decimis, † quia laici non soluunt decimas, non peccant, quamdiu ecclesia ab eis non exigit, ut no. in d. c. cum homines, de decim. & per Do. Abb. in cap. in aliquibus, eo. tit. & per Sanct. Thom. 2. 2. q. 87. artic. 1. ubi etiam concludit, quod ministri ecclesiae laudabiliter decimas non requirunt, ubi sine scandalo non possunt requiri propter differtudinem, a vel propter aliquam aliam causam, & subdit, quod laici non sunt in statu damnationis, qui non soluunt in illis locis, in quibus ecclesia non petit, nisi haberent uoluntatem non soluendi, etiam si pereretur ab eis, unde hoc casu dicendum est, quod tales ligentur constitutionibus Imperialibus, nisi haberent obstinationem animi in non recognoscendo Imperatorem, etiam si peteret subiectionem. & ista distinctio uidetur satis equa, quia per eum concordantur opiniones. & de his sum expeditus de quaestionibus, quas exemplificant Doct. super ista glo.

85 Sed no. glo. dum restringit istud uerbum omnibus, ut referatur ad subditos tantum, ex qua habes, † quod uerba generalia patiuntur restrictionem. & uide bo. glo. in ca. si uero, el primo, in verbo, omnes leges. infra de sent. excomm. ubi tex. dicit, omnes leges, & omnia iura permittunt uim ui repellere. & glo. ibi dicit, quod debet intelligi de omnibus legibus loquentibus de illa materia.

Ex quo colligit, quod oratio uniuersalis restringitur, adde etiam glo. in l. inter omnes, in glo. 1. ff. qui satisd. cog. nam ibi tex. dicit, inter omnes conuenit. & glo. ibi dicit, scilicet Iurifconsultos super hac re interrogatos, adde etiã tex. iuncta glo. in verbo, omnes. de consecr. dist. 2. reuera. uam tex. ibi dicit, qd omnes in deserto mortui sunt, & tamen duo non fuerunt mortui, scilicet Caleph, & Iosue.

86 Ex qua glo. colligit, † quod propter duos, nec plus, nec minus dicitur, quia modicus defectus non attenditur, de qua habes glo. supra in proce. §. sane. in verbo, iudiciis. & uide omnino But. in c. cum causam, infra de elect. in 3. & 4. not. & dom. Abb. ibidem in secundo notab. ubi per illum tex. dicit, quod

87 † aliquid dicitur continue factum, licet habuerit modicum temporis interuallum.

Et ex hoc inferunt, qd si testes dicunt se uidisse continue possidere per decem annos non uitiatur eorum dictum, licet per modica interualla non uiderint eum possidere, ex quo contrarium non uiderunt.

Item dicit But. ibi, quod si testes dicunt, quod testes deponunt, quod Titius, & Sciurus possederint per decem annos non uitiatur eorum dictum, licet probeatur, quod Titius sit mortuus, iam sunt duo anni, quia potest intelligi, quod Titius possederit per quinque annos, & secus successitue per quinque alios annos, pro hoc, quod no. glo. in c. bona, de elect. & uide

But. & dom. Abb. & tene menti.

88 Et ista faciunt ad quaestionem: † nam si testis ita deponit, quod audiuit dici ab omnibus, debet intelligi ab omnibus de ea re loquentibus, ut dicit Bart. in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunciat. & idem dicit Bal. in l. 1. in 3. quest. C. de testam.

89 ubi dicit, † quod si testis de communi opinione dicat, quod est commune apud omnes, dictum eius debet suppleri apud omnes, scilicet uicinos, uel consanguineos, ad quos pertinet illud scire. idem tenet But. & dom. Abb. supra in proce. §. sane.

90 ubi etiam dicit, † quod si testis dicit, quod omnes hoc fecerunt, licet aliqui non fecerunt, non propter hoc dictum testis redditur falsum, mouetur per glo. in verbo, iudiciis. & per capit. reuera, supra alleg. facit quod not. glo. in cap. nemo, de simo. in prima glo. quae exponit uerbum, quoslibet, idest aliquos de quibusdam. & 1. quæst. 7. si quis omnem. ubi glo. exponit uerbum, omnem. idest aliquem de omnibus.

Ex hoc etiam inferitur, quod si in instrumento dicatur, qd talis reformatio processit de uoluntate omnium de consilio intelligitur omnium, scilicet praesentium, hoc tenet Guil. de Cun. & Cyn. & Bart. & Pau. de Cast. & dom. Raph. Fulgo. in d. l. inter omnes. licet Ang. ibi teneat contrarium per l. 1. & 2. ff. de albo scriben. Sed ille leges hoc non probant. pro opinione tamen Ang. facit illud, quod not. Bald. in l. fin. C. sine censu, uel reliquis. ubi dicit, quod si in instrumento diceretur, qd omnes canonici interfuerunt, & appareat unum fuisse absentem, quod instrumentum redditur falsum, argum. l. si is, qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. Sed ego puto, quod Bal. non dicat uerum, nam instrumentum debet intelligi, quod omnes canonici interfuerunt. s. qui fuerunt praesentes. & pro hoc allego tex. in c. quanto, in fi. infra de his quae fiunt a praelato. ubi tex. requirit ad hoc, quod instrumentum reddatur falsum, qd nomina absentium sint descripta in instrumento, & ideo licet in instrumento dicat, quod omnes canonici interfuerunt, debet intelligi omnes qui erant praesentes. s. in ciuitate. & pro hoc optime facit illud, quod not. tex. cum glo. in d. ca. reuera. de consecr. dist. 2. & supra in proce. in §. sane. in verbo, iudiciis. & illud, quod notat dom. Abb. dum dicit, quod si testis dicit, qd omnes hoc fecerunt, non uitiatur dictum testis, licet aliqui non fecerint, & hoc tene quicquid dicat Bal. adde etiam Bal. in l. 1. C. communia de lega. ubi dicit, quod si in instrumento dicat, quod omnes consiliarij interfuerunt, & appareat, quod exempti non interfuerunt, saluabitur instrumentum. Sed tu dic, quod etiam si non exempti non interfuerint, non uitiatur instrumentum, nisi nomina absentium sint descripta per tex. & glo. in dicto cap. reuera. in verbo, omnes. & supra in proce. in §. sane. in uerbo, iudiciis. & quod ibi dicit dom. Abb.

91 Et † circa hanc materiam, scilicet an uerba generalia debeant recipere restrictionem, distinguit hic Butr. & Ioan. de Imo. ex quorum distinctione facias quatuor casus.

Primus est, quando uerba generalia enunciant aliquid de presenti, uel praeterito, & tunc recipiunt restrictionem, ut d. l. inter omnes. ff. qui satisd. cog. & hoc modo loquuntur exempla, quae supra posui, quia loquuntur, quando enunciat aliquid praesens, uel praeteritum.

Secundus casus est, quando oratio uniuersalis profertur dispositiue, ut quia constitutio aliquid concedat, seu disponat, & tunc recipit restrictionem de habilitate, ut in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. dum dicit, quod unusquisque habeat licentiam testandi, nam debet intelligi, dummodo sit habilis ad testandum, l. ut gradatim. §. sed si lege. ff. de muner. & honor. & ideo si statutum dicit, quod omnes teneantur ire ad exercitum, debet intelligi, dummodo sint habiles ad bellum faciendum. unde Bal. in l. 1. §. huius studij. ff. de iustit. & iudic. quod si notarius Potestatis stipulatus est pro Potestate, & pro omnibus, quorum interest, quod Titius non committeret maleficium, & Titius maleficium alibi commisit, non tenetur ex stipulatione, quia illud uerbum omnibus, refertur ad subditos iurisdictioni

A D D I T I O.

a ¶ An ualeat consuetudo de non soluendis decimis. Vide Ioan. de Imo. in clem. dispendiosam, in quarta col. uer. tangit etiam, de iudi. & Nic. de Lyra super Matth. 5. c. in uer. sed si quis te percussit. Dicit tamen, quod Theologi peccant, qui dicunt hodie decimas non deberi. uide do. Abb. in cap. tua. 1. tertio nota. de decim. Nic. de Lyra in loco praallega. dicit, quod ecclesia non exigit decimas, ubi exigi non consueuerunt propter scandalum uitandum, & super Matth. 17. in fi. in uer. ipse autem Christus, quem Nic. de Lyra allegat Felin. in cap. 2. 3. col. uerfic. 22. de praescript. & in capit. causam, in fi. eodem titu. ubi ponit, an & quando laici possint retinere decimas. Item dicit, quod licet laicus non possit detinere decimas, tamen potest detinere fructus decimarum, de praemissis uide Ioann. Lupi in tractatu, utrum libertas ecclesiae. & sacerdotum de non soluendis gabellis sit de iure diuino. 3. & 4. col. impressus est in paruo folio.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

ditioni domini Potestatis. pro hoc optime facit, quod not. Ioan. Mona. & dom. Pet. in cap. 2. eod. titu. in vi. vbi dicit, quod verba statutorum vniuersaliter loquentium non comprehendunt eos, qui non sunt subditi statuentibus. idem dicit But. in fra eod. ecclesia. & Dom. Abb. in cap. a nobis, de sen. excomm. & in cap. quod clericis, de foro com. pet. & de hoc est tex. cum glo. hic. nam tex. dicit, quod canones custodiantur ab omnibus, & glo. exponit omnibus. scilicet subditis, & sic patet, quod ista verba generalia non comprehendunt illos, qui non sunt subditi Papae. Ergo hic est tex. cum glo. quod verba generalia canonis, vel statuti, non comprehendunt non subditos iurisdictioni statuentium.

Tertius casus est, quando lex vniuersalis aliquid disponit ad excitationem iuris antiqui, vel ad eius executionem, & tunc restringitur ad capaces materiam iuris antiqui. facit quod habetur in c. licet, & in c. graue, de offic. ord.

Quartus casus est, quando lex vniuersalis aliquid concedit ad extensionem iuris antiqui, & tunc secundum Tac. de Are. & Bar. in l. 1. §. nunciatio. verba generalia non restringuntur: nam vt patet in d. l. 1. in princ. opus poterat denunciari, unde ex quo postea conceditur in d. §. nunciatio. quod omnibus diebus possit denunciari, intelligitur etiam in diebus feriatis posse denunciari, & sic non fit restrictio ad dies non feriatis. hoc ergo casu secundum Iac. de Are. & Batt. verba generalia non patiuntur restrictionem de habilitate. Sed Butr. dicit, quod hoc casu verba sunt intelligenda, prout minus sequitur absurditas, nam si intelligendo extensiuè sequeretur absurdum, debent sumi restrictiuè, ut in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. quia sumendo extensiuè locutio esset vitiosa. l. Lucius. ff. de testa. m. lit. Item si sumeretur declaratiue, sequeretur absurdum, debent intelligi extensiuè, vt in d. l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. no. nunc. & hoc modo intellige ibi Bar. idem sequitur hic Ioan. de Imo. & hæc sufficiant circa istam glo.

In glo. in verbo, in actionibus. cum seq. opponitur, q. litera fit superflua, quia iudicium est idem, q. actio. l. in hoc iudicio. ff. famil. ercisc. huius timore contrarij dicit glo. q. quod verbum actio, comprehendit causam civilem, & verbum, iudicium, comprehendit causam criminalem. sed Phil. aliter respondet. dicit enim, quod verbum, actio, respicit actorem, verbum, iudicium, respicit iudicem, quasi excludat arbitrium, nam arbitri non tenentur iudicare secundum canones, sed debent suo sensu iudicare. l. qualem. ff. de arbit. Sed tu dic, quod hoc non est verum, quia si arbiter ferret sententiam expresso errore iuris non ualeret, ut in l. apud. §. idem queritur. ff. de doli excep. sed si pronunciat non expresso errore iuris in sententia, tenet sententia, & debet ei dari metu poenae, licet pronunciat contra ius. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit. & in l. 1. C. de arbit. nam debent sibi partes imputare, quia talem elegerunt. ff. de minor. Vtrum autem dicitur remedium de iure canonico, dicitur in cap. 2. de arbit. ubi dixi. Item si fuisset pecunia corruptus, uel aliter per dolum tulisset sententiam, licet contraueniens de rigore iuris incurrat poenam, tamen contra petitionem poenae potest se tueri exceptione doli. l. ita demum. ff. de arbit. fecus in sententia iudicis, quia si est corruptus pecunia, ipso iure est nulla, & non parit effectum. l. venales. quã do prouoc. non est neces. † Vtrum autem arbiter facit litem suam, quando pronunciat iniuste. dicendum est quod sic, ut in l. penult. C. de pact. & in l. fin. ff. de var. & extraord. cogn. & ibi etiam per Bart. vbi tangit quid in arbitratore. scilicet arbitratore faciat litem suam.

95 † Nunquid autem ipse arbitrator teneatur seruare iura, vel possit uti suo sensu. Ioan. de Imo. hic in ulti. col. dicit, q. non debet uti suo sensu, sed sensu boni viri, secundum not. in cap. Quintauallis, de iure iur. & in l. si societatem. §. arbitrorum, ff. pro socio.

96 Et † ex prædictis sequitur, quod Phil. non bene dicit, quod verbum, actionibus, respicit partem, & verbum, iudicium, respicit iudicem, quasi uelit inferre, quod arbiter non tenetur seruare canones, immo tenetur, & si contra ipsos fecerit, seu iudicet, facit litem suam. Item si est expressus error in sententia, sententia est nulla, ut supra dixi. Ergo etiam arbiter tenetur seruare canones, unde idem Phil. aliter respondet, dicens quod verbum, actionibus, refertur ad actus extraiudiciales: nam actio interdum ponitur pro actu, ut in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccles. canonizata. 10. quæst. 2. hoc ius porrectum, dum ibi dicitur, uel alium locum, quem actio pia constituit, id est actus pius, & iuxta illud, Omnis Christi actio est nostra instructio, id est omnis actus Christi, ad idem facit elem. dudum, de sepult. in versic. & si idem prælati. ante §. huiusmodi. ibi, cum gratiarum recipiant actione. unde dicit hic Butr. concludendo, quod sensus literæ est, quod siue tractetur de actibus extraiudicialibus, siue de probationibus, siue de sententiis, siue de causa criminali, siue civili, siue de actu iudi-

97 cii, siue de actu partis, seruati debet solennitas iuris canonici & illud, quod canon dicit, & nec actor, nec reus, nec alia persona, quæ uersatur in iudiciis, debent duci suo sensu, sed secundum canonum auctoritatem, & idem sequitur hic Ioan. de Imo. & dom. Abb. & sic concludit, quod mens litteræ est, quod in omnibus actibus, siue iudicialibus, siue extraiudicialibus seruati sunt canones, & ista est mens litteræ, dum dicit, in iudiciis, & actionibus, quasi uellet dicere, quod nedum in iudicialibus, sed etiam in extraiudicialibus seruati sunt canones. † Item no. glo. quod actio proprie loquendo dicitur, quando causa est civilis, licet actio aliquando accipiatur pro quolibet actu etiam extraiudiciali, ut supra dixi. Item actio largo modo loquendo adaptatur causæ civili, & criminali, ut in l. 4. in fi. ff. de sepulch. uiol. l. agraria. ff. rerum amot. Item verbum, actio, in lata significatione adaptatur causæ civili, & pecuniariæ. l. q. accusare. C. de ed. & est bo. glo. in l. uero atq; uxore. ff. sol. matrim. & ibi Bal. qui allegat pulchrum dictum Spec. de accusat. §. 1. uersic. quid si proprio. de quo etiam uide bon. tex. in cap. omnibus. 4. quæst. 6. & ibi Dom. Dom. & Fed. de Sen. confilio 23. † ubi dixit, quod si in libello ponitur uerbum, accuso, & uerba præcedentia, & sequentia inferunt causam civilem, causa erit civilis, quia uerbum, accuso, poterat referri ad causam civilem, quod tenementi. & uide etiam, quod not. Ioan. And. in cap. cum in tua, de testib. & quod ibi not. dom. Abb. & eundem dom. Abb. in ca. super his, de accus. Et ex his sum expeditus de ista glo.

99 Glo. fin. pro expeditione eius opponitur contra tex. quod † in iure quis possit iudicare secundum suum sensum, ut in Authent. de iure iur. quod præstat ab his, qui admin. recipiunt. circa princ. ubi dicitur, quod iudex debet seruare equitatem, secundum quod sibi uisum, & probatum fuerit. ad idem facit l. qualem. ff. de arbit. huius timore glo. respondet, quod text. debet intelligi de sensu malo, quia quandoque iudex in iudicando utitur proprio sensu, & concludit, quod iudex potest iudicare proprio sensu, dum tamen secundum leges, & iura pronunciet.

100 Et ex ista glo. inferunt hic Butr. & do. Card. & Ioan. de Imo. † quod si in compromissum sit expressum, quod arbiter possit iudicare sensu suo, quod non tenebitur seruare iura, sed poterit iudicare secundum propriam uoluntatem, quia hoc important hæc uerba, suo sensu. Idem dicit Dom. Dom. in c. relatum. 37. distin. ubi dicit, † quod hæc uerba, tuo sensu, uel secundum quod tibi uisum fuerit, important liberam uoluntatem. sed Dom. Abb. hic tenet contrarium dicens, quod hæc uerba, suo sensu, non important liberam uoluntatem, sed debent intelligi secundum arbitrium boni viri.

Nec obstat ista glo. quia proprie loquendo iudex debet iudicare suo sensu. Nec obstat ille tex. quia tex. loquitur improprie, ita sentit ista glo. & credo istam partem ueriores. pro hoc facit, quod not. Gul. in cap. ut debitus. in verbo, causam. quæ incipit, colligitur euidenter, de appella. quæ dicit, q. iudex debet iudicare, secundum quod sibi uidetur habita collatione cum sapientibus, si non est certus. Item dicit, quod licet iudicare ex opinione animi sui, secundum ea, quæ sibi proponuntur, ad idem quod not. glo. 3. quæst. 4. iudicet. in uerbo, uoluntate. quæ incipit, sed nonne. quæ dicit, quod iudex tenetur sequi opinionem suam, & non suam uoluntatem, hoc est dicere, quod non debet discedere a tramite iuris, sed iudicare secundum iura. dicitur enim iudex iudicare secundum uoluntatem, quando discedit a tramite iuris certi, sed secundum suam opinionem, quando ius est dubium, & sunt hincinde opi. & iudex in iudicando eligit opin. quæ sibi uidetur uerior: tunc enim dicitur iudicare secundum suam opin.

Et Butr. & Doct. hic examinant, quæ uerba important arbitrium boni viri, & primum est uerbum, suo sensu, in quo sunt opiniones, scilicet an importet arbitrium boni viri, uel propriam uoluntatem, & mihi placet opin. Dom. Abb. quod importet arbitrium boni viri. facit 76. dif. vti nam, ubi dicit, quod qualibet prouincia abundat suo sensu.

102 Item secundò queritur, † quid de uerbo, uidetur, uel uisum fuerit, an importet liberam uoluntatem, uel arbitrium boni viri. & in hoc Dom. Dom. in dicto cap. relatum. 37. distin. uidetur uelle, quod importet liberam uoluntatem. idem tenet Bal. in tit. de pace Constantiæ, in uerbo, anima uestra. ubi dicit, quod hæc uerba, quicquid tibi uisum fuerit expedire, importat liberam uoluntatem, allegat l. creditor. §. Lucius. ff. manda. & no. per Ioan. And. in cap. 2. de iuram. calum. in 6. ubi uoluit, quod a sententia lata vigore talis commissionis non possit appellari. & idem tenet Innoc. in cap. fin. de feriis. & idem dicit Bald. in l. cessante, in princip. C. quomodo, & quando iudex.

Sed

A D D I T I O.

a suo sensu. Vide Fely. in Rubrica. 2. col. de re iudic.

- Se hoc non est verum, quia immo hæc verba, quicquid tibi visum fuerit, importat arbitrium boni viri, hoc tenet glo. in capitulo secundo, in verbo, visum fuerit. de corpo. vitia. idem sequitur hic Butr. in penultima colum. vbi dicit, quod hæc verba, prout viderit expedire, importat arbitrium boni viri, quia censetur facta commissio tanquam viro discreto, allegat glo. in dicto capitulo secundo, de corpo. vitia. & Lap. Abbatem in capitulo secundo, de iuramen. calum. in vj. licet Ioã. Andr. aliter ibi dicat, vt supra dixi. idem sequitur hic Ioan. de Imo. in vltima colum. & idem tenet hic Dom. Abb. in penul. colum. idem Barto. tenet in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, videbitur. & in l. si sic. ff. de legat. primo. allegat l. fideicommissa. ff. de fideicommiss. libert. vbi est bonus text. idem probatur in l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de legat. tertio. & istam opinionem etiam sequitur Dom. Domin. in capitulo secundo, de iuramen. calum. in vj. & Innocen. in capit. fina. de feriis. † quando fuit commissum libero arbitrio iudicis, tunc enim non potest appellari: nam illa verba, liberum arbitrium, propter verbum liberum, importat liberam voluntatem. pro hoc allego Bart. in l. si sic. ff. de legatis primo. vbi dicit, quod illa verba, quæ sapiunt arbitrium boni viri, si habent determinationem ex alia dictione, possunt importare liberam voluntatem, vt si dicatur, habeat liberum arbitrium, vel plenum arbitrium. l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de legatis tertio. & idem dicit Bart. in l. alio hærede, in tertia, & quarta colum. ff. de alim. & cib. lega.
- 104 Quid † autem de verbo, committo, vt facias iudicio tuo. Bart. in dicta l. si sic. ff. de legat. primo. dicit, quod importat liberam voluntatem, allegat l. Thais. §. Lucius. ff. de fideicom. libert. & idem tenet Ang. & Pau. de Cast. ibi, & Rayn. & Nicol. de Neap. contrarium tenet Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, videbitur. per dictam legem Thais. §. foro rem. idem tenet Butr. hic in vltima colum. & Ioann. de Imo. in dicta l. si sic. idem sequitur ibi Rapha. & Ioan. de Ligna. & Pet. de Anchar. in clement. sape, de verborum signific. & Bal. in l. voluntatis. circa 2. colum. C. de fideicommiss. pro quo videtur tex. in l. cum prætor. §. j. in verbo, iudicio. ff. de iudi. facit cap. verum, de fo. compet. & cap. illud, de cler. excomm. min. & cap. inter corporalia, ad fin. de translat. prælat.
- Tertio quæro, quid de verbo, committo prudentiæ tuæ. de hoc dicam in cap. ne innitaris. infra eod.
- 105 Quarto quæro, † quid de his verbis, si putaueris, si extimaueris, si tibi placuerit, quod ista verba importat arbitrium boni viri. l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de leg. 3. tenet Bart. in d. l. si sic. & in extr. uaz. ad reprimendam. in verbo, videbitur. & sequitur hic Butr. & Ioan. de Imo. in vlt. colum. idem sequitur hic Dom. Abb. in pen. col.
- 106 Quinto quæro, † quid si dicatur, committo hoc discretioni tuæ. Butr. hic in vlt. col. dicit, quod importat arbitrium boni viri: nam iudicium & discretio idem sunt, vt in l. cum prætor. §. j. in verbo, iudicio. ff. de iudic.
- 107 Sexto quæro, † quid de his verbis, committo conscientie tuæ. in hoc duæ sunt glo. contrariæ: nam in cap. statutum, §. affessorum. in verbo, relinquatur, de rescrip. in vj. dicit, quod non potest appellari a tali iudice, cuius conscientie est commissum. Sed contrarium tenet glo. in clem. prima, in verbo, oneramus, de iure patron. quæ dicit, quod potest reuocari grauamen per superiorem. Sed concordat, quod iudex, cuius conscientie committitur, non tenetur deferre appellationi, ita loquitur glo. in dicto §. affessorum. sed tamen iudex ad quem potest reuocare grauamen. & ita loquitur glo. in dicta clem. j. de iure patron. in verbo, oneramus. dicit tamen, quod ista verba importat arbitrium boni viri, & hoc etiam voluit in præalleg. §. affessorum. in fi. dum dicit, quod cauere debet, vt conscientia sua non sit improbabilis, & hoc tenet in terminis Bald. in l. fina. ad finem. C. de iure domini impetr. vbi dicit, quod si committitur conscientie alicuius, intelligitur commissum vt bono viro.
- 108 Bal. tamen in l. j. C. de iure iuran. dicit, quod in his, que sunt modici præiudicij, potest iudex, cuius conscientie est commissum, grauare partem, ita quod pars non poterit conqueri. & ita loquitur glo. in d. §. affessorum. Sed in his, quæ sunt magni præiudicij potest appellari. & ita loquitur glo. in d. clem. j. in verbo, oneramus, de iure patrona. & ista concordia mihi placet, licet Doct. Canonistæ communiter concordent, vt supra dixi: nam in dicto §. affessorum, agebatur de parui præiudicio, scilicet an sit necessarius assessor iudici delegato, vel ne. vnde dicit, quod aut quæritur, an iudex a quo tenetur deferre appellationi. & dicit quod non. Aut quæritur, an valeat appellatio, & an superior possit retractare. & dicit, quod aut quæritur de grauamine illato in his, quæ sunt parui præiudicij, & non tenet appellatio. Sed bene in his, quæ sunt magni præiudicij, quod no. Item adde Bal. in l. certum. C. vnde cognat. vbi dicit
- 109 † quod si Papa committit aliquem examinari, si est dignus, non requiritur citatio. sed ipsum intellige in casu, in quo loquitur, per not. in clement. prima, de officio deleg. & in cap. j. de præsump. alias citatio requireretur, vt in clement. pastoralis, de re iudic. & quod notat glo. in clement. sape, in verbo, de fensiones. de verborum significat. & per Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, videbitur. vbi vult, quod nulla verba quantumcunque latissima tollant solennitatem, quæ est de iure naturali, vel gētium, qualis est citatio, & infra dicam.
- 110 Septimo quæro, † quid de verbo, licentiam. dicit, quod importat arbitrium boni viri, quia hoc nomen licentia, descendit a verbo, licet, quod tantum est dicere, quantum licitum est, vt probatur in l. prima. C. de sacrosanct. eccl. vbi dicitur, vnusquisque habeat licentiam testandi, & tamen intelligitur secundum arbitrium boni viri: neque enim quis filium potest exheredare, & Deum instituere, vt nota. in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. & est text. decima septima, quæst. quarta, quicunque. nam si haberet liberam potestatem, posset filium exheredare, sicut miles cui concessum est liberum arbitrium testandi. l. prima. ff. de testamen. milita. ita concludit Barto. in l. prima, in quinta quæstione principali, C. de sacrosanct. eccl. cl.
- 111 Octauo quæro, † quid de verbo, arbitrio, quod si proferatur simpliciter, importat arbitrium boni viri, secus si adiciatur aliqua additio importans meram voluntatem, vt dicatur liberum arbitrium, vel plenum arbitrium, vt dicit Bart. in dicta l. alio hærede, & in l. si sic. ff. de legat. primo. plus dicit Ioã. de Imo. in l. filius. ff. de donatio. quod si datur arbitrium ei qui alias habet arbitrium, intelligitur de libero arbitrio, vt verba aliquo operentur, vt in cap. si Papa, de priuileg. lib. vj. cum similibus, quod tenet menti.
- 112 Nono quæro, † quid de his, pro tuæ voluntatis arbitrio. dicit, quod importat arbitrium boni viri, vt in capitulo, nihil. de excess. prælat.
- 113 Decimo quæro, † quid de his verbis, facias, sicut tibi licuerit, & quod importat liberam voluntatem, vt in l. fideicommiss. libertas. ff. de fideicommiss. libert. & hoc tenet Bartol. in dicta l. alio hærede. & Ioan. de Imo. in dicta l. si sic. ff. de legatis primo. † & idem dicendum est de verbo, uoluerit: puta si fuit factum compromissum, vt talis decidat causam, prout voluerit, vt in l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de legatis tertio, & in dicta l. fideicommissa. ff. de fideicommiss. libert. In contrarium tamen videtur hic, quod habetur in principio Decretorum, vbi dicitur: Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, vobis ipsis facite. hæc enim lex, & Prophetæ. Sed responsio, quod ille tex. loquitur de voluntate regulata ratione. & ita exponit glo. in verbo, vultis, quæ exponit verbum, vult, id est debet velle. & ita exponit Archid. vnde ille tex. loquitur, quando voluntas accipitur in bono, secus quando accipitur simpliciter, quia importat liberam voluntatem, ut supra dixi, & hoc tenet Butr. hic in fi. & Barto. in extrauagan. in verbo, videbitur, qui tamen secus dicit esse in verbo, cupio.
- 115 quia verbum, cupio, importat arbitrium regulatum ratione.
- 116 Vndecimo quæro, † quid de his verbis, liberam habeas facultatem, vel liberam potestatem. Bal. in capit. primo. §. fina. de pace iuram. firm. dicit, quod licet talia verba videantur significare præcisam voluntatem, tamen intelliguntur seruato ordine iuris. sed ille tex. non probat, quia ibi tex. non dat domino absolute liberam facultatem priuandi vasallum feudo, sed solum dat; postquam conuicerit vasallum, alias si absolute daret liberam facultatem, non teneretur obseruare ordinem iuris, vt voluit Bart. in dicta l. alio hærede. ff. de alimen. & cib. lega. facit quod not. glo. in clem. dudum. in verbo, libere. de sepult. & facit quod notat Ioan. Andr. & Dom. in ca. cum episcopus. in verbo, libere. de præben. in vj.
- 117 Duodecimo quæro, † quid si dicatur, do tibi plenam potestatem, vel plenam licentiam. Bart. in dicta l. alio hærede. dicit, quod ista verba, plenum, & liberum, importat liberam potestatem, & nudam uoluntatem, ut in l. j. ff. de testam. milit. & in l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de leg. 3. ibi, non enim plenum, &c. Et sic dato, quod verbum de natura sui importet arbitrium boni viri, si adiungitur verbum, plenum, uel uerbum, liberum, importat liberam voluntatem. & idem concludit Bart. in extrau. ad reprimendum. in verbo, videbitur. & in dicta l. si sic. ff. de legat. primo.
- 118 Decimotertio quæro, † quid de his verbis, committo me misericordie tuæ. Innocen. in cap. ueniens. el primo, de renu. ciat. dicit perinde esse, sicut si fieret commissio alterius uoluntati, & hoc etiam sequitur glo. & Gul. & Docto. in l. secunda. ff. de arbitr. & Cyn. & Bald. in l. fin. in secunda opposit. C. de con-

A D D I T I O.

† Idem tenet Do. Abb. in c. j. in 3. not. de his quæ fiunt a maio. par. cap.

Alex. De Neuo super j. Decretal.

contrahen. empr. & in l. cum quidam. ff. de lega. 2. & ibi etiam Ioan. de Imo. & in l. j. in fi. eod. tit.

119 Decimoquarto quæro, ¶ quid de his verbis, plus tribuas. videtur de tex. notab. in l. cum filius. §. pater. ff. de legat. 2. vbi tex. videtur velle, quod importet arbitrium boni viri. sed Bart. declarando illum tex. dicit, quod illud verbum, plus tribuat, non importat, nec liberam voluntatem, nec arbitrium boni viri. unde in dubio debet intelligi de arbitrio boni viri.

120 Et nota bene istam regulam, ¶ vbi verba sunt simplicia, vt quia nec importat liberam voluntatem, nec arbitrium boni viri, in dubio videntur importare arbitrium boni viri. idem sentit Bart. in d. l. alio hærede, in 3. & 4. col. ff. de ali. & cib. leg.

121 Decimoquinto quæro, ¶ quid si causa committatur determinanda arbitrium boni viri, ita tenet Ang. in Auth. vt domibus priuatis sacra mysteria non fiant & c. idem esset dicendū, si causa committeretur determinanda secundum mentem alicuius, quia debet intelligi de mente regulata ratione, maxime quia verba in dubio sunt interpretanda, vt importent arbitrium boni viri, & quod ista verba, secundum mentem tuam intelligantur de regulata ratione, tenuit Bald. in l. voluntatis.

b C. de fideicomm.

122 Sed circa prædicta quæro, ¶ quis sit effectus, quomodo sit facta commissio in liberam voluntatem, & non in arbitrium boni viri. Bart. in l. si sic. ff. de legat. j. dicit, quod effectus erit, quod potest arbitrari illud, quod voluit etiam iniuste. l. cum quidam. ff. de legat. 2. dummodo cesset dolus. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. sed in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, videbitur. dicit, quod ille cui conceditur facultas per verbum significatiuum liberæ voluntatis potest illud, quod vult facere duobus exceptis.

Primo, quod non donet, quia hoc non venit in concessio ne liberæ voluntatis. l. filiusfamilias. §. i. ff. de donat.

Secundo, quod dolus malus absit, vt d. l. creditor. §. Lucius. ff. mand. nam hoc secundum eum non repugnat regulis iuris gentium, secundum quas licet contrahentibus adinuicem se decipere in precio. ff. de minor. l. in causa. & pro hoc concludit, quod quantumcunque committatur in voluntatem libere am, intelligitur libera a regulis iuris ciuilibus, sed semper remanet limitata a regulis iuris gentium.

Et ex hoc infert, quod si facultas committatur iudici per verba importantia arbitrium boni viri, debet sequi regulas iuris ciuilibus, vt in l. j. ff. de arbitr. ¶ Si vero committatur facultas iudicandi per verba significantia liberam voluntatem iudicandi, tunc est libera a regulis iuris ciuilibus, sed non a regulis iuris gentium, & debet seruari regulas iuris gentium, seu naturalem equitatem, quæ idem est. & dicit de hoc esse casum in clem. pastoralis, de re iud. nam Imperator est solutus legibus, & ex vigore suæ potestatis tulit sententiã, tamen quia in quibusdam fecit contra naturalem equitatem, ideo cassatur. & subdit, quod si ponantur verba significantia vtrunque, scilicet prout arbitratus fueris, & volueris, quia vnum inest alteri, quia non est arbitrium sine voluntate: ¶ & regula est, quædo ponuntur duo copulatiue, quorum vnum inest de necessitate alteri, quod alterum resoluitur in adiectum, vt in l. j. ff. de pact. vbi illa verba, placitum, & consensus, exponuntur, id est placitum consensus, & in l. j. ff. de tute. & Instit. de tute. §. j. vbi dicitur, quod tutela est vis, & potestas, id est violenta potestas. ita illa verba, si arbitratus fueris, & volueris, debent exponi, id est voluntarie arbitratus fueris, & sic importabunt arbitrium boni viri. facit l. non adiecit. ff. pro socio. & hoc est verum secundum Bart. nisi adderetur verbum, libere, l. si diceretur, prout volueris, & libere arbitratus fueris: nam tunc importarent liberam voluntatem. Sed adde, quod aliud importat, quod verba sint commissa in liberam voluntatē: nam

123 ¶ si cauetur statuto, quod obligatus per instrumentum garantigiã capiatur ad meram voluntatem creditoris, poterit incipere a captura ostensa scriptura etiam nulla citatione precedente, hoc tenet Ang. & Ioan. de Imo. in d. l. si sic. per illam limitatam l. cum quidam. ff. de leg. 2. Nec obstat, quod videatur citatio non posse tolli, cum sit quædam defensio, quia hic non tollitur defensio, sed potius modus defendendi variatur, quia defensiones reseruantur ex post facto, quod potest de iure fieri, l. fin. C. de compensat. & in l. 2. cum ibi not. C. de edic. diu. Adria. tollen. & hæc tene menti,

His præmissis duo sunt videnda,

126 Primo, ¶ an iudex possit iudicare suo sensu,

Secundo, an si iudicet, teneat sententia.

Circa primum distinguit But. & Io. de Imo. dicentes, quod quædam committuntur facultati iudicis, quædam committuntur ad liberum arbitrium iud. vel per verba denotata liberum, vel in naturam materie. Quædam committuntur ad arbit. iud. simpliciter. Quædam vero committuntur ad arbitrium iudicis cum causa

Circa primum Innoc. ponit exemplum in officiis dandis extra iudicium.

Secundo ponit exemplum in iudic. in induciis. i. dilationibus dandis, & in dispensationibus faciendis.

Primum exemplum. s. de officiis dandis extra iudicium, relinquitur arbitrio iudicis: est bonum exemplum, quia superior ad quem spectat dare talia officia, potest dare cui vult, vt de alibi dixit glo. in c. relatum, de præben. ¶ quod collatio beneficiorum est donatio in cui dando, quia episcopus potest conferre cui vult, & censetur donationem facere illi, cui confert beneficium. pro hoc est bo. tex. in c. vlt. de offic. vic. in 6. quod collatio beneficiorum est donatio, sic etiam dicendum est in aliis beneficiis, quia potest ea dare cui vult.

Secundum exemplum, scilicet de induciis concedendis, mihi non placet, quia non est in facultate iudicis, an eas det, vel ne: sed tenetur eas dare, si subest iusta causa, vt in c. j. de dilat.

128 Similiter tertium exemplum non est bonum, ¶ quia in dispensationibus requiritur causæ cognitio, & dispensatio facta sine causæ cognitione est nulla, vel reuocanda, vt notabiliter dicit Inn. in c. cum ad monasterium de sta. regul. Sed forte voluit dicere Inn. quod est in facultate iudicis dispensare, quia si non vult

129 non tenetur dispensare. ¶ dic qd hoc est falsum, quia licet petenti dispensationem non sit proditum ius, per quod cõpellat superiorem dispensare, tñ dispensatio est debita, & non dispensans peccat si subest cã dispensandi, immo potest habere recursum ad superiorem, ut ipsum cõpellat dispensare, ex quo subest iusta cã dispensandi, de quo vide bo. glo. j. q. 7. exigunt, & 50. dist. vt constitueretur, & c. dño sancto, & istud tene mentem contra episcopos, qui sepe recusant dispensare et vbi subest iusta cã dispensandi, nam poterunt, & per superiorem sunt cõpellendi, quod tene menti. In Papa autem dicit Inn. & But. hic

in vlti. colū. qd potest sequi suum velle in dispensationibus, quia eas facit cã liberalitatis, & in ipso est pro ratione voluntas, vt in l. j. ff. de consti. princ. & in §. sed quod principi placuit. Inst. de iur. nat. gent. & ciuili. Sed Io. de Imo. hoc intelligit, nisi dispensaret circa ea quæ sunt iuris naturalis, puta votum, vel iuramentum, quia tunc non possit sine causa dispensare, vt est gl. ord. & quidem notabilis in c. non est, de iur. & in c. quæro, in 2. gl. de iure iur. & ibi dixi, per Inn. in c. cum P. de renun. Sed vide Innoc. in c. cum ad monasterium, de statu regula. in ver. Item nota, quod quidam dicunt, quod licet in his quæ sunt contra votum tacitum, vel expressum, vel contra euangelium non possit Papa dispensare, nisi ex causa, & forte idem dicendum est secundum eum si dispensetur in his quæ sunt contra genera-

131 lem statum ecclesiæ, ¶ non tamen in his quæ sunt contra ius posituum, scilicet tantum, sicut apparet in statutis quæ sunt facta de ordinibus faciendis, infra certa interstitia temporum. 77. dist. in. per totum. & quod quis non possit habere duo beneficia curata habes de præben. cum iam dudum, & c. de multa. nam in his dispensationibus sola voluntas Papæ iustitiam etiam sine causa, quia sicut sola voluntaria constitutio erat causa quare aliquid prohibebatur, ita sola voluntas erat causa, quare prohibitio relaxetur, quia eius est destruere ius, cuius est condere, nec princeps tenetur sua lege. C. de legib. digna vox, & l. de facili, reuertitur ad naturam suam. l. si unus. §. pactus. ff. de pactis. & licet idem dicat hic Ioan. de Imo. tamē illud dicitur Innoc. in quantum vult, quod possit Papa dispensare contra ius posituum sine causa, reprobatur in d. ca. cum ad monasterium, & cap. de multa, de præben. & per Io. And. & Doctores, vbi concludunt Docto. quod Papa non potest dispensare super ius posituum sine causa fundatum super publica utilitate, sicut est illa, quod quis possit habere duo beneficia curata. & idem dicit Ioan. Calder. in capit. dudum, et secundo, de electionibus. vnde Butri. hic, & Ioan. de Imo. ponunt meliora exempla, & primum est, quando est in arbitrio iudicis, vt suppleat de facto, nam si non vult non tenetur iudex, vt nota. in capitu. exceptionem, de except.

Secun.

ADDITIONES.

a ¶ Quid si dicas, Fac, secundum tuam mentem exponitur, id est secundum tuum iudicium, Bal. in l. voluntatis. 2. colum. versic. item ubicunque. C. de fideicomm.

b ¶ Quid si dicatur, facias secundum mentem tuam. Bal. in l. voluntas. 2. col. versic. item ubicunque. C. de fideicomm. Quid autem si dicatur, iulle iudices. Vide Ang. in §. ex hæredatos, in Auth. de hæred. & Falci. qui dicit, quod importat idem, quod recto, & seruato ordine iuris, vnde si Papa delegauit causam alicui, vt iustitiam faciat, intelligitur seruato ordine iuris, ius ministret, ita dicit ibi Ang. Quid si iudici datur arbitrium procedendi de iure, & de facto, an possit credere testibus allegantibus nullam, vel malam causam sui dicti. Ang. Instit. de actio. §. in bona. vlt. colū. Et quid si dicatur, quod in negotio procedatur statim, & de facto, intelligitur manu regia, Ang. ibidem. Quid si dicatur, audiat, & decidat, sola facti ueritate inspecta, Ang. ibidem.

Secundum exemplum, quando iudex vult differre peremptorium ad alium diem, vt in cap. consuluit, de offic. delega. nam est in facultate sua, an differre velit peremptorium, vel ne, vt not. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de citatione. §. sequitur, versic. sed nunquid crederetur.

Tertio ponunt tertium exemplum, quando dubitatur, an primæ literæ reuocetur per secundas, vel non: nam est in facultate iudicis impetratorum per personas deferre iudicibus impetratis per secundas literas, vel econtra, vt partes possint contradicere, vt in cap. pastoralis, infra de rescript. & ibi not. Ioan. And. in glo. in verbo, deferendo.

Quartum exemplum ponunt in clem. dispendiosam, de iudic. iuncta glo. in verbo, valeat. nam est in voluntate iudicis, an in illis causis procedat summarie, vel ordinarie, modo in his, & similibus, quæ relinquuntur facultati iudicis, potest iudex vti suo sensu, nec partes possunt contradicere, facit l. non quicquid. ff. de iudic. & l. prima, C. quo. & quan. iudex.

Et ex hoc quo ad primum, scilicet quo ad ea, quæ relinquuntur facultati iudicis.

Quo ad secundum, scilicet quo ad ea, quæ relinquuntur libero arbitrio iudicis. Ioan. Andr. in præalleg. tit. de citatione. §. sequitur, versic. sed nunquid iudex. dicit, quod ponit solum exempla in his, quæ relinquuntur facultati iudicis, vnde ipse post Bar. in præalleg. extrauag. ad reprimendum. in verbo, videbitur. dicit, quod dictum Ioan. And. potest procedere in his, quæ sunt leuis præiudicij, non autem in his quæ sunt grauis præiudicij, vt in sententiis, quia in his quæ sunt grauis præiudicij debet sequi regulas iuris naturalis, & equitatis naturalis, licet sit liber a regulis iuris positui, allegat clem. pasto-
 132 ralis, de re iudi. ideo dicit, quod si Potestati datur liberum arbitrium non potest facere iustitiam contra naturalem equitatem, licet possit omittere solennitatem iuris positui, de quo est bo. glo. in clem. saepe, in verbo, defensiones. de verbor. significat. plus dicit Bart. & Butr. hic, quod si dicatur, quod procedatur de facto, nihilominus seruare tenetur regulas iuris naturalis, & equitatem naturalem: nam licet per talia verba intelligatur concessum, vt possit procedere manu regia, l. secunda, in princ. ff. de orig. iur. & sic vt possit omittere solennitatem iuris positui, non tamen intelligitur concessum, quod iura alterius lædantur contra naturalem equitatem. & plus dicit Bart. & Butr. quod per quæcunque verba concipiatur, non potest aliquem lædere contra equitatem naturalem, quia non potest quis magis esse solutus legibus, quam Imperator qui tamen subicitur discretioni naturali, vt notat Innoc. in cap. quæ in ecclesiasticum. infra eodem. & plus addendo dicunt, quod etiam remedia quæ sita de iure civili, vt sunt præscriptiones non possunt reicere, nec etiam aliam exceptionem præcedentem ex mero rigore iuris civilis, ex quo enim simul est ius quæsitum, non potest iudex vigore talis concessionis ius quæsitum tollere, nec facere iniustitiam contra equitatem naturalem. facit l. bona fides. ff. de positi. & quod notat Innoc. in dicto cap. quæ in ecclesiasticum, infra eod. & Cyn. & Guil. de Cun. in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. public. Nec obstat, quia hæc verba denotantia liberum arbitrium tollat omnia, & concludat voluntatem, & rationem non regulatam, dum excludatur dolus, ut in l. creditor. §. Lucius. ff. manda. & nota. in dicta l. si Stichus. ff. de legat. primo. nam illud est verum, vbi non tangit præiudicium tertij, argum. de offic. delega. super eo. & de priuileg. pastoralis. & hæc omnia sequitur hic Ioan. de Imo. & istud bene no. scilicet quod quantumcunque iudici concedatur liberum arbitrium, non tamē propter hoc potest tollere exceptionem legitimam, ut dicit hic Butr. & Ioan. de Imo. & Bart. in dicto versic. videbitur, in fi.

133 Et istud potest induci ad questionem, factum est compromissum in arbitratorem, & datum est liberum arbitrium, tamen in procedendo, quam in pronunciando: nam nihilominus tenebatur admittere exceptionem præscriptionis, vel aliam exceptionem legitimam, licet sit acquisita remedio iuris positui, & hoc in terminis sequitur Angel. in l. sequitur. §. viam. ff. de vsucapionib. & Bal. in capit. Quintauallis, de iureiuran. quod tamen intelligas, quando præscriptio esset cum bona fide, alias secus, ut in cap. fin. infra de præscrip. Et ex his sum expeditus de secundo.

134 Venio ad tertium, scilicet quod de his quæ committuntur ad arbitrium iudicis simpliciter. & in hoc Bart. in dicto versic. videbitur. dicit, quod aut remissio sit in tali causa, quæ de sui natura non est summaria, & tunc debet sequi omnes regulas iuris civilis, quia etiam arbiter tenetur sequi regulas iuris civilis, ut in l. prima, ff. de arbit. Aut sit talis commissio in causa, quæ de sui natura est summaria, & hoc casu dicit Bar. quod debet seruare regulas iuris gentium.

Sed Butr. hic in penult. col. dicit indistincte, quod quando fit commissio ad arbitrium iudicis, licet non possit iudex præiudicare

partibus contra ius circa respicientia decisoria, quæ sunt magni præiudicij, tamē potest præiudicare circa respicientia ordinaria iudicij, allegat no. in l. si procurator. ff. de cond. in deb. & in d. clem. saepe. in verbo, defensiones. de verbo. signif. quæ loquitur simpliciter in commissis ad arbitrium iudicis: & dicit, quod talis non tenetur seruare solennitatem iudicij, sed bene tenetur seruare ius circa decisoria, & dicit, quod Bar. debet intelligi, quod non potest recedere a regulis iuris civilis. scilicet circa modum decidendi, sed in modo procedendi bene potest recedere. & dicit Butr. quod si datur debitum in non determinatis a iure iudex habet sequi naturalem equitatem, que est pro lege. l. in summa. §. item varius. ff. de aqua pluuiæ arc. & vide
 135 Bart. in l. j. C. de sacrosan. eccl. qui dicit, quod iudex in arbitrariis non tenetur sequi rigorem iuris scripti, immo potest sequi equitatem non scriptam, & hoc tene bene menti, quod in arbitrariis iudex potius debet habere respectum ad equitatem naturalem non scriptam, quam ad rigorem iuris scripti, quod tene mēti ad limitationem l. placuit, de iud. & idem dicit Butr. si daretur arbitrium circa determinata aliter determinanda diceretur modum excedere, si imponit parem, vel maiorem penam quam ordinariam sine causa. mouetur per glo. in c. inquisitionis. in verbo, alioquin. infra de accus. sed si poena est extraordinaria de modum excedere, si imponit maiorem penam, quam consuetam sine causa, quia poena conuicta succedit loco poenæ ordinariæ, vt dicit glo. & Bar. in l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui no. infam. & Bart. in d. l. alia. ff. de poen. & idem dicit per omnia Ioan. de Imo.

Et ex prædictis no. tres conclusiones.

Prima est in arbitrariis, iudex habet sequi naturalem equitatem magis, quam rigorem iuris.

137 Secunda est, quod si in poena a iure determinata committatur imponenda arbitrio iudicis, cui fit commissio, talis iudex debet arbitrari poenam minorem poena a iure determinata non autem parem, vel maiorem, nisi sub sit causa, & sic debet intelligi glo. in d. c. inquisitionis, in versic. alioquin, de accus.

138 Tertia conclusio est in arbitrariis, iudex debet imponere poenam consuetam pro simili crimine, quod intelligas, nisi subeset causa imponendi maiorem, vel minorem, vt no. in d. l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui no. infam. & in l. & si seuerior. C. ex quib. cau. infam. irrog. Et ex his potest decidi quartum, scilicet quod iudex habet arbitrium cum causa, sed hoc est in penis imponendis, si sunt a iure determinata, vt quia sunt ordinariæ, iudex debet eas sequi imponendo poenam a iure determinatam, vt in c. in causis, de offi. dele. posset tamen ex causa sine temperamēto cauere poenam alteram, mitigando poenam in sententia, & sic debet seruare discretionem, non autem suum sensum, post sententiam aut non potest mitigare poenam, vt in l. capitalium. ff. de pe. & 50. dist. vt constitueretur. & 2. q. 3. §. notandum. & in l. j. ff. ad Turpill. & de hoc etiam hinc in l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui no. infam. & in l. & si seuerior. C. ex quib. cau. infam. irrog. potest tamen post sententiam fieri dispensatio, vt in c. at si clerici. §. de adulteriis. de iud. & in c. cum Bertholdus, de re iud. vide S. Th. 2. 2. q. 67. art. 4. vbi distinguit, quod aut poena est a iure determinata, aut est arbitraria. In primo casu dicit S. Th. quod aut poena est applicanda accusato pro aliqua iniuria in ipsum commissam, & tunc non est in arbitrio iudicis ipsam relaxare, quia quilibet iudex tenet reddere ius unicuique. facit optime textum glo. in l. 2. C. de in ius voc. & quod no. ibi Bar. dicit tamen S. Th. quod potest ille, cui poena est applicanda reuolueri, si hoc non sit publicæ utilitati, & ita etiam no. Doct. in d. l. 2. C. de in ius voc. aut poena est applicanda reinub. ad eius bonum pertinet, quod malefactoris puniant, vt in c. vt famæ, de sent. exc. & hoc casu sine eum solus princeps, hoc est Papa, vel Imperator, potest reum absolueri a poena, sed non inferiores iudices, & alleg. Aug. super Io. 19. ca. super his verbis, non haberes aduersum me potestatem ullam. vbi dicit, talis Deus dederat Pilato potestatem, vt esset sub Cæsaris potestate, ne ei omnino liberum esset accusatum absolueri. sed intellige S. Tho. quod iudex vellet poenam in totum remittere: nam hoc non potest inferior a Papa, vel Imperatore, licet possit inferior ex causa poenam minuere, vel augere ante sententiam, vt dicit Doct. in d. l. quid ergo. §. poena grauior. In secundo aut casu, scilicet quod poena est arbitraria. dicit S. Th. quod hoc casu non habet locum misericordia iudicis, cuius arbitrio poena committitur, quia boni viri est, vt sit diminutius poenarum, vt dicit Philof. in 5. Ethic. In his autem quæ sunt determinata sine legem diuinam, vel humanam, dicit, iudicem non posse facere misericordiam. Sed hoc intellige, nisi sub sit causa, ut supra dixi. Item qui loquitur arbitrium iudicis, quod est facta commissio arbitrio iudicis in penis determinatis, uel non determinatis a iure, dixi post Butr. & Ioan. de Imo. in casu præcedente.

139 Sed iuxta prædicta dubitatur, quod ad quid sit recurrendum in his, quæ committuntur arbitrio iudicis, si male arbitratur? & qua via debeat fieri retractatio? glo. in cap. super his, in verbo, arbitrium. de offic. iudic. glo. seq. dat duplicem viam.

Alex. de Bero super j. Decret.

B Primo

Alex. de Neuo in primum Decretal.

Prima est, vt retractetur per viam appellationis, & istam videtur sequi Io. And. in d. §. sequitur. ver. sed nunquid crede tur, in tit. de citat. in addi. Spec. & Bar. in l. eius. ff. de app. recip.

Secunda via est, q̄ possit peti reductio ad arbitrium boni viri, & ista potest procedere in his, quæ fiunt per iudicem extra iudicialiter, quæ nunquam transeunt in rem iudicatam, vt in c. concertationi, de appell. in vj. facit quod no. Innoc. in c. j. de his quæ fiunt a maio. par. capit. ita dicit hic Io. de Imo. & But. in d. c. super his, de accus. quod tene menti.

Ex quo habes conclusionem, q̄ in his, quæ relinquuntur arbitrio iudicis, si iudex pcedit iudicialiter, illud, q̄ agitur, erit retractandum per viam appellationis, secus si extra iudicialiter per viam reductionis ad arbitriū boni viri, q̄ tene menti.

Et ex hoc habes, q̄ in his, quæ relinquuntur arbitratu, vel arbitrio iudicis possunt retractari facta per iudicem, vel p viā apponis, vel per viam reductionis ad arbitrium boni viri, licet Bar. teneat prius in l. j. in si. ff. de leg. 2. & Inno. in extraua. quæ incip. p̄nti, quæ olim erat in tit. de rescrip. & in c. si de fer. sed de hoc plene dixi in c. Quinquauallis, de iure iur. in illo articulo, an possit appellari a snia iudicis, q̄ tulit sniam super causa reductionis ad arbitrium boni viri, super quo Ioā. de Imo. hic dicit se vidisse consilia pro & c̄, & remittit se ad d. c. Quinquauallis. Et ex his est expeditū primum. scilicet an & quando iudex possit sensu suo iudicare.

140 Venio ad fm, scilicet an valeat snia lata per iudicem, si iudicat suo sensu. & in hoc discurre per casus quatuor. primus, quando iudicat non seruata forma mandati. & hoc casu non valet sententia, vt in d. c. cum dilecta, de rescrip. & in c. Pisanis, de restit. spoliat. facit l. diligenter. ff. mand.

Secundus casus est, q̄ iudicat fm suum sensum, prout op ponitur iuri certo, & determinato. & hoc casu, si error est expressus in sententia, non valet sententia, vt in l. 2. C. q̄n prouoc. non est neces. & in c. j. de re iud. sed si error non exprimitur in sententia, & tūc valet mero iure, sed potest reuocari remedio apponis, vel alio remedio competentis. l. j. ff. de app. & in l. 2. C. si aduer. rem iudic. & in c. cum inter. & in c. suborta. j. de re iud. & hoc modo debet intelligi illud, quod no. glo. in c. vt de bitus. in verbo, causa, quæ incipit, euidenter. de appell.

Tertius casus est, q̄ iudicat suo sensu super iure dubio, super quo sunt opin. & hoc casu si nescitur quæ sit communis opin. vt quia sunt auctoritates, & rationes hinc inde. & hoc casu potest iudicare fm suum sensum. i. fm suam opin. vt tenet hic Host. & dicit But. q̄ istud est, q̄ voluit dicere gl. 3. q. 7. quæ dicit, q̄ iudex tenetur sequi suam opin. & non suam voluntatem, nam iudicat fm suam voluntatem, q̄n discedit a tramite iuris certi, sed fm suam opin. iudicat, q̄n ius est dubium, & super eo sunt plures opin. debet enim eligere illam opinionem, quam putat esse magis rationabilem. dicit tamen Butr. q̄ a tali sententia potest appellari, quia forte iudex appellationis poterit habere aliam opinionem.

Quartus casus, q̄n sunt opiniones, sed alia est communis, & alia non, & tunc non debet iudicare suo sensu, fm communem opin. nisi notorie sit falsa, vel probabiliter possit conuinci, q̄ bonus iudex, & acutissimi ingenij estimabit, de feriis. c. Capellanus. vt not. dicit hic Host. Ioā. And. & Doct. & no. bene istud. scilicet potest iudicari c̄ communem opin. q̄n est notorie falsa, vel q̄n potest conuinci. pro hoc facit, quod no. Do

141 140. in c. finem litibus, de do. & contu. j. vbi dicunt communem opin. excusare a condemnatione expensarum, eum qui succubuit. & sic dicunt, q̄ est licitum iudicare c̄ communem opin. & dicit D. Abb. hic in si. q̄ hoc dictum est perpetuo mēti mandandum, pro quo allegat tex. in l. j. in 3. col. §. sed neq. C. de vet. iu. enucl. vbi tex. dicit, q̄ neque ex multitudine auctorum, q̄d est melius & equius iudicato, cū possit vnus for sitan, & deterioris sententia multos & maiorum in aliqua parte superare. & de hoc etiam vide D. Abb. in d. c. Capellanus,

142 de fer. vbi plenius de hoc loquitur. j. Dic tamen, q̄ in dubio non est recedendum a communi opin. Doct. vt dicit Io. An. & Doct. vnde dicit Bal. in l. precibus. ver. item interpretatio prudentum. C. de impub. & aliis substit. dicit se non discedere ab vniuersitate Doctorum. idem dicit in c. ne innitaris. j.

143 eo. j. vbi dicit communem opin. esse seruandam, quia habet vim consuetudinis, & Ang. in l. si idem cum eodem. ff. de iur. iud. omn. iudic. per rex. illum. j. vbi dicit, q̄ vbi non est dare casum legis, sufficit allegare auctoritatem maiorum. dicit tamen But. & Io. de Imo. j. q̄ sententia lata c̄ communem opi.

145 Doctorum valet, nisi appelleretur ab ea. & idem voluit Bart. in l. cum prolati. ff. de re iudic. & sic d̄ esse ius dubium, q̄n non est de hoc casu expressus, licet super eo sit communis opin. Item d̄ ius esse dubium, licet possit decidi per rationes similes, ita q̄ sententia lata c̄ rationem, vel similitudinem legis tenet, hoc tenet hic But. & Io. de Imo. allegant not. per Cyn. in l. j. C. de erro. aduoc. & per Innoc. in c. cum specialis, de appell.

& de hoc etiam not. j. eo. translato. Dic tamen, q̄ vbi iudex 246 iudicaret c̄ communem opin. q̄ debeat condemnari in sindicatu, quia non debet excusari iudex, qui iudicat c̄ communem opi. sed est condēnandus in sindicatu, secus si nescitur, quæ sit communis opin. quia tunc debet excusari, ita concludit Bart. in l. fin. C. de p̄e. iud. qui male iudic. Et sic sum expeditus de materia huius capit.

a Sed tene menti vnum dictum Innoc. 2 q̄ allegatur quoti- 147 die. scilicet q̄ licitum est iudici ex causa ratione casuum emergentium transgredi iura. & idem tenet Bal. hic, & in c. 2. de re iudic. & in l. & si feuerior, in 3. col. C. ex quibus caus. iusfam. irrog. & in Rubrica. C. qui admit. vbi dicit, q̄ licet potestas iurauerit seruare statuta, nihilominus ex causa euidenti potest illa alterari, & aliter iudicare, & sic nedum licet iudici ex causa transgredi leges, sed etiam statuta iurata, nec incurrit per iurium, ex quo est iusta causa non seruandi statutum, vt in l. fin. ff. qui latit. cogan. cum si. & istud dictum Inno. communiter tenetur. scilicet licet iudici transgredi leges, & statuta, dato

b quod iurauerit ea seruare. b Idem sentit Sanc. Tho. 2. 2. q. 60. 148 artic. 6. vbi dicit, q̄ leges non esse seruandas in casibus, in quibus si seruarent, iudex faceret contra naturalem æquitatem, uel quando occurrit talis casus, quem si considerasset legislator aliter determinasset, & hæc sufficiant in isto capitulo. Sequitur cap. cognoscentes.

ADDITIONES.

- a Dictum Innoc. Hoc dictum intellige, quando hæc causa tendit ad publicam utilitatem, ita dicit Salic. in auth. hodie, C. de iud. & Philip. Dec. in rub. C. qui admit. 2. col. Fel. in c. 1. 15. col. de conflit.
- b Seruare. Adde quod idem tenet Fel. hic. 14. col. verfic. fallit septimo, vbi omnino vide. Vide Barth. Capol. caut. sua 3. Quia propter præstantiam alicuius delinquentis differtur executio publica. Alexan. conf. 65. 6. col. 1. uol. & Alex. in c. studuisti. 3. col. de offic. leg.

SVMMA RIVM.

- 1 Constitutio nona respicit futura.
- 2 Rei appellatione late sumpto vocabulo etiam homo comprehenditur.
- 3 Bonorum priorum appellatione veniunt subditi.
- 4 Res, quæ culpa caret, damnum pati non debet.
- 5 Dominus ex delicto serui tenetur.
- 6 Spiritus absque sua culpa priuatur successione patris, & inhabilis est ad ordines, & beneficia.
- 7 Statuta disponentia, quod pater puniatur pro delicto filij, sunt plerumque iniusta.
- 8 Statutum valet, vt pater puniatur pena pecuniaria pro filio, non autem corporali.
- 9 Statutum valet, quod villa teneatur soluere damna commissa in ipsa, nisi malefactorem inueniat.
- 10 Ira Dei descendit super omnes vno peccante.
- 11 Statutum valet, quod pater puniatur pro delicto filij pena pecuniaria, non autem corporali.
- 12 Constitutio noua concernit futura, non autem præterita negocia, & quando verum.
- 13 Statuto si caueatur, quod bannitus soluens decem, extrahatur de banno, non habet locum in eo, qui in futurum bannitus esset.
- 14 Constitutio episcopi si disponat, q̄ illegitimi possint habere bona simplicia, legitimeque efficiantur, ad præterita tatum trahitur.
- 15 Propositum in proposito sicut facit, sic oppositum in opposito.
- 16 Dictionum, quoties, & similibus significata, remissiuè.
- 17 Constitutio noua quæ dicitur, & nouum ius quotupliciter dicitur.
- 18 Statutum quod ignorans ligetur ad penam, an valeat.
- 19 Statuto disponente, quod ignorantia non possit allegari, de qua ignorantia intelligatur.
- 20 Statutum disponens de negante se possidere, quod possessione priuetur de negante dolo, vel lata culpa intelligitur, non autem si fuerit in ignorantia probabili.
- 21 Ignorans statutum, nunquid gaudeat eius beneficio, vt si statutum dicat, quicumque ceperit bannitum, habeat centum, aliquis capit nesciens eum bannitum, an præmium statuti habere debeat.
- 22 Officialis capiens bannitum, præmium statuti habere non debet: & an idem sit in occidente bannitum se defendendo.
- 23 Statuto stante, quod villa teneatur capere malefactorem, aliàs puniatur in centum, villa si nesciens eum esse bannitum, occidat, penam euitat.
- 24 Puniendus quis non est sine causa, & quid si cesset culpa, causa tamen subsistit.
- 25 Constitutio inducens nullitatem actus, an dicatur pœnalis, & quæ sit pœnalis, vbi clarissime distinguitur.
- 26 Constitutionis publicatio, qualiter fieri debeat.
- 27 Constitutiones quando incipiant ligare, & q̄ menses duo semper expendantur sunt a tempore publicationis, quod nouem modis limitatur.
- 28 Glossa secundum iura, quæ allegat, intelligi debet.
- 29 Constitutio, quando confert priuilegium, seu lucrum, quando incontinenti liget.

- 30 Legitimitas non prodest absenti, nisi postquam venit ad eius notitiam.
- 31 Constitutio noua actus nullitatem inducens, an & quando incontinenti liget, & num. 33.
- 32 Decreti natura est, vt etiam ignorantes liget.
- 34 Sciens ciuitatem taxaturam pretium, si maiori precio rem vendat, tenetur emptori ad interesse.
- 35 Venditor non tenetur emptori reuelare mercatores venturos, propter quos res vilioris precij efficerentur.
- 36 Legis ratio est, quae regulam dicitur.
- 37 Constitutionis publicatio, an necessarium fieri debeat in qualibet provincia.
- 38 Ignorans an excusetur a pena constitutionis post duos menses, seu tempus arbitrarium.
- 39 Practica probandi ignorantiam banni.
- 40 Bannum ponere, est signum iurisdictionis.
- 41 Ignorantia constitutionis per iuramentum probatur.
- 42 Scientia, & ignorantia in mente hominis consistit.
- 43 Vniuersitas si velit ignorantiam constitutionis probare, per maiorem partem ipsius probet.
- 44 Testis vnus cum iuramento non admittitur, quando de crimine ciuilitate agitur.
- 45 Probatio liquida, uel legitima, an requiratur, non desertur iuramentum in supplementum probationis, testesq; omni exceptione maiores, requiruntur.
- 46 Iuramento non statuitur, ubi est praesumptio contra allegantem ignorantiam.
- 47 Praesumptio iuris dicitur liquida probatio.
- 48 Probatio liquida, uel lucida, quando requiritur, non desertur iuramentum, nisi concurrat probabilis causa ignorantiae.
- 49 Ignorantia iuris an excuset a pena constitutionis, vel statuti.
- 50 Delicta non committuntur sine dolo, vt non nisi dolosus homicida puniatur, si statutum de homicida loquatur.
- 51 Culpa lata expellens aliquem de domo, uel de possessione, non sufficit, sed dolus requiritur, si statutum esset, quod expellens puniatur.
- 52 Statutum imponens penam capitalem, seu afflictiuam personae, dolum requirit.
- 53 Culpa lata, quando lex, vel statutum non requirit dolum, nec tacite, nec expresse, an & quando equiparetur dolo, & quid quando requirit.
- 54 Culperatione vtrum quis puniri possit criminaliter, & quomodo pro leui, & leuissima.
- 55 Dolus vbi requiritur, an lata, vel latior culpa dolo comparetur.
- 56 Ignorantia iuris positivi, certi, & limitati, latissimam culpam includit.
- 57 Scire qui possunt per se, vel per alios, si iuris peritos excusantur.
- 58 Ignorantia iuris in mulieribus, & rusticis praesumitur, nisi probetur, & in casibus a iure expressis.
- 59 Lex, vel statutum, licet non requirat dolum in minoribus 25. annis lata culpa dolo non equiparatur.
- 60 Extrahere bladum qui incepit de ciuitate, volens extra territorium portare, & casu destitit, fiatq; postea statutum imponens penam extrahenti, an incurvat penam statuti, vbi simile ponit.
- 61 Bannitus si quis sit cum sua generatione, an de natis tantum tempore banni intelligatur, non autem de nascituris.
- 62 Filius saepe pro delicto patris puniatur.
- 63 Talis quis praesumitur, qualis est sua patria.
- 64 Patre cum filijs damnato, filij nascituri comprehenduntur.

C A P. I I.



Ognoscentes. † Constitutio noua respicit futura, non praeterita, hoc dicit. Diuiditur in quatuor partes.

In prima ponit decifam facti narrationem, ex quo surgit quaestio.

In secunda ponitur regula, ex quo inferitur solutio.

In tertia ponitur ipsa solutio.

In quarta ponitur solutionis ratio. secunda ibi, rem quae culpa caret, tertia ibi, quoties, quarta ibi, ne detrimentum.

- 1 No, primo ibi, re, quae culpa caret, † quod appellatione rei etiam homo comprehenditur: nam res inanimatae non possunt committere culpam, ex quo inferitur, quod verbum, rei, est verbum generale, quod late sumpto vocabulo etiam homines potest comprehendere. pro hoc est tex. in l. omnia. §. fin. ff. de lega. 2. vnde Bal. in l. i. ff. de sta. hom. dixit, quod nomine rerum mearum continentur homines, & mouetur per praesalleg. l. omnia. §. fi. & per l. fin. C. de verbor. signific. allegat etiam leg. talem. §. fi. ff. de haered. instit. vbi etiam Ioan. de Imo. tenet, † quod appellatione propriorum bonorum, veniunt subditi.

- 2 Secundo nota regulam, † quod res, quae culpa caret, in damnatum uocari non conuenit, id est ille qui est sine culpa, non debet pati damnatum, vnde dicit Host.

Qui caruit culpa caruit, me iudice, pena.

de quo in regula, sine culpa, de reg. iur. in 6. Bal. vero hic dicit hoc esse verum, vbi nulla omnino culpa est commissa: nam quandoq; quis puniatur pro culpa commissa ab alio, & non

- 5 a se, vt patet in actione noxali, † nam tenetur deus ex delicto serui, pro quod tenetur, uel dare seruum pro noxa, vel soluere estimationem damni. l. miles. §. decem. ff. de rei iud. & Insti. de noxa. in prin. & §. j. Item potest poni exemplum in spurio, quia
- 6 † spurius priuatur successione patris absque culpa sua, vt in l. legem Anastasij. & auth. licet. C. de nat. lib. Item spurius est inhabilis ad ordines, & beneficia, vt in c. 1. & 2. de fil. presbyt. in vj. & tamen ipse nullam culpam commisit, sed pater.

- 7 Et ex his inferit Bal. ad q. statutorum † disponentium, quod pater puniatur pro delicto filij: nam talia statuta secundum eum sunt plerumq; iniusta, allegat no. in Auth. ut nullus iud. col. 9. idem sentit Bart. in l. legatorum, in prin. ff. de leg. 2. vbi dicit illam l. facere † consuetudinem ciuitatis, per quam si vnus rusticus est soluendo, exigitur ab alio. & pro hoc allegat l. i. C. vt nullus ex vicariis pro alieno delicto. libro 1. vbi etiam per Bar. sed vide Bal. in Rubr. C. res inter alios acta. vbi dicit, quod tale statutum, quod confors teneatur soluere penas pecuniarias contra sortis banniti, est iniustum, allegat glo. in Rubrica. C. de decre. decur. dicit tamen, quod tale statutum est tolerabile, sed non laudabile, allegat not. in Auth. vt nullus iud. §. quoniam. vbi glo. nota. dicit, quod iudex non potest punire vnam contractam pro delicto alterius contractae. Sed illa glo. loquitur, quod iudex hoc facit ex proprio arbitrio, secus si arbitrio legis: penas vero corporales, vel in familiae, statutum innocetibus pro alienis delictis non potest imponere, fm eum. & idem dicit Salic. in l. 1. C. res inter alios acta. sed Bal. in l. de quibus. ff. de legib. in

- 8 2. col. melius firmavit pedem, † vbi dicit, quod valet statutum, vt pater puniatur poena pecuniaria pro filio, non autem corporali, & istud puto verissimum: nam vbi subest iusta causa, potest vnus puniri pro delicto alterius, & istud voluit Bart. in l. j.

- 9 ff. furti aduer. nau. caup. stab. † vbi dicit ualere statutum, quod villa teneatur soluere damna commissa in ipsa villa, nisi inueniat ipsum malefactorem. Item quis non potest puniri poena corporali pro delicto alterius per constitutionem humanam, † licet Deus saepe puniat poena corporali vnus pro alio, † quia vno peccate ira Dei defecit contra omnes, vt dicit tex. in c. si quis diaconus, in fi. 50. dist. de quo vide bo. glof. 1. q. 4. in summa. & 24. q. 3. in summa. nam licet Deus hoc faciat, qui nouit merita causarum, & personarum, non tamen potest hoc facere constitutio humana, vt dicit Inno. in c. grauem, de sent. excom. & idem dixit Bal. in l. 1. C. ne fil. pro pat. † vbi dicit ualere statutum, quod pater teneatur pro delicto filij poena pecuniaria, non autem puniatur corporali poena, & de hoc dixi in c. ex rescripto, de iure iur. vbi allegaui S. Tho. qui sicut tenet, quod constitio humana non potest alium punire poena corporali pro delicto alterius, poena tamen infamiae bene potest punire, vt in c. felices, de pen. in vj. §. sed quicquid, & §. quod si quis. vbi

- 10 pp delictum patris efficiuntur inhabiles filij ad beneficia, & infames, nec debent admitti ad aliquam dignitatem, ut in l. quisquis. C. ad leg. Iul. ma. est. vbi pater commisit crimen laesae maiestatis, efficiuntur infames, nec possunt succedere in aliqua haereditate, nec admittuntur ad aliquem honorem. & licet ille tex. videatur innuere, quod etiam Imperator potuisset statuere, quod pro delicto patris vitam perderet, & quod ipsis filiis sola humanitate vitam concedit, tamen hoc est dicendum attente iure fori, sed non iure poli, quia talis constitio abique peccato non potest seruari. Non ob. 23. q. 5. cum homo. iuncta glo. fi. vbi vbi probari, quod valeat consuetudo, quod fidei iussores puniantur poena corporali pro reo principali: nam glo. non dicit, quod talis consuetudo valeat: sed dicit, quod ille tex. respicit factum, vel quod illa ex. et consuetudo illius loci, non tamen dicit, quod dicta consuetudo valeat.

- 12 Tertio nota, quod constitio noua concernit futura, non autem praeterita negotia, ne afficiat aliquem sine culpa. hoc tamen intellige, nisi caueatur in lege, vt extendatur ad praeterita, quia tunc extenderetur ad praeterita, vt in c. fi. §. eod. & in clem. dispendiosam, in fi. iuncta glo. fi. de iud. dicit tamen Do. Abb. quod vbi lex, vel statutum aliquid indulget etiam per verba futuri temporis, non extenditur ad futura, sed ad praeterita tamen, ne detur materia delinquendi. & de hoc est tex. sing. in l. cum lex. ff. de ll. vbi Bar.

- 13 per illum tex. dicit, quod si statuto cauetur, quod quilibet bannitus soluens decem, extrahatur de banno, non habet locum in illo, qui esset bannitus in futurum, quia daret materiam delinquendi. idem tenet Bald. in l. leges. C. de legib. & in d. l. cum lex. & Dom. Dom. in c. j. de fil. presbyt. in fi. vbi dicit, quod si constitio episcopi disponit, quod illegitimi possint habere beneficia simplicia, & quod efficiantur legitimi, ista constitio non trahitur ad futura, sed ad praeterita tantum, ne detur materia delinquendi, & ad hoc allegat Feder. de Sen. in consiliis suis, quod tene menti: secus si cessaret haec ratio, quia licet statutum loquatur per verba praesentis temporis, vel praeteriti, extenditur ad futura, quia lex semper loquitur l. Arriani. C. de here. & dicit Dom. Abb. haec esse bene notanda. sed de hoc latius dicam infra c. fi.

Alex. de Neuro super j. Decret. B 2 Quar.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

- 15 Quarto nota secundum domin. Card. † quod sic facit propositum in proposito, sicut oppositum in opposito, nam sicut faciens contra constitutionem, antequam sit citata, uel publica, non punitur, ita faciens contra constitutionem, postquam est edita, & publicata, punitur. facit quod habetur. 32. dist. ho. spiritolum. ubi dicitur, quod contrariorum eadem est disciplina, nam cognito uno de contrariis constat de alio. l. 1. ff. de his qui sunt iuri, uel alie, iur. quia debet intelligi secundum naturam dispositionis, cui adicitur, sicut etiam uidemus, quod clausula regulatur a precedenti, uel sequenti, secundum naturam subiecte materiae, infra de appell. secundo requirit. † & de hac dictione, quotiens, dixi in cap. directa, eod. titu. & de ista dictione, & similibus, uide Ioan. de Imo. & Moder. in l. si finita, in princ. ff. de dam. infec. & in l. saepe, ff. de re iudic.
- 16 Sed quaro pro intellectu literae, † quae dicatur noua constitutio. & dic, quod hic accipitur noua constitutio, quae de nouo fuit edita, ita quod ante non erat in rerum natura, alibi autem aliter accipitur: nam aliquod dicitur ius nouum, quando redditur ius insolitum, ut dicit glo. singular. in l. j. ff. quod quisque iur. puta si sit statutum, quod debitorum non possint conueniri a creditoribus. & per illam glo. dicit Angel. te saepius consiluisse cum pluribus Docto. quod statutum dat potestatem alicui prouidendi super casibus nouis, ille cui datur talis potestas, poterit totum illud, quod poterit populum, & quot modis accipiat hanc dictionem, nouum ius, dic vt per Docto. in Rubrica. ff. de no. oper. nunc.
- 17 Secundo quaro, † an ualeat statutum, quod ignorans ligetur ad poenam. & Bal. in l. i. ff. de legib. dicit quod sic, per text. in l. diuus, in fi. ff. de falsis. ubi dicitur, quod si aliquis sibi ascripsit legata in testamento, & dicat se ignorasse hoc prohibitum esse iure, talem ignorantiam allegare non poterit. Sed ille tex. loquitur, quando ignorantia erat crassa, & supina, secus si ignorantia esset iusta, quia tunc non ligaretur tali statuto. facit quod not. Salic. in l. Senatus. C. de his quibus ut indign. † ubi dicit statutum disponens, quod ignorantia non possit allegari, uel quod praetextu ignorantiae quis non possit se tueri, debet intelligi de ignorantia iniusta, non autem ignorantia iusta, allegat dicta l. diuus. pro hoc al. ego not. dictum Bal. in capit. primo, in §. uallus. si de feudo fuerit controuer.
- 18 † ubi dicit, quod lex disponens, quod negans se possidere, priuetur possessione, & quod possessio transferatur ad aduersarium, si constat eum dicere mendacium, ut in l. finali. ff. de re uendicat. debet intelligi de negante dolo, uel lata culpa, secus si fuerit in ignorantia probabili, & similiter dicit de omnibus iuribus punientibus negantem: nam poena habet locum in negantibus dolo, uel lata culpa, secus si probabili ignorantia, quod tene perpetuo menti. Quid autem econuerso, † nunquid ignorans statutum gaudeat eius beneficio. Exemplum, dicit statutum, quod quicumque ceperit bannitum, habeat centum: aliquis eum capit, nesciens esse bannitum, nunquid debeat habere praemium ipsius statuti. & Bartol. in l. Titio genero. ff. de his qui notant. infam. tenuit quod non, per l. 2. ff. de condit. & demonstr. idem tenet Dom. Abb. in capit. in ecclesiis. infra de censib. & Ang. in l. inter omnes. §. recte. ff. de furt. idem tenuit Bald. in l. si quis heredem. C. de infit. & substitit. & in l. 2. C. de oper. liber. dicit, † quod officialis capiens bannitum, non debet habere praemium, hoc etiam tenuit Bart. in l. si quis in graui. §. utrum. ff. ad Syllan. ubi Bartol. dicit praemium non dari officialibus, uel familiae Potestatis capiendis bannitum, quia hoc faciunt ex necessitate officij, & idem dicit, quod si aliquis se defendendo uisum, quia bannitus uellet eum offendere, caperet, uel occideret, quia non facit gratis, sed animo se defendendi, & sic non debet habere praemium. l. prima, ff. de condit. ob. turpem causam. dicit tamen, quod sufficeret, quod ille qui caperet, uel occideret bannitum, sciat istum esse bannitum, licet non sciat statutum concedere praemium capiendis, uel occidentibus bannitum, ut dicit notabiliter Bart. in l. omnes populi, in §. quae stio. principali. ff. de iust. & in hoc modo possit procedere dictum Bal. in dicta l. genero. & quod notat ibi Pet. de Ancha, in suis reportatis, qui uidentur uelle ipsum debere hanc praemium, licet ignoret ipsum esse bannitum: nam posset procedere in ignorante praemium statuti, secus si bannitum ignoraret, ut dixi. Item dic, † licet quis nesciat bannitum, euitat poenam statuti: pura dicit statutum, quod villa teneatur capere malefactorem, alias puniatur in centum: nam si uilla capit bannitum, licet nesciat ipsum bannitum, tamen euitat poenam statuti, quia quantumcunque ad euitationem poenae non requiritur, quod sciat causam, quare faciat, sed sufficit esse factum, nec refert a quo sit factum. Lea quidem, C. si mancip. ita siue alien. & per Dyn. & Bart. in l. cum seruus. ff. de uerbor. oblig. & in l. 2. ff. de condit. & demonstr.
- 19 In glo. prima in fi. declara hanc glo. prout not. glo. in capit.
- 20 antiqua, de priuileg. & mens glo. est, † quod sine causa non sit quis puniendus, ut hic, & in regula, sine culpa, in vj. Sed si cessat culpa, tamen si subest causa, tunc potest quis puniri sine culpa, quia licet non subest culpa, subest tamen causa, & dicit Dom. Abb. quod glo. debet intelligi, quando subest causa legitima, alias non diceretur causa, sed occasio, ut in cap. solita, de maior. & obediens. & in cap. nouit, infra de iudic. hinc est; quod ob causam publicam quis potest priuari dominio rei suae. l. item si verberatum. ff. de rei uendic. & notat Innoc. & Doct. in cap. quae in ecclesiarum, infra eod. & Bart. in l. fin. C. si contra ius, uel uil. publ.
- 21 In glo. in verbo, dispendiis, no. istam glo. iuncto tex. quod retractatio actus dicitur esse damnum.
- 22 Ex quo inferitur, quod nullitas actus dicitur esse poena, & ita uult ista glo. iuncto tex. licet Dom. Abb. dicat glo. dicere contrarium, & male, † & quod constitutio inducens nullitatem actus dicitur esse poenalis, tenuit glo. in cap. decet. in verbo, processus, de immun. eccles. lib. 6. quae dicit, quod illud capit. non extenditur ad contractus, cum sit poenale, & tamen ibi solum inducitur nullitas actus. Contrarium tenuit Ioan. And. in cap. fin. de electio. & in regula, odia. de regu. iur. in vj. ubi dicit illam constitutionem esse poenalem, quae diminuit patrimonium, seu tollit ius quaesitum, allegat l. 3. ff. de dam. infec. ubi damnus dicitur diminutio patrimonij, secus dicit Ioan. And. quando constitutio inducit solum retractationem actus, quia tunc non dicitur poenalis. Sed Dom. Domin. in dicto cap. fina. de electio. in vj. tenet, quod constitutio inducens nullitatem actus, dicitur poenalis. Sed Bart. & Bald. in l. non dubium, C. de legibus. distinguunt. Ex qua distinctione saluatur opin. Ioan. And. dicentis, quod aut constitutio annullat actum propter defectum solennitatis non seruata: puta quia traditur certa forma, ad faciendum actum, qua non seruata, actus erit nullus, & tunc talis constitutio non dicitur poenalis: quia non surgit nullitas in odium facientis actum, sed propter defectum formae non seruatae, uel propter solennitatem commissam, & hoc modo debet intelligi dictum Ioan. And. in dicto cap. fin. de election. in vj. & in dicta regula, odia. Aut constitutio annullat actum ratione prohibitionis, uel propter odium illius, qui facit actum contra legem, & tunc constitutio dicitur poenalis, & hoc procedit, quando actum simpliciter prohibet, quia in dubio uidetur allegare actum in odium facientis, ut dicit hic Domin. Cardin. qui in effectu sequitur distinctionem Bal. clarius tamen distinguendo, quam ipse facit. idem sequuntur hic But. Ioan. de Imo. & Dom. Abb. quod tene menti.
- 23 In glo. si. hac glo. in effectu uult, quod constitutio liget omnes post duos menses elapsos a tempore publicationis.
- 24 Secundo uult, quod non sit necesse particulariter eam publicari omnibus personis, sed sufficit, quod publicetur in prouincia.
- 25 Tertio dicit, quod potest probari ignorantia constitutionis etiam elapsis duobus mensibus, & quod probata ignorantia ignorans non est puniendus, & quod probatur ignorantia, si quis probat se tempore publicationis fuisse extra prouinciam, uel se fuisse alias impeditum, ita quod etas sufficere ad hoc ualeat. Mouetur per tex. in cap. si. qui matri. accus. poss. unde quatuor sunt uidentia circa istam glo.
- 26 Primo, qualiter debeat fieri publicatio constitutionis.
- 27 Secundo, an illud quod dicit glo. §. quod debeat expectari duo menses, habeat locum in qualibet constitutione.
- 28 Tertio, an sit necessarium, quod publicatio fiat in qualibet prouincia.
- 29 Quarto, an ignorans excusetur a poena constitutionis, & qualiter probetur ignorantia.
- 30 Quo ad primum uide bon. tex. in c. 1. de postul. praelat. ubi dicit, quod constitutio debet solenniter publicari.
- 31 Sed Bal. in l. 2. §. praeterea. ff. de orig. iur. dicit, quod eo ipso, quod est posita in loco, in quo eam possunt omnes legere dicitur publicata. & de hoc uidetur tex. in d. §. praeterea. ibi, pro rostris posuerunt, ut possint leges apertius percipi.
- 32 Et ex hoc dicit Bald. ibi, quod reformationes concilij ligant, ex quo sunt in archiuo publico, & comuniter potest haberi eorum copia. dicitur ergo constitutio publicata, quando est posita in loco, in quo omnes possunt ea legere, & eius habere copiam. & pro hoc sum expeditus de primo.
- 33 Venio ad secundum, si tan sint expectandi duo menses semper a tempore publicationis. & dicendum est, quod sic regulariter, nam hoc recipit plures limitationes.
- 34 Prima est limitatio in statutis particularibus ciuitatum, uel locorum, quia statim facta publicatione statuta, seu constitutiones particulares ligant praesentes. In absentibus uero est arbitrium, quanto tempore elapso praesumatur infra, hoc tenet Io. And. in addit. Spec. in ti. de postit. & Host. in sum. huius tit.

§. quando constitutio. ver. quid de constitutionibus. & Arch. in c. j. de concess. præb. in vj. in verbo, debuissent. & Bar. idem tenet in l. oēs populi, in 7. q. ff. de iustit. & iu. sequit̄ et̄ hic But. & Io. de Imo. & D. Abb. idē tenet Do. Dom. in c. q. dñ. 16. dist.

Secunda limitatio est in statutis provincialibus, quia illa non ligant, nisi post duos menses, ut dicit glo. 82. distinc. proposuisti. tamen illa glo. simpliciter dicit, quod secundum canones constitutio non ligat, nisi post sex menses. Sed Doct. ipsam intelligunt, quod loquatur de constitutionibus provincialibus propter cap. quod allegat, allegat enim cap. decernimus. 18. dist. quod loquitur de constitutionibus factis in concilio provinciali: nam gl. debet intelligi secundum iura quæ allegat, ut dicit Bartol. in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de lib. lega. & licet cum illa glo. transeat But. tamen Ioann. de Imo. & Do. Abb. & communiter Doct. eam reprobant: nam illud cap. decernimus, non loquitur de tempore, quo constitutio ligare debet, sed loquitur de tempore præfixo episcopis ad denunciandum subditis, quæ sint facta in conclusione provinciali: absurdum enim esset dicere, quod maius tempus requiratur in constitutione inferiorum, quàm in constitutione Principis. & ideo dicendum est, quod hoc casu erit tempus arbitrarium secundum qualitatem provinciarum, & qualitatem constitutionis, de quo plene per Ioan. And. in proœ. clem.

Tertia limitatio est in constitutione extrauaganti redacta ad corpus iuris: nam si erat ante publicata, statim ligabat: nã si ligabat antequàm esset redacta in corpus iuris, fortius debet ligare postquam est redacta. & de hoc per glo. in proœ. clem. in verbo, de cætero. & per Pau. ibi. sequitur hic Butr. & Ioan. de Imo.

Quarta limitatio in constitutione antiqui iuris declaratoria, quia illa statim ligat, ut not. glo. in verbo, de cætero. in proœ. clem. & Pau. ibi, qui tamen dicit hoc esse verum, quando cõfessio est simpliciter declaratoria, secus si aliquid adderet, vel mutaret, & hoc sequitur hic But. & Ioan. de Imo. & pro hoc allegat glo. not. in clem. j. in verbo, de cætero. de vsur. quæ dicit, quod constitutio antiqui iuris declaratoria, licet respectu prohibitionis trahatur ad præterita, ut in cap. cum tu, de vsur. tamen respectu pœnæ trahitur solum ad futura, quia respectu pœnæ dicitur noua, vnde debet ligare, sicut ligat constitutio noua hoc est post duos menses.

Quinta limitatio, quando appareret de mente constituentis, quod valet statim ligare, nam tunc non expectarentur duo menses, ut in c. cum singula. & ibi glo. in verbo, peruenitur. de præben. in vj. adeo quod si cõfessio diceret, quod ex nunc teneatur seruare cõfessionem, immediate ligaret respectu retractionis, seu nullitatis actus facti cõfessionem, licet ignorantes non incurrãt aliam pœnam. & de hoc est tex. cum glo. 4. in clem. 2. de hæret. quæ incipit, ex nunc. hoc etiam tenet Io. And. in c. j. quod me tus cau. lib. vj. & Dom. Dom. in c. quod dicitur. 17. dist. & sequuntur hic But. Ioan. de Imo. & Dom. Abb.

29 Sexta limitatio est, quando cõfessio, vel lex confert priuilegium, seu lucrum: nam tunc statim sumit vires, nec expectatur duo menses, ut in c. j. ex parte, de concess. præb. in vj. & hoc tangit glo. in proœ. clem. in verbo, de cætero. licet hoc nõ firmet, sed Pau. ibi hoc firmat. & Bart. idem tenet in l. omnes populi, in 3. q. princ. ff. de iustit. & iu. & in l. diuæ memoriæ. C. de decur. lib. 10. idem sequitur hic But. & Io. de Imo. sed Do. Abb. dicit hoc procedere data notitia, seu scientia priuilegij. & allegat no. in d. c. 1. de concess. præb. in vj. & per l. qui absenti. ff. de donat. & id quod no. glo. 2. q. 5. quinto. idē voluit Bar. in l. ff. de constit. princ. vbi dicit, quod ad hoc, ut quis habeat cõmodum priuilegij, requiritur, quod habeat notitiam ipsius. & istam conclusionem tenuit dom. Card. in proœ. clem. vbi etiã ipse firmat, quod cõfessio concedens commodum, vel priuilegiũ, operetur effectum suum habita notitia priuilegij, & non ante. idem tenuit But. in proœ. Greg. facit optime tex. in Auth. quib. mod. nat. eff. sui. §. qualiter. vbi dñ. quod legitimatio non prodest absenti, nisi postquam uenit ad eius notitiam. & per illum tex. consuluit Pet. de Anch. cõf. 159. quod priuilegium ciuitatis non prodest absenti ante habitã notitiam priuilegij. Bal. tamen in l. ff. de constit. princ. dixit, quod licet ignorans nõ habeat exercitium priuilegij ante habitã notitiam, tamen ius acquiritur absenti, ut in c. si tibi absenti, de præb. in 6. & idem dicit in l. falsus, C. de fur. & istud dictum dom. Card. in proœ. cle. dicit posse seruari. si quod absens & ignorans acquirit ius ex cõfessione priuilegiatiua, vel afferente lucrum, tñ eius efficacia, vel exercitium non cõsequitur, antequam sciat. & hoc modo potest intelligi Bar. in d. l. omnes populi, in 5. q. & in l. diuæ memoriæ, de decur. lib. 10. in quibus dixit, quod vbi lex, vel statutum confert lucrum incontinenti ligat, nam debet intelligi quo ad habitum, vel quo ad ius, sed non quo ad exercitiũ seu efficaciam, nisi data scientia, & hoc tene menti.

31 Septima limitatio est, quã noua cõfessio inducit nullitatem a-

ctus, nam tunc incontinenti ligat, ut dicit Pau. in proœ. clem. & no. Io. And. in data sexti libri. Sed Lap. Abb. in c. j. de ele. dicit hoc procedere, quia cõfessio inducens nullitatem actus, habet decretum: nam tunc ligat incontinenti, quia ista est nã decreti, ut etiam ignorantes liget. de quo vide bo. glo. in c. si eo tpe. in verbo, ignorantia. de elect. in vj. postea But. vñ dicere, quod aut 32 cõfessio imponit penam nullitatis in odium phœtis, vel in odium non soluentis, vel in odium facientis cõfessionem, & tunc non ligabit nisi post duos menses: aut simpliciter disponit, quod actus sit nullus nõ seruata forma, & tunc statim ligabit. & idem vñ sequi dom. Card. Sed Io. de Imo. dicit, quod etiam si in odium phœtis, vel facientis cõfessionem, annulletur actus, ex quo est appositã cõfessio, statim ligabit etiã ignorantes, ut in d. si eo tpe. & ista opin. vñ mihi verior, quia dato, quod cõfessio inducat nullitatem actus non ligat statim, nisi appareat de mente, ut est tex. in ista glo. in verbo, ex nunc. in clem. 2. de hæret. Sed quando apponitur cõfessio decreti, apparet etiam de intentione statuentis uelle ligare ignorantes, & per consequens statim uelle ligare.

Octaua limitatio, quã datur scientia cõfessionis: nam etiam ante duos menses ligantur scientes cõfessionem, hoc tenuit glo. in c. hoc consultiissimo. in verbo, hæctenus. de reb. eccl. non alie. in vj. idem tenuit Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. idem sequitur hic Ioan. de Imo. & dom. Abb. & Dom. Dom. in cap. quod dicitis. 16. dist.

Sed But. hic, & Pau. in proœ. clem. tenent, quod cõfessio non liget etiam scientes ante lapsum duorum mensium: mouentur per tex. in Auth. ut facta noua cõfessiones. vbi indistincte dñ. quod cõfessio non ligat, nisi duo menses sint elapsi a tpe publicationis, nã isti duo menses incipiunt currere a tpe publicationis, & non ante, ut ibi dñ. & uult ista glo. & idem dicit gl. in d. c. hoc consultiissimo. in uerbo, hæctenus. Sed tu tene opin. quæ communiter tenetur. l. quod liget habentes notitiam ipsius cõfessionis, dato quod non sint elapsi duo menses, & tex. in d. Auth. facit pro ista parte, nam ideo requiritur publicatio, & lapsus duorum mensium ad hoc, ut deueniat in notitiam, sed ubi requiritur intimatio, seu certificatio ad habendum notitiam, seu scientiam, tunc sciens non debet certificari, & statim ligatur, ex quo scit, ut in l. 1. ff. de actio. emp. & in l. cum qui certus, de regu. iur. in vj. & istam theoreticam tradidit ubique Bart. in l. denunciaste. ff. de euct. & Doct. in c. si. j. de empt. & uendit. facit optime tex. in l. si. ff. de decr. ab ord. fac. ubi dicit, quod cõfessio municipij ligat sacerdotes, nec expectatur aliud tempus. Idem probatur hic, vbi non ponderatur lapsus duorum mensium, sed sola notitia, uel ignorantia cõfessionis. ad idem est optimus text. in c. 1. uerfic. nec sit necessarium. j. de postul. præla. vbi dñ. quod sufficit, quod quis nouerit constitutionem solēniter editam, seu promulgatam publice ad hoc, ut teneatur ad eius obseruantiam, nec requiritur aliud tempus. idem probatur 16. dist. quod dicitis. & no. bene tex. in d. c. 1. dum requirit, quod cõfessio sit solēniter edita, aut publice promulgata ad hoc, ut liget scientes: nam ex hoc inferitur, quod si constitutio esset facta secreta, non ligaret scientes, antequam esset publice promulgata, & hoc uoluit Bald. hic. dicit tamen, quod si Papa facit cõfessionem secreta in camera sua, non ligat illos, qui fuerunt præsentēs, & ponit exemplum, si quis ad mandatum Papæ dictauit cõfessionem, nam sicut eum, talis cõfessio non ligat dicentem, antequam sit publicata, alias claudicaret. In prius facit ibi, quod not. Bart. in l. §. leges. ff. de legibus. j. vbi post Guil. ponit q. de eo, qui sciebat, quod cõfessio, & commune ciuitatis debebat taxare corbem, seu mensuram frumenti, ita quod non posset vendi mensura, nisi decem, antequam hoc esset notum, uendit ibi magnam quantitatem pro ualde maiori precio, & non notificauerit illud, quod statutum est. Concludit Guil. de Cun. & Bar. quod uenditor tenetur emptori ad interessẽ, quia debuit eum certificare, ut in l. 1. ff. de actio. emp. Sed dicitur Bart. facit illud, quod no. 34 S. Tho. 2. 2. q. 77. art. 3. in si. j. vbi dicit, quod uenditor non tenetur reuelare emptori mercatores, qui supra uenturi sunt, pro quos res quæ uenditur, efficietur uilioris precij, licet si hoc exponeret emptori, uel de precio aliquid subtraheret pro superuenientiam mercatorum futuram esset abundantioris uirtutis, tamẽ ex debito iustitiæ ad hoc non tenetur, vnde vñ, quod sicut ex debito iustitiæ uenditor non tenetur certificare emptorẽ, quod multi mercatores sunt futuri, & apportaturi sint eadẽ res, pro quibus res uendita efficietur uilioris precij, ita non uidetur esse obligatus ad certificandum eum de statuto facto, ex quo nondum est publicatum, vnde pro hoc dictum Guil. & Bart. uidetur multum dubium, nisi dicatur, quod Sanc. Tho. loquatur, quando diminutio precij non erat certitudinaliter futura, quia posset contingere, quod mercatores uenirent, uel si uenirent, non portarent eadẽ res, optime facit Instit. de re. diu. §. illud. sed præsupposito dicto Guil. & Bar. pro uero dicendum est, quod cõfessio non ligat scientem, anteqũ sit publicata, Alex. de Neuo super j. Decret. B 3 nisi

Alex. de Neuo in primum Decretal.

nisi fraudem committant, etia ratione fraudis debet puniri. l. frans. ff. de legib. & q. 7. pleriq. ue.

Non limitatio est, quando constitutio prohibet factum a iure damnatum. & istam limitationem tenuit glo. j. hic in si. quæ dicit, quod si constitutio respiciat ius naturale, trahit ad præterita, & hoc in terminis tenuit glo. in cap. auditis, el primo, de sent. excomm. vbi glo. tener, quod constitutio puniens factum a iure damnatum ligat ignorantes, & hoc tenuit Cy. & Bart. in l. j. C. de summa Trin. & fide cath. pro quo facit lex vulgaris. §. si quis. ff. de furtis. vbi patet, quod non attenditur ignorantia illius, qui attentat factum damnatum, nam ibi putabat se furari massam æris, quæ erat argentea, & tamen punitur pro massa argentea. sed Ioan. And. in cap. 2. de const. in vj. tenet contrarium, per illum text. & tenuit ibi in verbo, ignorantes. But. primo dicit, posse dici, quod opin. Ioan. And. procedit in pœnis spiritualibus, arg. eorum quæ not. in cap. si vero, de sent. excomm. & in l. si ignorans. & ibi glo. ff. loca. opin. autem Barto. quam tenent communiter Legistæ procedit in aliis pœnis. & istud tenuit Bart. in l. ditius. ff. de fidei. & ista distinctio placet Ioan. de Imo. quia tex. in dicto cap. 2. se fundat in probabili ignorantia, & non in qualitate pœnæ. Ratio autem legis est illa, quæ regulam dicitur. l. cum mulier. ff. sol. ma. trim. l. adigeret. §. quamuis. ff. de iure patron. & infra de appell. cum cessante. Sed ista reprobatio Ioan. de Imo. non est bona, quia tex. in dicto cap. 1. se fundat in ratione, vt obuietur periculis animarum. & sic videtur ille tex. posse restringi, quædo agitur de pœna spirituali, sed circa hoc non insisto, sed remitto ad not. in dicta l. cunctos populos, & in dicto cap. 2. eo. tit. in vj. & ad ea quæ dixi in dicto cap. a nobis, ad additio. quas feci ad Dom. Abba. nam ibi hoc examinatum in addit. magna. præsupposita tamen opi. Ioan. And. pro vera ipsam intellige, nisi tãtam moram traxisset in loco, quod verisimiliter posset informari de conditione statuti: nam tunc esset in supina ignorantia, & sic non excusaretur, ut dicto cap. 2. Idem si esset in loco propinquiori, & assidue ibi conuersaretur, quia quilibet præsumitur scire mores eorum, cum quibus conuersatur, uel qui bus est uicinus. l. postquam, de elect. in vj. & de præsumptio. quosdam. & cap. quanto. & idem secundum Bar. si factum est verisimiliter damnatum in loco propinquo, sicut est portare bladum ad aliud territorium, uel portare arma: nam in Italia communiter consueuerunt fieri statuta prohibitiua, & ideo credens hoc non esse prohibitum, est in supina ignorantia. idem dicit Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de conslit. & sequuntur hic But. & Io. de Imo. qui dicunt, quod secundum prædicta debet intelligi glo. 9. dist. quæ contra mores. quæ dicit, quod statuta loci non ligant peregrinos: nam hoc est uerum, nisi ibi moram traheret: nam tunc ligarentur statuto, uel consuetudine loci, ut in cap. ille. 12. dist. & ex his sum expeditus de secundo, scilicet quando incipiunt ligare constitutiones.

37 Venio modo ad tertium, ¶ an sit necessarium, quod constitutio publicetur in qualibet prouincia. & licet ista glo. uideatur uelle, quod sic, tamen glo. tenuit contra in proce. clem. in verbo, de cætero. sed ista est veritas, quod aut loquimur in constitutione facta per Imperatorem, & tunc talis constitutio non ligat prouincias, in quibus non fuit publicata: sed illas, in quibus fuit publicata, ligat post duos menses, vt probatur in dicta Auth. vt factæ nouæ constitutiones. sed si loquimur in constitutione Papali sunt opin. sed Pau. in proce. clem. & But. hic dicunt esse de stylo Curie, quod postquam est facta publicatio in curia elapsis duobus mensibus, constitutio ligat omnes, quia uerisimiliter potest transire notitia ad alios ex eo, quod in curia consueuerunt esse homines communiter de omnibus partibus mundi, & hoc dicunt esse uerum, nisi quis esset in loco tantum remotis, quod ad eum non potuisset peruenire notitia: puta quia fuisset apud Saracenos, uel apud alios infideles, tamen de iure uideretur dicendum secundum But. & Ioan. de Imo. quod etiam de iure canonico debet habere locum d. Auth. vt fac. nouæ constitutiones. l. ut publicatio fieret in qualibet prouincia, ex quo de iure canonico non reperit expressè contrarium, iuxta ea quæ habentur in cap. j. de noui oper. nunciat. si tamen subest consuetudo, & stylus Curie, quod sufficeret publicatio facta in Curia seruanda est talis consuetudo, vt infra de consuet. cum dilectus. Dom. Abb. autem dicit, quod respectu prouinciæ, in qua fit publicatio, constitutio ligat post duos menses, sed respectu aliarum prouinciæ, dicit tamē tempus fore arbitrarium, quia durum esset extēdere illam Auth. ad constitutionem Papæ, cum habeat tangere omnes prouincias, & difficile esset in qualibet prouincia eā publicare quasi totius mundi, & sic dicit limitandum esse dictum Ioan. And. Et ex his sum expeditus de tertio.

38 Venio ad quartum, videlicet, ¶ an post duos menses elapsos, uel post tempus arbitrarium elapsum audiatur allegans ignorantiam. & glo. ista dicit, quod sic, & dicit, quod poterit probari

ignorantia, si probat se fuisse extra prouinciam.

Sed aduerte, quia glo. non procedit in constitutionibus Papalibus, tenendo illud, quod dixi, quod post publicationem factam in Curia ligat omnes etiam existentes extra prouincias, uel etiam infra tempus arbitrarium: non enim sufficeret probare se fuisse extra prouinciam, ex quo constitutio ligabat etiam existentes extra prouinciam: posset ergo procedere in constitutionibus Imperialibus, quæ non ligant nisi prouincias, in quibus facta est publicatio, ut in dicta Auth. ut nouæ constitutiones. & supra dixi. Item procedit in constitutionibus inferiorum. Dicunt tamen Doctor. quod dum dicit glo. quod debet probari absentia a prouincia, hoc esse intelligendum, quando constitutio concernit prouinciam, sed si tangit diocesim, sufficit probare absentiam a dioc. & hoc modo loquitur tex. in cap. fin. qui matrim. accus. poss. allega. in glo. & si constitutio respicit ciuitatem, uel castrum, sufficit probare absentiam a ciuitate, uel castro. facit quod habetur in cap. humilis, de maio. & obed. vnde glo. in dicto cap. proposuisti. 82. dist. dicit solum, quod sufficit probare absentiam loci. Item in quantum glo. dicit, quod sufficit probare se alias impeditum, ita quod eius etas ad hoc sufficere non ualebat. & de hoc loquitur tex. in dicto cap. fin. qui matrim. accus. poss. unde pone exemplum, quod iste qui allegat ignorantiam constitutionis uult probare se tempore publicationis fuisse infantem, uel furiosum: sed hoc debet intelligi secundum But. & Ioan. de Imo. nisi post sanam mentem, uel habilem etatem superuenientem tanto tempore steterit in loco, quod potuerit uerisimiliter informari de constitutione, per ea quæ habentur. s. dist. contra mores.

39 ¶ Et ex prædictis potest inferri practica probandi ignorantia banni: nam satis probatur ignorantia banni, si probetur, quod ipse bannitus erat extra prouinciam tempore banni, vt dicto cap. fin. qui matrim. accus. poss. facit l. fin. ff. de decre. ab ord. facien. & uide not. dictum Archid. 16. distinct. quod dicitur. vbi dicit, quod nisi bannum mittatur per ciuitatem, allegans ignorantiam banni excusatur. Nec obstat secundum eum illud, quod habetur in Auth. in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet. vbi patet, quod sufficit quædam esse citatum uoce præconia: nam illud debet intelligi, quando nuncius iuit præconizando per totam ciuitatem, alias excusaretur reus, si diceret se ignorasse uocem præconis. & sic uult dicere Archid. quod allegans ignorantiam banni excusatur, quia bannum non asstringit, nisi mittatur per totam ciuitatem, & cum hoc dicto transit Dom. Doman ultimis uerbis suis, & But. hic.

Sed Ioan. de Imo. dicit, quod sufficeret bannum esse publicatum in principalibus partibus ciuitatis. idem dicit hic Domin. Abb. in si. per capit. 1. infra de postulat. prælat. ubi patet, quod satis est, quod constitutio publicetur in locis eminentioribus, nec est necesse ipsam inculcari auribus singulorum, vnde dicit, quod sufficit bannum esse publicatum in eminentioribus locis ciuitatis ad hoc, ut non possit præcedi eius ignorantia, & dicit hoc dictum sic limitatum tenendum menti. vnde dicit, quod si bannum non est publicum in eminentioribus locis ciuitatis non præsumitur eius scientia haberi etiam in ciuitate, ita quod omnis allegans ignorantiam auditur, etiam si semper mansit in ciuitate, aut est publicatum in eminentioribus locis ciuitatis, & tunc non auditur allegans ignorantiam, nisi probet se fuisse extra ciuitatem, uel per alium modum legitimum probet ignorantiam, ut infra dicitur, & tene menti glo. singularem in cap. quod clericis, de foro competen. quæ dicit, ¶ quod ponere bannum est signum iurisdictionis, vnde si dico, quod talis terra est mihi subdita, sufficit, quod probem, quod in ea fuerit præconizatum bannum nomine meo, quam glo. tene menti.

Nunquid autem per alium modum posset probari ignorantia, quam per absentiam a loco, uel impedimento ætatis, uel furoris. & glo. not. posuit alium modum probandi. dicit enim, ¶ quod probatur ignorantia constitutionis per iuramentum, ut dicit glo. in cap. proposuisti. 82. distinct. & 12. quæstio. 2. qui & humanis. facit cap. nulli, de electio. in 6. & capit. si uero, de senten. excommu. ¶ quia ignorantia, & scientia consistunt in mente hominis, nec possunt probari nisi per iuramentum, ut glo. in §. alie. Instit. de actionib. & in l. si cui. §. iisdem casibus. ff. de accusat. & pro hoc multum facit glo. not. in clemen. præfenti, in uerbo, non acceptandi, de centi. quæ dicit, quod si petens pedagium a clerico, asserit res, quæ deseruntur esse portatas causa negotiationis ipso clerico hoc negante, quod non debet adiri iudex super hoc, sed est committendum iuro ipsius clerici suorum nunciorum, nisi qualitas personarum dissuadeat, uel nisi de contrario fides habeatur in promptu, & hoc tenet Hostiæ. in ca. nobis, de sent. excomm. ubi dicit, quod ignorantia probatur per iuramentum, quia est de conscientia eius, arg. de homic. c. si gnasti. & subdit, ¶ si vniversitas uellet probare ignorantiam, quod

- quod prohibet per maiorem partem vniuersitatis. sed Inno. hic sentit contrarium. dicit enim, quod non admittitur alie; gans ignorantiam constitutionis, nisi dilucide illam probet. & per istud verbum dom. Card. dicit, quod non sufficit unus testis cum iuramento, & allegat glo. singularem in c. tam literis, in glo. 2. de testi. & quae dicit, quod quando agitur civiliter de crimine non admittitur vnus testis cum iuramento. Sed tu adde glo. meliorem in l. fin. ff. quod metus cau. & in l. cum de indebito.
- 44 in verbo, legitimis. ff. de probat. quae dicunt, quod vbi requiritur liquida, vel legitima probatio non defertur iuramentum in supplementum probationis, & adde aliam glo. in cap. at si clerici. in verbo, legitima, de iudic. quae dicit, quod ubi requiritur legitima probatio requiruntur testes omni exceptione maiores. Sed Do. Abb. dicit, quod hoc esset verum, si aliquis. text. uteretur uerbis requirentibus dilucidam probationem; sed nullus tex. hoc requirit secundum eum. & per hoc dicit, quod opin. Innoc. non probatur iure, allegat tamen tex. in cap. i. de postulat. praelat. vbi non facile auditur allegans ignorantiam constitutionis solenniter publicatam. ad idem. 16. di. stiuc. quod dicitis. vbi lex dicit, quod non facile credendum alleganti ignorantiam constitutionis solenniter publicatae. & de qua habebatur publica notitia. But. autem dicit, quod si probaretur absentia, vel aliud impedimentum legitimum non esset peccatum ab eo exigere iuramentum, quia licet fuerit absens, tamen potuit habuisse notitiam constitutionis per literas sibi transmissas, vnde licet absentia inducat praesumptionem instantiae, non tamen est omnino necessaria, & sic potest ab ea exigi iuramentum, & opi. Bart. sequitur Io. de Imo. hic, in antepen. col. Dom. etiam Abb. hic prope si. dicit, quod dictum But. vbi esse satis probabile, tamen ipse dicit esse arbitrarium attenda quantitate praedicti, & qualitate fori, in quo praetenditur ignorantia, allegat tex. cum glo. in c. j. de elect. & in c. si de iure iur. sed opin. But. & dom. Card. & Io. de Imo. quam et sequitur Pau. in proe. cle. & Inno. hic. si quod non sufficiat solum iuramentum, quod nam vbi est praesumptio contra allegantem ignorantiam, non statuitur iuramento, maxime in hoc casu, quae elapsis duobus mensibus, vel tempore arbitrario praesumitur scientia, sed praesumptio iuris non tollitur per iuramentum, licet glo. voluerit contrarium, & male, in c. fin. qui mar. accus. poss. in verbo, iuramento. quam Io. And. & communiter Doct.
- 47 ibi reprobat dicentes, quod contra positionem iuris non statuitur iuramento. praesumptio enim iuris de probatio liquida, ut dicit glo. in l. si tutor, C. de peric. tut. & est bo. tex. cum glo. in l. sicut certi, C. de testi. milit. & in l. licet Imperator. ff. de leg. j. vbi dicit, quod indicia, & coniectura reddunt probationem liquidam. & hoc modo poteris saluare verba Inno. dum dicit, quod hic requiritur probatio dilucida, & adde Bal. in l. si. C. de secun. nup. vbi dicit, quod quando requiritur probatio liquida, vel lucida, non defertur iuramentum, nisi concurrat probabilis causa ignorantia: puta quia fuit incarceratus, vel absens. ad hoc etiam vide glo. no. in c. vidua. j. de regula. in glo. si. quae dicit, quod ibi ius non admittit iuramentum per vehementem praesumptionem, quae est voluntatem iurare, tamen si adiuuant aliae praesumptiones, statuitur iuramento. Non obstat c. innotuit, iuncta glo. de elect. quia licet eligentes teneantur inquirere de conditione electi, tamen ista non est vehemens praesumptio, quod sciuerit eius qualitatem, ideo admittitur probatio per iuramentum, ut dicit ibi glo. & probatur in c. nulli, de elect. in vj. secus siurgeret uehemens praesumptio sententiae: puta si communiter habitus fuisset pro illegitimo: quia tunc non tolleretur praesumptio per iuramentum, ut dicit ibi Pau. & Doct. vnde stat conclusio, quod aut praesumptio non est uehemens sed leuis, & tunc talis praesumptio tollitur per iuramentum, tamen relinquitur arbitrio iudicis, an debeat deferri iuramentum attenda qualitate personae, & quantitate causae. & hoc modo intelligatur glo. in clem. praesenti, in verbo, non negotiandi, de censu. & in clem. j. in verbo, commode, de poenis. & pro hoc optime facit tex. iuncta glo. in c. praesentium, in verbo, iuramento, de testi. Aut praesumptio est uehemens, & tunc non sufficit solum iuramentum, nisi alia praesumptio concurrat. Et ex his sum expeditus de his, quae concernunt glo. Sed Doct. hic examinant, maxime But. Io. de Imo. & Do. Abb. quod an ignorantia iuris excuset a poena constitutionis, vel statuti. & in hoc distinguunt dicentes, quod quaedam sunt delicta, quae requirunt dolum, vel consto ipsa dolum requirunt, uel tacite, exemplum in c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. iuncto c. si vero, de sent. excom. nam dicitur in d. c. si quis suadente, quod inferens manus uolentas suadente diabolo, incurrit sententiam excommunicationis, modo si percussit clericum, credens ipsum laicum non incurrit sententiam excommunicationis. Ratio est, quia d. c. si quis suadente requirit dolum, cum puniat uolentiam factam in personam. vnde dicit, quod requiritur, quod fiat percussio suadente diabolo, si consto, vel statutum requirit dolum, uel quia hoc exprimitur in ipsa constone, uel statuto: ut puta, si dicitur, si quis dolo fecerit, uel ta-
- 50 cite, ut ga' dicat, quicumque commiserit furtum, uel homicidium, vel falsum commiserit, & sic delicta puniat, quia delicta non committunt sine dolo, vnde dicit not. Sal. in l. pen. C. de test. quod si te statuto, quod homicida puniat, debet intelligi de dolo, non autem casuali, quia statutum debet glossari secundum ius commune. & hoc est satis de mente Bar. in l. j. ff. de ll. & in l. quod Nerba. ff. de depo. & in l. j. non autem. ff. si quis testa. liber esse iuss. ff. de & But. & Io. de Imo. & Do. Abb. dum dicunt, quod si statutum puniat ea, quae sunt delicta in se, intelligit tempore requirere dolum, ex quo talia delicta non committuntur sine dolo. Item ubi statutum puniat factum, quod principaliter infertur in personam, intelligit dolum requirere, ut dicit Bar. in l. i. §. non autem. ff. si quis testam. liber esse iuss. ff. de quod sequitur But. hic, & Io. de Imo. & Dom. Abb.
- 51 Ex quo infertur, quod si statutum puniat expellente aliquem de domo, uel de possessione, quod non sufficiat lata culpa, quia ex quo puniat uolentiam, quae fit in personam, vnde dolum requirere, & hoc tenent menti per auctoritatem istorum qui sequuntur opin. Bart. idem tenent Pau. de Cast. in l. quicumque, in 3. uel 4. col. C. de seruis fugit.
- 52 Item si statutum imponit poenam corporalem, seu poenam afflictiuam personae, vnde dolum requirere, ut dicit glo. no. quam sequuntur Doct. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur.
- 53 Extra istos casus. scilicet quando lex, uel statutum non requirit dolum, nec tacite, nec expresse, lata culpa equiparatur dolo, & ideo si statutum puniat aliquem attentantem aliquid circa rem pub. si quis turbauerit possessionem alicuius lata culpa equiparatur dolo, ut uoluit Bart. in d. §. is autem. & in l. iuste. ff. de acq. poss. vnde Bart. in l. si mulier. §. r. ff. rer. amot. dicit, quod si statutum disponit, quod amouens rem alterius, puniatur in centum lata culpa equiparatur dolo, quia non intelligitur requirere dolum, ex quo puniat factum commissum circa rem: dicit tamen But. hic, quod si imponitur poena pecuniaria, etiam si statutum, uel lex expresse requireret dolum, lata culpa equiparatur dolo. Sed hoc reprobat Io. de Imo. & Dom. Abb. quia non est verum, ex quo enim lex requirit dolum, non sufficit lata culpa, etiam si agatur de poena pecuniaria, & hoc probatur in l. 2. §. hac actione his demum. ff. ui. bono. rap. & in l. j. in prin. iuncto §. si quis ideo. ff. ne uis fiat ei. & est bo. glo. in l. magna negligentia. ff. de verb. sign. & Instit. ui. bon. rapt. §. sed quia. & pro hoc concludit, quod ubi lex, uel statutum requirit dolum tacite, uel expresse, non uenit lata culpa. Dic tamen, quod licet non puniatur ratione doli, debet tamen puniri ratione culpe, ut not. dicit Bar. in l. fin. ff. de adulter. quod tene menti per petuo. facit quod not. hic But. dum dicit, quod vbi statutum puniat factum iam damnatum, licet ignorans statutum non puniatur poena statuti ratione doli, puniatur tamen ratione culpe, ex quo dabit operam rei illicitae. Vtrum autem ratione culpe quis possit puniri criminaliter. Cyn. in l. si quis non dicam rapere, C. de episc. & cler. & in l. data opera, C. qui accus. non poss. dixit, quod ratione culpe latae quis potest puniri criminaliter, sed non ratione leuis, vel leuissime. & istud dictum sequitur Bal. in c. i. de pace iura. firm. §. iniuria. in j. col. sui commenti. Sed Bart. in l. fin. ff. de priua. delic. & in laut. facta. §. de linquunt. per illum tex. ff. de poen. dicit, quod etiam puniatur criminaliter, licet puniatur mitius. idem probatur in l. absentem. §. fin. eod. tit. & istam opin. sequitur But. & etiam Io. de Imo. Sed Dom. Abb. dicit se non videre bonam rationem ad l. qui edes. ff. de incen. rui. nauis. vbi dicit, quod si quis ex negligentia deliquit, quod debet damnum refarcire, & si minus est idoneus, debet leuius castigari. sed Dom. Abb. pro concordia dicit, quod aut pro leui, seu leuissima culpa potest imponi poena pecuniaria, ut quia est idoneus ad soluendum poenam pecuniariam, & tunc procedit dictum Cyn. quia leuis, vel leuissima culpa est leuiter punienda, ut in c. cum dilecti, de accus. & dicit, quod proprie est casus illius legis, qui edes. Aut non potest puniri civiliter, vel quia non est soluendo, vel quia non dedit damnum alicui, sed alias venit contra legem, & tunc procedit opinio contraria, vnde puniatur criminaliter per modo culpe, ne delictum remaneat impunitum, & hoc modo procedit l. respiciendum. §. delinquant, de poen. & l. absentem. §. fin. eod. tit. & vide de hoc Bal. in l. i. ff. de ll. & in d. l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler. & in l. data opera, C. qui accus. non poss. vbi latius distinguit, & dicit, quod pro leuissima culpa quis non potest puniri criminaliter, licet posset probari. sed opin. Bart. communiter tenetur. pro qua facit tex. in d. l. respiciendum. §. delinquant. vbi tex. vult, quod puniatur delictum etiam casu commissum, dummodo praecedat culpa, & loquitur indistincte, vnde dicit sufficere qualicumque culpa. Tangit etiam hic But. quod an vbi dolum requiritur, lata, vel latior culpa comparatur dolo, & nunquid ignorantia iuris sit lata, vel latissima culpa. & quid si ius est dubium, ut quia de eo sunt opinio. an eius ignorantia cadat in latam, leuem, vel leuissimam culpam, Alex. de Neuo super j. Decret. B 4 vide

Alex. de Neuo in primum Decretal.

vide hic per eum, quia late examinat, de quo etiam late per Bart. in l. quod Nerua. ff. de positi. & in d. l. in actionibus. ff. de in litem iuran. & per Doct. in cap. 1. de commo. vbi per Ioan. de Imo. & But. & per Dom. Abb. in cap. 2. de de pos. Sed duo notanda, quæ dicit hic But. non puto omittenda.

- 56 Primum est, quod ignorantia iuris positiui certi, & limitati, vt quia de eo est casus legis, includit in se latissimam culpam. de hoc allegat tex. cum glo. in cap. 2. iuncta glo. in verbo, supina. eod. tit. in vj. & istud dictum tene perpetuo menti, quia per ipsum potest saluari opin. glo. in clem. 1. in verbo, scienter. de consanguin. & affin. nam illa clem. requirit scientiam, & dolum, & tamen glo. illa dicit, quod ignorans ius, seu ignorantia iuris non excusata poena illius clem. nam vbi ius est clarum, & limitatum, lata culpa habet in se dolum præsumptum, & per consequens puniretur, sicut si dolo fecisset contra constitutionem, quod tene perpetuo menti pro limitatione eorum, quæ superius dixi: nam vbi dixi supra, quod lata culpa non equiparatur dolo, debet intelligi, quando talis lata culpa non inducit præsumptionem doli, ut quia datur, seu allegetur ignorantia iuris clari, & limitati: nam tunc talis debet puniri tanquam dolius, maxime quia potuit conuile re peritiores. quia scientia, quæ est in viris peritis, videtur inesse uiris uulgaribus, quia possunt, & debent consilire peritiores. & dicit Butr. quod ita debet intelligi glo. 1. quæstio. 4.
- 57 §. notandum. dum dicit, quod qui possunt scire per se, uel per alios non excusantur: nam debet intelligi per alios, scilicet iuris peritos, quod dictum tenementi. dicit etiam Butr.
- 58 quod in mulieribus, & rusticis præsumitur ignorantia iuris, nisi probetur scientia, ut not. in l. sciendum. ff. de verbor. obligat. & in l. si adulterium. cum incestu. ff. de adult. de quo vide bo. glo. in d. §. notandum. Dicit tamen Butr. quod licet in mulieribus, & rusticis præsumatur ignorantia, non tamen excusantur nisi in casibus a iure expressis, ut in l. fin. C. de iur. & facti ignor. & de hoc vide Bald. & Moder. in l. iuris ignorantia.
- 59 C. qui admitti. & tene menti vnum dictum singulare, quod etiam si lex, uel statutum non requirat dolum in minoribus uiginti quinque anni, lata culpa non equiparatur dolo, ita dicit singulariter Iac. de Are. in l. fin. ff. de precario. & sequitur Pan. de Cast. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. quod tene perpetuo menti, & pro hoc videtur tex. in l. 1. & 2. C. si aduersus delict. & de materia tangit etiam Bal. in d. l. in actionibus. & in l. 2. C. de probat. & in l. 2. C. de noxa. & Salu. in l. 1. C. de po. & hæc sufficiant in isto articulo.

60 Item Petr. & Ioan. And. ponunt hic quæstionem de eo, qui coeperit extrahere bladum de ciuitate, volens portare extra territorium, & deinde casu superueniente desistit, & post modum factum fuit statutum imponens poenam extrahenti bladum extra ciuitatem.

Queritur, an si iste postea extrahat bladum extra territorium, incurrat poenam statuti. & Ioan. And. dicit, quod non, ex quo semel coeperat extrahere ante statutum, argumen. huius tex. ubi patet, quod constitutio non ligat præterita: videtur enim istud factum quodammodo præteritum, ex quo coeperit semel extrahere. facit optime l. Cæsar. ff. de public. & capit. proposuisti, de foro competen. & cap. gratum, de offic. deleg. & istud dictum sequitur Butr. & dom. Pet. de Anchar. qui adducit simile. Testator fecit testamentum coram tribus testibus, secundum dispositionem statuti, si ante mortem testatis superuenit nouum statutum disponens, quod non possit fieri testamentum, nisi sint præsentis quinque testes, & postea testator mortuus est non mutato testamento, an testamentum valeat. & tenet quod sic, per l. iubemus, C. de testam. coniuucto cap. cum Marthæ, de celebr. miss. nam efficacia actus pendens, & incepti nondum consummati assumit vires a veteri constitutione, & non a noua, quod dicit esse notandum. facit quod not. glo. in d. capit. licet canon, de elect. in 6. in verbo, de cætero. & in clem. diuendiosam, in glo. fin. de iudic.

Sed Ioan. de Imo. dicit, quod Petr. & Ioan. Andr. debent intelligi, quando fuit impeditus casu fortuito, vt in dicta l. Cæsar. secus si desisteret sponte, quia ex quo statutum imponit poenam extrahenti, comprehendit illum qui extrahit, ex quo nondum portauit extra territorium. per illud, quod not. glo. in clem. vt hi qui. in verbo, in posterum. de eta. & qualit. & in clem. j. in glo. 2. de testam. & recitat aliquos dicere, quod ita demum euadit poenam, si portauerit extra territorium: sed casu fortuito reductus est in territorium forte, quia portauerit frumentum per nauim, & tempestate fluminis reductus est in territorium, & ita intelligunt dicta l. Cæsar. ff. de public. dicit tamen, quod Doct. videntur similiter transire cum dicto Petr. & Ioan. Andr. scilicet ut indistincte excusetur ille, qui primo coepit exportare. & dicit, quod hoc potest procedere, si ille qui coepit exportare, damnum pateretur si non extrahit: nam tunc videtur, quod tractus sequens habet necessariam con-

sequentiam ad principium, & ideo tunc impune potest perficere tractum, & sic perficere, & extrahere per id, quod not. gl. in dicta clem. 1. de testam. facit quod habetur in l. cum adum. ff. de neg. gest. & in l. 3. §. si quis cum minore. ff. de minor. Bal. verò hic in si. simpliciter sequitur dictum Ioan. And. quia principium debet inspicere cum fuerit iustum. ff. de adulter. l. quod ait. §. finali. dicit tamen, quod si voluit extrahere, & non potuit, vt quia portæ ciuitatis fuerunt clausæ, & deinde fuit factum statutum, quod frumentum non possit extrahi extra territorium, tunc non poterit extrahere, quia quod initiatum non est, non potest confirmari. ff. de condic. ob cau. l. si pecuniam. & ff. de edil. edic. l. quis sit fugitiuus. nam ille dicitur extrahere secundum eum, qui saltem pedem extra portam posuit, licet nondum perfecit cursum, ad quem tendebat, allegat no. per glo. in l. arboribus. ff. de usufr. vbi glof. dicit, Lupus exit syluas, & tamen nondum exiuit, & remittit ad not. per se in l. leges. C. de ill. sed uide etiam, quod dicit in l. si fugitiui. C. de seruis fugit. & limitationem Bal. puto esse uerissimam, scilicet quod si fuit impeditus exportare extra ciuitatem, & deinde superuenit statutum, quod amplius non posset extrahere sine poena, ex quo nondum coepit extrahere, antequam superuenit statutum.

- Item Bal. in ult. mis uerbis suis per istum tex. dum dicit, quod poena non potest præuenire culpam arguit: & ex hoc, quod
- 61 si aliquis est bannitus cum sua generatione, intelligitur de natis tempore banni, non autem de nascituris, quia nascituri non sunt in culpa. Sed intellige Bal. quando non solum ipse qui fuit bannitus, sed etiam eius generatio deliquit, secus si solum ille qui fuit bannitus deliquit, quia tunc etiam nascituri comprehenderentur, ut in c. ubicumque. & in c. foelicis. §. quod
- 62 si quis, de poen. in vj. quod si filius saepe punitur pro delicto patris, vt in l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. & in iuribus præ alleg. facit quod notat glo. in cap. 2. in 3. glof. de filiis presby. libro 6. præsumitur enim filius esse talis, qualis fuit pater, ut dicit glof. in dicta l. quisquis. & in l. quod si noster. §. si mancipium. ff. de edilitio edicto. vnde Bart. in tractatu de Guelphis, & Gibellinis, in quarta quæstione dicit, quod quilibet præsumitur talis qualis est sua patria, quia est de præceptis iuris gentium, vt patri, & patriæ pareamus. & pro hoc est opt. tex. 24. dist. 3. cap. quando. & Bald. in l. omnes populi, in decima colum. ff. de iustit. & iu. vbi tenuit, quod damnato patre cum filiis, comprehenduntur filij nascituri, & hæc sufficiant in isto capit. Sequitur cap. translato.

S V M M A R I V M.

- 1 Connexorum quod de vno statuitur, ad aliud extenditur.
- 2 Casus figuratio.
- 3 Lex recipit interpretationem extensiuam ex similitudine rationis, seu connexitate negotij etiam in equiparatis, ac etiam in poenalibus distinguitur.
- 4 Constitutio poenalis ad casus non expressos eundem, vel maiorem rationem habentibus extenditur.
- 5 Titulo legis abolito, vigor suæ legis aboletur.
- 6 Longobarda lex an allegari possit.
- 7 Gesta per tyrannum funditus sunt nulla.
- 8 Ciuitas, vel castrum translatum ad aliam ciuitatem, vel castrum eius bictum statuta prima, an remaneant.
- 9 Sacerdotio translato in dubio, censetur facta translatio cum omnibus suis iuribus.
- 10 Legis condenda potestas, hodie & olim fuit penes sacerdotes.
- 11 Imperatoris potestas ante Christum recepta a populo, abusua fuit, & ab ecclesia confirmanda.
- 12 Cause omnes in primitiua ecclesia, deferebantur ad ecclesiam.
- 13 Ordo, & alia sacramenta non sunt apud Iudeos, & alois non baptizatos.
- 14 Iudeus, uel aliquis non baptizatus, si ordinaretur characterem non reciperet.
- 15 Baptizabatur olim in nomine Christi, quæ forma nunc non valet, hodie vero in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.
- 16 Connexum vt quid dicatur, quid opus est.
- 17 Capitula, vel negocia connexa, quæ dicantur.
- 18 Connexorum idem est iudicium, quemadmodum de principali, & accessorio, seu augmento dicitur.
- 19 Annexum licet aliquid sit, non tamen est illud idem.
- 20 Quod de vno dicitur, de alio negatur, regula non procedit in connexis.
- 21 Extrema duo separata ab inuicem conueniuntur ex aliquo accidenti, dispositum in vno, extenditur ad reliquum, vbi tres illationes.
- 22 Dotis datio si in instrumento comprehenditur, non fit executio in tacita stipulatione.
- 23 Legi illud dicitur, quod corporeo actu legitur.
- 24 Legere verbum, actionem visualem, proprie importat, vbi infertur ad statuta.

- 25 Testis si dicat, scio quia legi, debet intelligi q̄ legerit oculis corporeis.
 26 Statuto disponente, quod Statuta seruentur ad literam, non fit extensio.
 27 Euangelium non in verborum folijs, sed in sensu consistit.
 28 Scriptum proprie non dicitur quod non potest corporeis oculis legi.
 29 Sententia non redditur nulla, si intellectualiter est reducibilis ad errorem iuris. & num. 32.
 30 Libellus si contineat debitorem omnia bona sua alienasse, licet non dicatur in fraudem, tamen presumptiue sequitur.
 31 Sensus intellectualis & magis mens, quam verba in legibus & canonibus attenduntur etiam in penalibus.
 32 Sacerdotium à Christo in Petrum ex postfacto, à principio verò de Aaron in Christum translatum fuit.
 33 Testes duo deponentes possessionem traditam Titio, & alij Martino, per diuersitatem temporis successiui saluantur.
 34 Potestas qualiter soli Petro, & qualiter omnibus Apostolis à Christo data fuerit.
 35 Papa deponere omnes Episcopos non potest, immo nec vnum sine causa.
 36 Verbum sponso, quomodo proprie capiatur.
 37 Argumentum a simili, quando non cesset data vna dissimilitudine.
 38 Similitudo quid. & 42.
 39 Allegans dissimile, probare tenetur.
 40 Simile an aliquid sit si dubitatur, in iure vel in facto consistit.
 41 Argumentum a simili, vtrum semper procedat.
 42 Differens soluere legatum ecclesie factum quousque ad iudicium vocetur, an & quando duplum soluere teneatur.
 43 Dispositio penalis, quando extendatur ad casum similem.
 44 Statutum vel consuetudo an extendi possit ex identitate rationis ad alios casus, vbi ponitur regula cum quatuor limitationibus.
 45 Lex si non reperitur scripta, an debeat recurri ad simile legis communis vel statuti, seu consuetudinis.
 46 Populus Romanus vel Senatus, an possit hodie facere leges vel constitutiones.
 47 Inferiores à Papa constitutiones generales facere non possunt, nec ceterus Cardinalium sede vacante.
 48 Cardinales nec dispensare nec suspendere possunt Concilij constitutiones.
 49 Sede Papali vacante, an ad collegium Cardinalium appellari possit.
 50 Cardinalium collegium vacante sede potest facere aliquem Cardinalem, & an deponere Episcopum. nu. 53.

CAP. III.

- 1 **T**ranslato. † Quod de vno connexorum statuitur ad aliud extenditur. h. d. vel secundum alium intellectum sic: Potestas legē condendi, & ipsam immutandi, hodie est penes Vicarium Christi. h. d. Diuiditur in duas partes. In prima ponuntur verba Apostoli: in secunda ponuntur verba Augustini exponentis ea. secunda ibi, quia crimen. & in isto cap. figuratur casus varijs modis: nam vno modo figurat eū But. & alio modo Io. de Imo. sed D. Abb. hic figurat casum, cuius figuracionem ego sequor, quia magis conuenit titulo. † Quæsitum fuit a Gregorio auctore istius constitutionis, an cōstitutio seu lex debeat intelligi in proprijs terminis tantum, an debeat extendi ad alios casus? & Papa respondet, q̄ debet extendi ad connexa, ad quod probandū inducit auctoritatem Apostoli, qui ex translatione sacerdotij inferit per consequentiam ad translationem legis, quod declarat Augustinus: quia sacerdotium & lex erant connexa: primò, quia simul data fuerant: secundò, quia ab eodem fuerat data: tertio, quia iub eadem sponsione; & sic ex quo vtrunque est cōnexum. l. sacerdotium & lex, dispositum quod in vno dicitur, dispositum in alio intelligitur. vnde Papa vult inferre, q̄ idē dicendum est in interpretatione cuiusque legis vel constitutionis: nam quælibet lex vel constitutio debet extendi ad casum connexum.
 2 Primò no. ex tex. † q̄ lex recipit interpretationem extensiuam ex similitudine rationis, seu ex connexitate negotij. & dicit D. Abb. q̄ hoc procedit etiam si constitutio sit penalis, allegat bonum tex. in l. j. ff. ad Tertul. & bonam gl. in c. i. in gl. fi. j. de postul. prælat. & in c. si postquam, de elec. in 6. in glo. pen. sed illa glo. loquitur in æquiparatis: nam quando duo sunt æquiparata constitutio etiam penalis disponens in vno extenditur ad reliquum, vt dicit gl. illa multum not. Circa quod distinguit D. Dom. super ea. Itē no. verba D. Abb. quia vult, q̄ ex similitudine rationis debet extendi cōstitutio penalis, & hoc clarius tenuit in c. fin. j. de rescrip. & in c. quia plerique, de immun. eccl. pro quo facit optimè quod not. glo. notab. in c. ex eo quod, de elec. in 6. q̄ voluit q̄ licet lex vel cōstitutio strictè loquatur in dispositione, tamen extenditur ad omnia que possunt adaptari rationi in ea expressæ. sed D. Dom. intelligit quando lex non est exorbitans & correctiua, extenditur ad alios casus, qui possunt comprehendi sub ratione expressa, ad idem allego gl. in clem. 2. in verbo, lineum, de vita & hone. cler. quæ dicit, † q̄ constitutio penalis extenditur ad

- casus nō expressos, in quibus est eadem vel maior ratio, & idē voluit glo. in c. i. in verbo, Italia, de temp. ord. lib. 6. sed de hoc me non extendo, sed fortè exam. nabo in c. fi. j. de rescrip. & aliquid tangam in c. inter cæteras, in vlt. not. j. de rescrip.
 5 Secundò no. secundum Bal. † q̄ abolito titulo Regis, aboletur vigor & titulus suæ legis: nam abolito sacerdotio Iudæorum, abolita fuit per cōsequens ipsorum lex: Et ex hoc inferit, † q̄ lex Longobarda non potest allegari, in contrarium tamē facit tex. in c. Raynurius, j. de testam. vbi Papa allegauit l. Longobardam. sed tu dic, q̄ etiam potuit allegari, q̄ Papa non recognoscit superiorem: inferior autem non posset eam allegare, vt dixi in c. i. s. eo. & vide Bald. in auth. dos data. C. de dona. ante nupt. & l. si ante. C. de nupt. in quibus locis tenet, q̄ nec lex Longobarda nec eius ratio potest allegari, nisi iuuetur consuetudine loci. & in quantum Bald. hic dicit, q̄ abolito titulo Regis videntur abolitæ suæ leges, intellige ipsum in tyranno nullam habentē iurisdictionem, vt puta, quia est intrusus in regnum, † nam gesta per talem sunt funditus nulla, vt in l. decernimus, & ibi bona gl. C. de sacrosan. eccl. de qua Bart. facit magnum festum in tracta. de tyrannide. & hoc casu intellige Bal. alias non procederet, nam de esse legis est q̄ sit perpetua. 4. diffin. erit autem lex. & in cap. fin. de offi. legati.
 7 † Nunquid autem si ciuitas vel castrū est translatum ad aliā ciuitatem vel castrum ei subiectum est donatum Regi vel domino, remaneant prima statuta, que erāt in ciuitate vel castro, vel quæ alteri subijcitur vel donatur, vide Io. And. in rubr. de treuga & pa. in vlt. q. & Bart. in l. si conuenerit. §. nuda. ff. de pignor. act. & Bal. in l. cunctos populos, C. de sum. Trin. & in l. j. §. cohæredes, ff. ad leg. Falc. & in l. etiam. C. de iure dot. & in l. quicquid, C. de aduoc. diuer. iud. & quod not. Inno. in c. pastoralis, de priuileg. & quod not. gl. & Doct. in c. i. ne sede vac. & in c. recolentes, j. de statu mona. & 16. q. 1. & temporis qualitas. & quod not. Bart. in tracta. de insula, in quæst. quæ incipit, sed quæro an leges.
 9 † Tertio no. q̄ translato sacerdotio, in dubio censetur facta translatio cum omnib. suis iuribus: nam translato sacerdotio, intelligitur etiam translata lex, & alia iura, quæ erant apud Iudæos. Et ex isto tex. inferunt Doct. † q̄ potestas legis condendæ hodie & olim fuit penes sacerdotes: & sic videtur, q̄ iste rex. indistinctè loquatur, q̄ potestas legis condendæ originalis fuit penes sacerdotes, & non penes laicos, & sic laici nunquam habuerunt potestatem legis condendæ. † & licet Imperator ante Christum receperit potestatem a populo, vt in l. 2. ff. de orig. iur. & in §. sed quod Principi placuit, Inst. de iure natu. gen. & ciu. illa potestas fuit abusuata & de facto; & ideo fuit necessarium q̄ confirmaretur per ecclesiam quo ad exercitiū, vt not. in c. nouit, de iud. & Inno. in c. licet ex suscepto, de foro comp. facit c. relatum, r. i. q. 1. † vbi patet, q̄ omnes causę in primitiua ecclesia deferebantur ad ecclesiam, & ista sunt verba Butr. & Io. de Imo. hic. Item per istum tex. dicit hic Io. And. & alij post eum, † q̄ ordo & alia sacramenta non sunt apud Iudæos, nec apud alios non baptizatos. Ex quo inferunt, † q̄ si aliquis Iudæus vel aliquis non baptizatus ordinaretur ad aliquem ordinem, non reciperet aliquem characterem, facit c. i. & c. fin. de presb. non bapt. quamuis Iudæi tolerentur in suis solēnitatibus, vt in c. sicut. j. de Iudæ. & dicit Io. And. q̄ si Aaron hodie viueret, non posset conferre sacerdotium in illa forma secundum quam conferebat, nec per illa verba: quia non habent illam vim quam olim habebant, & quia sacerdotium hodie non est apud eos, sed apud Christianos: & idem dicunt aliqui de forma baptismi, que olim seruabatur: † quia olim baptizabantur in nomine Christi, hodie illa forma est mutata: quia baptismus debet fieri in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, vt in c. i. de baptis. vnde si hodie diceretur, baptizote in nomine Christi, non valeret baptismus, nec imprimereetur character aliquis, de quo dic vt in d. c. i. de baptis.
 12 Quartò no. † q̄ ad hoc vt aliqua dicantur connexa, non sufficit q̄ sint facta eodem tempore: nam iste tex. ponderat tria. l. q̄ lex & sacerdotium simul fuerint data. Itē quod ab eodem. Item q̄ sub eadem sponsione. Ex quo inferitur, q̄ ad inferendū aliqua esse cōnexa, non sufficit q̄ sint facta eodem tempore, nisi alia concurrant. sed tu vide Bart. in l. Aurelius. §. itē quæsit. ff. de lib. lega. † vbi dicit illa capitula esse connexa quando duo concurrunt. l. q̄ interueniant eodem tempore, vel incontinenti vnum post aliud, & quando vnum capitulū dependet ab alio, nec sunt æquæ principalia. dicuntur ergo ista capitula vel negotia esse connexa quando vnum dependet ab alio, & eodem tempore interueniunt. dicuntur etiā negotia esse cōnexa quando vnum negotium est præiudiciale alteri, ita q̄ nō potest vnum determinari sine alio, facit c. i. & c. tuam, de ord. cogn. & l. j. C. de ordi. iudi. & l. nulli, cum ibi no. C. de iudi.
 17 Quintò no. tex. in fi. † quod de vno dicitur, necesse est vt de altero intelligatur: quia de connexis idē est iudicium, & quotidie

Alex. de Neuo in primum Decretal.

ridie ad hoc iste tex. allegatur. facit l. si ita. §. regula. ff. de liber. & posth. & dicit Bal. hic idem esse dicendum de principali & accessorio, quod idem est iudicium. l. sed & addes. §. si cōsimilem rē. ff. loca. & idem dicit de principali & augmento. l. inter sōcerū. §. cum inter. ff. de pac. dot. adde tamen Bal. in c. cum omnes. j. eo. vbi dicit, quod licet aliquid sit annexum, non tamē est illud idem, sicut cēmiterium est annexum ecclesie, non tamē est ecclesia; & claustrum annexum domui, non est domus, & pertinentia ciuitatis non sunt ciuitas, nec membrum est integrale, sed coherentiale, vt in c. si ciuitas, de sent. excomm. lib. 6. dicit tamen quod illud quod est annexum, non debet diuidi ab eo cui est annexum, vt in l. quæ religioſis, ff. de rei vend.

19

Vltimò no. secundā But. limitationem ad illam regulā, que dicit, quod de vno dicitur de alio negatur; de qua in c. nonne; de præsumpt. & in l. cum prætor. ff. de iudic. & in l. maritus. C. de procurat. nam illa regula non procedit in connexis: quia illud quod dicitur de vno cōnexorum, intelligitur dictum de alio.

20

21

Ex quo infert vnam regulam in materia extensionis, dicens quod vbi duo extrema abinuicem separata connectuntur ex aliquo accidenti dispositum in vno, extenditur ad reliquum; datū quod de ipso non fiat mentio. dicit tamen quod non propterea illud quod est connexum dicitur expressum, sed solum intellectualitē tū.

Ex quo infertur, quod si statutum disponat quod positioni respondeatur verbis expressis, & in positione aliquid expressè ponatur, & aduersarius respondeat illi quod sequitur ex positione ipsa: nam videtur expressè respondisse. s. intellectualiter tantum. Ex hoc etiam infert, quod si in sententia exprimitur, ex qua sequatur necessario aliqua conclusio consecutiua contrarius, non est sententia nulla: quia non est lata expressè contra ius, sed solum consecutiue: nam ius requirit, quod sententia expressè feratur contra dispositionem iuris: non autem quod comprehendatur intellectualiter ex eis quæ sequuntur necessario, & ita notabiliter dicit Inno. in c. P. & G. de off. deleg. quod dictum etiam sequitur D. Abb. s. in proce. Grego. Ex hoc infert etiam Butr. quod si statutum disponat, quod instrumentum guarentigiatum habeat executionem paratam in his quæ in eo sunt expressa vel in eo contenta, si aliquid continet, ex quo aliquid necessario sequatur non habebit executionem paratam. exemplum continetur factum in instrumento, vt quia alter ex contrahētibus promittit fabricare domum, vel scribere librum: nam eo exiſtēte in mora, succedit obligatio ad interesse. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iud. & in l. stipulationes non diuiduntur, ver. Celus. ff. de verbo. oblig. vnde si agit ad interesse ratione talis instrumenti, non habebit executionem paratam: quia interesse non comprehenditur in instrumento, sed venit consecutiue propter moram promissoris. † dicit etiam quod si in instrumento comprehenditur datio dotis, non potest fieri executio in tacita stipulatione. allegat tex. & Bart. in l. j. §. legi autem. ff. de his quæ in testam. delen. vbi Bar. format quæſtionem, vir fuit confessus se recepisse dotem, & de ea fecit quietationē vxori, soluto matrimonio vxor petebat executionem instrumenti contra virum vigore tacite stipulationis de restituenda dote, quæ a iure præsumitur, vt in l. j. C. de rei vxor. act. & Bar. ibi dicit, quod illa lex facit contra mulierem petentem executionem instrumenti; quia tacita stipulatio non potest legi, nec est scripta in instrumento, sed intelligitur auctoritate legis, & Ioā. de Imo. hic recitat verba Butr. & cum ipso transit. Sed Bart. in d. l. j. non firmat pedes. nam dicit, quod in contrarium facit l. si duo. §. Marcellus. ff. de iure iur. & ad illam respondet: nam in d. §. dicitur quod si vir iurat se dedisse dotem vxori ex tali iuramento soluto matrimonio datur ex equitate mulieri utilis actio ad dotem repetendam, adde Butr. s. in proce. Grego. in 12. col. ver. no. gl. quæ accumulatur hæc verba, lectis & intellectis. vbi dicit, quod aliquid potest legi ad corticem absque intellectu mentali, sicut legit ille qui non intelligit, & quod potest legi etiam oculis corporis & mentis, sicut legit ille qui intelligit. Item potest legi solo oculo mentis absque oculo corporis, sicut legit ille qui percipit media ex præcedentibus & sequentibus propter proportionem literarum. Item dicit, quod si ex literis aliqua cōſequentia inferuntur quæ non sunt scripta, quod illa mente leguntur; & ideo si testis deponat de tenore instrumenti, debet deponere de his quæ posunt legi oculo corporis in ipso instrumento. In rescriptis autem dicit, quod illud dicitur legi quod corporeo actu legitur, & allegat Inno. in d. c. P. & G. de off. deleg. vbi dicit, quod sententia non est nulla, si intellectualiter sit reducibilis ad errorē iuris, ex quo ibi non exprimitur nec testis debet deponere de tenore instrumenti, si dicat se legisse, & adiciat causam concludentē ipsum intellectualiter legisse: quia habet deponere per verba facti, & non per verba iuris, vt in c. cum causam, j. de testib. dicit etiam quod si instrumentum guarentigiatum debet habere paratam executionem in his quæ sunt scripta in instrumento non merebitur executionem in his quæ intellectualiter comprehenduntur vel veniunt in consequentiam. Idem in effectu

videtur sentire D. Abb. in præall. proce. in 5. sēu 6. col. vbi in effectu dicit, quod verbum legere, importat propriē actionē visualem & non intellectualem, allegat c. perlectis, 26. dist. vnde dicitur, quod illud quod venit ex mente, non dicitur propriē legi, & allegat Inno. in præall. c. P. & G. de off. deleg. Et ex hoc infert ad statuta punientia legentes instrumenta reprobata, vel libellos famosos: quia non comprehendunt nisi legentes visu liter, non autem legentes mentaliter: dicit tamen ponderandam esse causam statuti. dicit etiā quod si testis diceret, scio quia legi, deberet intelligi quod legerit oculis corporis, & quod etiam intellexerit oculis mentis: quia dictū testis debet intelligi multum pinguius: nam si testis diceret, scio quia præsens fui, subintelligitur quod etiam intellexerit, quia non sufficeret presentia sine intelligentia, vt dicit Io. And. in c. 2. de testib. in 6. & Bar. in l. j. §. 1. ff. de aucto. tuto. & Ang. in Auth. de tabel. in prin. pro hoc facit quod not. Bal. in l. cum quidam. C. de inst. & substi. vbi dicit, quod notarius non videtur rogatus de tacita substitutione, hoc est dicere, quod licet in substitutione vulgari comprehendatur tacita pupillaris vel econuerso, tamen notarius non videtur de ista tacita substitutione rogatus, nec poterit scribere in instrumento, quod testator fecit tacitam substitutionem, sed solum debet scribere illa quæ testator mandat sibi expressè, non autem quæ tacite comprehendit ex tacita mente defuncti, & idem dicit Bal. in c. 1. §. eo. & in l. precibus. C. de impu. & alijs subst. idem Bal. in l. 2. C. de pat. qui filios dist. dicit, quod si statutum disponit, quod statuta seruentur ad literam, tunc non poterit fieri extensio, quia litera est quæ oculis videtur, non quæ solo intellectu percipitur; vt in l. j. §. j. ff. de his quæ in testam. delen. & idem Bal. in d. l. probationes, la. j. C. de probat. sentit prius, vbi dicit, quod si statuto caueatur, quod infirmum dōtis mittatur executioni, mandabitur executioni instrumentum in eo, in quo continetur tacita stipulatio: quia præsumpta ex instrumento reputatur eius tenor. l. iuris gentium. §. quod fere. ff. de pact. & dicit ita se in facto contuluisse, & fuit primū consiliū. & idem dicit Bal. in d. §. quod fere. & in l. j. in princ. & §. vt plenius, C. de rei vxor. act. & in d. l. j. §. j. ff. de his quæ in testam. delen. vbi dicit, quod ita practicatur, ad idem quod not. Bal. in l. j. C. de fideiuss. vbi dicit, quod præſumptio legis, cū de in re verbo. ff. de vitur. venit appellatione probationis instrumentalis. istam opin. vñ etiam tenuisse Ange. in d. l. j. §. j. vbi dicit, quod illud quod virtualiter continetur in instrumento, censetur scriptū in eo, vt in l. asse. toto. ff. de hære. inst. & in l. si ita scripsero. ff. de cōdi. & demonst. idem tenet Ioan. de Imo. & allegat quod habetur in l. omnes, §. Lucius, ff. de his quæ in frau. cre. facit c. Marchio. 1. quæst. 1. † vbi dicitur, quod non in verborum solijs, sed in sensu consistit Euangelium, facit l. cum auus, ff. de condit. & demon. & l. 3. C. de inoff. testam. vbi plus attenditur voluntas testantis, quam scriptura: verba enim debent seruire intētionī, & non intentio verbis. c. intelligentia. & in c. præterea, de verbo. sign. Tu tamen aduerte, quod quia non dicitur propriē esse scriptum illud quod non potest legi oculis corporis, licet comprehendatur oculis mentis, vel per intellectum legentis, pro hoc est tex. rotundus, qui non recipit responſionem in d. l. j. §. legi. ff. de his quæ in test. delen. vbi dicitur, quod dicitur legi si oculis perspicitur quæ scripta sunt, & quod si extrinsecus intelligantur non videbuntur legi posse, & pro ista parte multum stringit dictum Inno. in d. c. P. & G. dum vult, quod sententia non redatur nulla, sed intellectualiter est reducibilis ad errorē iuris, vt quia continetur aliquid, ex quo necessario sequitur error iuris, quia ille error non continetur in scriptura sententiæ, licet intellectu percipiatur, & istud dictum Innoc. communiter sequuntur Doct. ipsum etiam sequitur Butr. & D. Abb. in rubr. proce. Grego. & Butr. & Io. de Imo. hic. & Butr. in c. ab excommunicato, de rescrip. & in c. cum contingat. & in c. clericus, de iure iur. & in c. cum inter. de re iud. non obstant iura in contrarium allegata: quia non dicunt, quod illud quod comprehenditur intellectu, intelligatur scriptum: sed dicunt, quod intelligitur plus dictum & minus scriptum, vt patet in d. l. cum auus. ibi, minus scriptū, quā adiectum fuerat, & illa est iuris præſumptio, que intellectu percipitur, & eodem modo respōdetur ad l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in frau. cred. nam ibi dicit, quod si in libello continetur quod debitor alienauit omnia bona sua, vel maiorem partem bonorum suorum, etiam si non dicatur quod alienauit in fraudem, tamen ex ipso libello hoc sequitur, quia ius ita præſumit, & sufficit quod libellus concludat præſumptiue, tamē illa præſumptio non continetur in scriptura libelli, licet intellectualiter propter iuris præſumptionem comprehendatur, & sic potest responderi ad alia iura facientia in contrarium: quia licet sensus potius quam verba sit attendendus, tamen sensus comprehenditur intellectuē, & non oculis corporis, & pro ista opin. optimē facit tex. in l. si duo. §. Marcellus, ff. de iure iur. licet Bart. in d. l. j. §. j. ff. de his quæ in testam. delen. in contrarium allegauerit. sed tu dic quod facit pro ista opin. nam ibi dicitur, quod si

- maritus iuravit dotem sibi solutam, datur uxori contra ipsum utilis actio ex æquitate: nam si stipulatio de reddenda dote esset expressa, daretur directa actio ex generali dispositione iuris communis, sed quia non fuit interposita stipulatio, datur
- 31 utilis actio ex æquitate. unde in isto articulo sic dicerem, et quod aut nos loquimur an sensus intellectualis debeat recipi in legibus vel canonibus, & in hoc clarum est quod sic: quia potius debet attendi mens quam verba, ut in d. c. intelligentia. & in c. propterea, de verb. sign. Immo etiam in materia poenali recurrendum est ad mentem legis: quia licet quis non faciat contra verba legis, si tamen facit contra mentem legis, incidit in poenam, ut in c. si postquam, §. j. de elec. in 6. ubi est bonus text. cum gl. hoc fallit quando lex vel canon requireret aliquid esse verbis expressum, vel in scriptis redactum: quia tunc non sufficeret sensus intellectualis, nisi scriptura vel verbis sit expressum, & hoc modo loquitur l. j. §. j. ff. de his quæ in testa. delen.
- 32 Hinc est, quod sententia debet continere expressum errorem ad hoc ut reddatur nulla, neque sufficit quod error comprehendatur intellectualiter, nisi etiam in scriptura scientie error contineatur, pro quo facit quod not. Bald. in d. l. cum quidam, C. de impube. & alijs subdit. ubi dicit, quod illud est tacitum, quod magis intellectu percipitur, quam locutione exprimitur, ut ff. de sol. l. ratum. & ff. de condi. & demon. l. in his. & hoc modo intelligit Butr. Io. de Imo. hic, & D. Abb. in rub. proce. Greg. in statutis autem si sunt talia quæ possunt recipere extensionem de similibus ad similia, vel extendi ex mente vel trahi ad casum fictum, tunc dicemus quod idem esset dicendum, sicut supra dixi in iure communi, & hoc modo procedunt dicta per Bald. ubi supra, & per Bal. & Ang. & Io. de Imo. in d. l. j. ff. de his quæ in testa. delen. & iura supra in contrarium allegata. ubi autem exorbitant a iure communi, vel essent poenalia vel requirerent aliquid expressè contineri verbis vel scriptura, vel esset statutum disponens quod statuta debent seruari ad litteram, vel quod non possent glossari: sed sola verba prout iacent inspici, & tunc non posset fieri extensio ad ea quæ oculis non comprehenduntur, ut voluit Bald. in d. l. 2. C. de pat. qui fil. distra. unde Bald. in c. j. in 7. col. s. eo. verlan & quando statutum &c. dicit quod si statutum loquens de executione testamentorum est præter ordinem iuris communis, non habet locum in tacita seu præsumpta substitutione vulgari vel pupillar: quia tacita substitutio non est propria testamentum, sed suppletio testamenti.
- Ex quo etiam inferit, quod si statutum disponit quod testamentum non insinuat non valeat, tacita substitutio non erit insinuanda, & abique insinuatione valebit, & per istam viam reducuntur omnia ad concordiam, & tene menti, quia nullibi inuenies hunc articulum ita declaratum, quem tene menti.
- 33 In glo. 2. ubi dum dicit, quod sacerdotium fuit translatum à Christo in Petrum, dicit Io. And. & Doc. quod hoc est verum ex post facto, sed a principio fuit translatum de Aaron, qui fuit de tribu Leui, in Christum qui fuit de tribu Iuda, & dicit Butr. hoc esse notandum pro concordia testium: quod nam si duo testes deponunt, quod possessio fuit tradita Titio, & alij testes, quod fuit tradita Martino, poterunt iudicari per diuersitatem temporis successivam, argum. c. cum tu. de testib. cum ibi not. & per Bart. in l. 2. §. j. ff. si cer. peta. & in l. in iular. ff. sol. matr. & idem dicunt hic Io. de Imo. & D. Abb. vide quod ambo not. j. de elec. tunc causam.
- 35 Item dum glossa dicit, quod potestas fuit data Petro per Christum per illa verba, Paice oues meas, dicit clarius quod Christus ante mortem promisit Petro potestatem per illa verba, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni celorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in celis. Matth. 18. cap. post mortem vero & resurrectionem expressè contulit omnibus Apostolis hanc potestatem per illa verba, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa iunt eis, & quorum retinueritis retenta erunt eis, Ioan. 20. cap. Ad ostendendum vero quod tradebat Petro potestatem tanquam capiti, dixit, Si diligis me, pasce oues meas. Ioan. 1. & j. de elec. significasti, in prin. In Ascensione vero potestatem promissam & datam, dando executionem, seu eius exercitium confirmavit, dum dixit, Ite prædicate euangelium omni creaturæ, Matth. ult. cap. In festo vero Pentecostes, quod prius tradiderat, per emissionem sancti Spiritus confirmavit.
- Et ex his inferit D. Abb. quod potestas non fuit data soli Petro, sed omnibus Apostolis representantibus totam Ecclesiam: ita quod hæc potestas est penes totam Ecclesiam vniuersalem, licet debeat explicari per Papam tanquam per caput, & alij explicant secundum ordinationem Papæ tanquam membra, ad hoc est bon. text. 21. dist. in nouo. & 24. q. 3. manet. & de poenit. & remiss. noua. & de summa Trinit. & fide cath. cap. 1. §. vna.
- 36 Et ex his inferit D. Abb. quod si Papa vellet deponere omnes Episcopos, non posset, cum representent omnes Apostolos, 21. dist. in nouo. & 22. quæst. 1. videntes. & ad hoc D. Abb. alle-

gat glo. not. 9. q. 1. per principalem. quæ dicit, quod Papa non posset deponere omnes Episcopos, licet posset deponere unum Episcopum. sed tu dic. quod etiam unum Episcopum non posset deponere sine causa, de quo vide D. Abb. in c. fin. j. de confir. vti. vel inuti. & eundem in disputa. incip. Episcopos.

- In glo. in verbo, sponsonem, ex ista glo. colligit Io. de Imo.
- 37 quod verbum sponso, potest tunc pro promissione, licet stricto sumpto vocabulo dicatur ipso, solius offerentis promissio. l. 3. ff. de pollic. sed tu dic. quod nec iste text. nec gl. probat, quod sponso accipiatur pro promissione: nam Deus ipso pondit populo Israel terram fluentem lac & mel, si seruarét eius mandata, & sic fuit solius offerentis promissio.
- 38 In gl. fin. no. gl. quod de similibus ad similia idem est iudicium, dicit tamen Abb. anti. quod arg. a simili, cessat data vna dissimilitudine, ut dicit gl. in cap. nuptiarum. 27. q. 1. & 1. q. 1. c. sicut vrgeri. sed Io. de Imo. & D. Abb. dicunt, quod est verum quando datur dissimilitudo in eo ad quod fit comparatio: nam sufficit quod sit similitudo in eo ad quod fit comparatio, dato quod in alijs sit dissimilitudo: nam semper est aliqua dissimilitudo, cum nullo simile sit idem, ut no. glo. in l. quod Nerua. ff. de po. & hoc etiam voluit Io. And. in c. non potest, de præb. in 6. qui allegat illud dictum Boetij super Topica lib. 4. ubi dicit, quod similitudo est rerum singularum in se differentiū comparatio, unde nulla ratio requirit ut aliqua sint ex toto similia, sed satis est quod in eo de quo agitur detur similitudo, ut in c. cum dilecta, de confir. vti. vel inuti. & est bonus text. in c. quemadmodum, in prin. ubi dixi post D. Abb. de iureiu. Dicit etiam Host. & Ioan. And. in c. 2. de transl. præla. quod ille qui allegat aliquid esse dissimile, teneatur hoc probare: quia non est sufficiens allegare dissimilitudinem, nisi ostendatur ratio dissimilitudinis. & istud sequitur hic Io. de Imo. & etiam Butr. & D. Abb. & dicunt, quod eodem modo non sufficit allegare aliquid esse simile, nisi ille qui allegat hoc ostenderet, sufficit tamen quod ostendat coloratè, & de hoc habetur in Spec. qui ita dicit in tit. de allegationib. §. post hæc. ver. iuribus. & per Archid. 22. q. 2. si quis per vetus. Bal. autem dicit, quod si dubitatur an aliquid sit simile consistit in iure vel in facto. l. penul. ff. si quadr. pau. fecit. dica. & in l. illud. ff. ad leg. Aquil. dicit tamen quod si potest argui pro & contra, præsumitur simile, nisi probeatur dissimile, ut dicit hic Io. And. & Archi. in præall. c. si quis per vetus. 22. quæst. 2. & dicit, quod similitudo est paritas seu æqualitas rationis in diuersis terminis, ut in l. de quibus. ff. de legi. & in hoc videtur concordare cum dicto Io. And. in c. non potest. dum dicit, quod similitudo est rerum singularum in se differentium comparatio. quod Vtrum autem semper procedat arg. a simili, D. Abb. dicit quod sic, nisi casus similis habeat casum specialem in contrarium: quia non debet fieri correctio ex similitudine rationis, ut not. Bar. in auth. quas actiones, C. de sacrosan. eccl. ubi verò non reperitur casus expressus in contrarium, debet fieri extensio ex similitudine rationis, & sic intelligit l. non possunt. ff. de legib. sed tu adde aliam limitationem, nam ubi imponitur poena habito respectu ad priuilegium alicuius personæ, non debet fieri extensio ad similes personas, ut dicit gl. sing. in §. item mixta. In l. de act. in verbo, iudicio. quæ incipit, quid si in iudicium, ver. item quid si reipub.
- 44 nam in d. §. dicitur, quod differens soluere legatum vel fideicommissum factum ecclesie quouique ad iudicium vocetur, puniatur, quia teneatur soluere duplum. sed glo. ibi dicit, quod illa poena non habet locum in legato relicto fisco, vel reipub. vel in redemptione captiuorum, vel Deo vel alicui Sancto, quia poenæ sunt molliendæ: & sic illa gl. vult, quod ex quo illa poena imponitur existenti in mora ex priuilegio ecclesie, quod non extendatur ad legata facta reipub. vel fisco, vel in redemptione captiuorum, vel Deo vel alicui Sancto, licet tales habeant eadem priuilegia quæ habet ecclesia, & illam glo. pro multum singulari not. & sequitur Bald. in c. j. §. porro, quæ sit prima causa benef. amitt. idem dixit gl. in l. si. in verbo, aureos. ff. de in ius voca. & per illas gl. limita & declara hanc gl. in clem. 2. in verbo, lineu, de vita & hon. cler. quod dum vult, quod dispositio poenalis extendatur ad casum similem, de quo est eadem ratio vel maior, nec debet intelligi nisi poena imponatur ob priuilegium alicuius: quia tunc non extenditur ex idètate rationis ad personas habentes simile priuilegium, & sic limita glossa & Docto. in l. si id quod. ff. de iuris d. om. iud. qui volunt, quod in poenalibus procedatur de similibus ad similia, & istud tene perpetuo menti. dicit etiam quod regulariter iudex debet procedere in his quæ potest supplere de facto de similibus ad similia, ut not. ibi Bald.
- 46 quod Nunquid autem talis extensio de similibus ad similia, habeat locum in statutis vel consuetudinibus, hoc est an statutum municipale vel consuetudo possit extendi ex idètate rationis ad alios casus, & D. Abb. hic allegat Bart. in l. non dubium,

A D D I T I O.

quod Adde quæ not. D. Abb. in c. Abbate sancti, in verbo, fiat fides, de verb. sign.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

bium, C. de legib. & l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. vbi tenet qd sic, dummodo illi casus qui habent identitatem rationis non habeant legem expressè in contrarium. & sic dicit D. Abb. esse intelligendum illud quod habetur in c. in nostra, de iniur. Dicit tamen D. Abb. qd multi & male, tenuerunt qd statutum non debet extendi, quia est stricti iuris. sed D. Abb. qd illud procedit quando extensio fieret cū legis correctione, aliās secus. Tu autem hoc limita quatuor modis.

Primò, quando statutum lædit ius naturale, nam tunc non debet extendi de similib. ad similia, vt dixit Bal. in c. j. an agna. vel aff. & in l. 3. C. de iure dot. sed tu dic, qd tale statutum non valet, vt dixi in rubr. & in c. j. s. eo.

Secunda limitatio est, quando statutum non habet aliam rationem, nisi quia ita placuit conditori, nam tunc non extenditur de similibus ad similia, ita dicit Bald. in d. l. 3. C. de iure dot. ad idem quod dicit Bal. in l. j. C. quæ sit lon. confue. vbi dicit, qd quotiens statutum caret ratione non fit extensio de similibus ad similia.

Tertia limitatio est, quando lex vel statutum est omnino odiosum, quia tunc non fit extensio ad casum etiã omnino similem et si est odiosum, ita dicit Bald. in l. fi. C. de interd. mat. sed in c. j. s. porro, quæ fuit prima cau. amitt. benef. tenet contrarium per l. si quis seruo. C. de furt. vbi probatur, qd lex pœnalis extenditur ad casum omnino similem, & qd dispositio pœnalis extendatur ad casum omnino similem, est gl. in c. j. in verbo, Italia, de tempo. ord. in 6. & in d. clem. 2. in verbo, lineum. de vita & hon. cler. Vnde potest dici, qd aut constitutio est omnino odiosa, vt quia imponit maiorem pœnam, quàm æquitas naturalis dicit, vel eius odium non est rationale, puta, si vnus punitur pro delicto alterius, & tunc non est extendenda ex similitudine rationis: quia est contra regulam iuris communis, quòd quis puniatur pro delicto alterius, cum pena suos tenere debeat auctores, vt in c. quæsiuit, de his quæ s. a. ma. par. cap. C. de pœn. sancimus. Aut non est omnino odiosa, vt quia odium est rationale, & tunc extenditur de similib. ad similia, tamen de hoc an constitutio exorbitans vel pœnalis extendatur ex paritate rationis, est magna dubitatio, de qua fortè dicã in c. fi. de rescrip. vbi D. Abb. tangit.

Quarta limitatio est, quando statutum disponit, qd verba statutorum intelligantur ad literam, vel qd verba statutorum nō possint glossari, sed debent intelligi prout iacent: nã tunc non potest fieri extensio, quia litera est quæ oculis videtur, nō quæ solo intellectu percipitur. l. i. s. j. ff. de his quæ in testa. delen. & istam limitationem ponit Bald. in l. 2. C. de pat. qui fil. distra. & in l. commissorie. C. de pact. inter vendi. & supra ipsam tetigi, quam tene menti.

47 Quærit etiam D. Abb. † an si lex non reperitur scripta in casu occurrenti, debeat primo recurri ad simile legis vel ad simile statuti vel consuetudinis. & D. Abb. dicit, qd debet recurri ad simile legis communis, & hoc dicit probari in l. de quib. ff. de legib. & ibi dicit Bar. hoc tenere. sed aduerte ne ista verba D. Abb. te decipiant: quia si casus qui occurrit reperitur similib. casui deciso per statutum vel consuetudinem, tunc non est recurrendum ad ius commune, sed est decidendum per ipsam consuetudinem vel statutum. & hoc modo procedit, quod s. dixi post D. Abb. Aut casus non est similis, sed necesse est ipsum decidere per argumentum, & tunc recurrẽdum est ad argum. quæ possunt sumi ex iure cõmuni, ita intelligas D. Abb. & de hoc est tex. in d. l. de quibus. vbi tex. dicit, qd si consuetudo defecerit, recurrendum ad illud quod est proximũ & consequens ipsi consuetudini; & si non apparet, tunc recurrẽdum est ad ius commune, & sic illa l. vult, qd si casus occurrẽs est similis casui deciso per consuetudinem, consuetudo ad ipsum extenditur, sed si nō est similis, recurrit ad ius cõmune, & hoc vult etiam gl. j. ibi, & est de mente Bart. & pro hoc allego tex. cum glo. not. in c. j. de feu. cog. nam ibi tex. dicit, qd strenuus Iuris peritus potest vti lege scripta. i. iure cõmuni. vbi casus emer sit qui nō sit cõprehensus in consuetudine feudali. & glo. ibi in verbo, cõprehensus, dicit qd aut casus est decidẽdus per argumenta, & tunc non est recurrendum ad consuetudinem feudalem, sed ad ius commune. aut casus est similis casui deciso, & tunc decidẽdum est secundum consuetudine feudalem, & idẽ dicit ibi Bal. & D. Ia. de Alua. vbi vide, & hoc tene mēti.

48 † Extra glo. tangunt hic But. & Ioan. de Imo. † an Populus Rom. vel Senatus possit hodie facere leges vel cõstitutiones, & communis conclusio est qd non, de quo hic per eos. & per Bart. & Doct. in l. non ambigit. ff. de legib. & in l. fi. C. de legi.

49 Tangunt etiam, † an inferiores a Papa possint facere constitutiones generales. & determinauit qd non, adeo quod etiã cœtus Cardinalium sede vac. non possit facere constitutionẽ generalem, vt in clem. ne Romani. s. j. de elect. & Bald. in tracta. de scisma. quem posuit in rubr. C. si quis aliquem resta. prohi. dicit, † qd Cardinales nō possent dispensare nec suspẽdere con-

stitutiones concilij, vt d. clem. ne Romani. quia non habet talem iurisdictionem qualem habebat Papa, quam si haberet, possent perturbare vniuersalem ecclesiam. Bar. tamen in l. vbi abũnt. ff. de tut. & curat. da. ab his. dixit, † qd vacante sede Papali potest appellari ad Collegium Cardinalium; sed istud dictum est contra dictum in d. clem. ne Romani. per quẽ etiam reprobatur dictum Augu. 79. dist. nullus. vbi dixit, † qd Collegium Cardinalium vacante sede potest facere aliquem Cardinalem, & de hoc vide glo. in d. clem. ne Romani, in verbo, potestas. & per d. clem. etiam videtur reprobari glo. in d. c. nullus. quæ dicit, † qd Cardinales vacante sede possint deponere Episcopum, quia suppleant defectum mortui Papæ: nam hoc est de reseruat. Papæ & pertinentibus ad solam eius iurisdictionem, in quibus non succedit Collegium Cardinalium vacante sede, de quo tamen dic, vt notatur in d. clem. ne Romani. & in d. cap. licet. & ibi per Doct. s. de elec. & hæc sufficiant. Sequitur cap. nam concupiscentiam.

S V M M A R I V M.

- 1 Constitutio aliquid prohibens omnia quæ sequuntur ab illo prohibet.
- 2 Lex prohibitiua non restringitur ad casum expressum, sed extenditur ad quæ ex illo sequuntur.
- 3 Concupiscentiæ vitio omnia mala oriuntur.
- 4 Generalia duo sunt, vnum affirmatiuum, alterum negatiuum.
- 5 Genus vnde remouetur, & eius species.
- 6 Legis conditor vocabula eligere debet, ex quibus multorum sequitur decisio.
- 7 Concupiscentia quarum rerum dici possit.
- 8 Capitalia vitia sunt comexa.
- 9 Positio in parte falsa, tota negari potest. & in genere aliquando accipitur. num. 17.
- 10 Notitiam de aliquo habere quid sit.
- 11 Testes de fama deponentes quid ea sit & eius proprietates & effectus scire debent, aliis eorum dicta non valent.
- 12 Testis de notorio deponens, nesciens quid illud sit, non probat.
- 13 Testes de multis & possessione deponentes, si interrogati quid ea sint, respondant se nescire, non probant.
- 14 Testis ignorans effectum & proprietatem actus super quo deponit dictum non valet.
- 15 Verba vniuersalia aliquando recipiunt restrictionem.
- 16 Verbum presens aliquando pro preterito capitur, & futurũ pro presenti.
- 18 Item faciens contra canonem legem vel statutum, an peccet mortaliter, & num. 29.
- 19 Potentum blanditiæ sunt præcepta, iustumq; præceptum inducunt.
- 20 Præcipimus verbum, in materia consilij exponitur. i. monemus vel consulimus.
- 21 Mulier vel minor alienans contra prohibitionem iuris, an & quando peccet.
- 22 Peccatum nullum adeo veniale est, quin ex consuetudine mortale fiat, dum placet, & dum contemnitur.
- 23 Prohibitio omnis habet in se præceptum.
- 24 Legi prohibitiuæ renunciare quis non potest.
- 25 Constitutio si loquatur per verba, potest, debet necesse, oportet, mundo præcipio, decernimus, statuimus, quid importet.
- 26 Verba imperatiua quid importent, an sint præceptiua.
- 27 Verba, volumus & statuimus, in constitutione posita, an obligent ad mortale peccatum.
- 28 Lex vel constitutio, an præcepti vel consilij intelligatur esse.
- 30 Præcepta Dei semper ad peccatum mortale obligant, ecclesia verò non semper.
- 31 Consuetudo in monasterio longissimo tempore tolerata per superiorem in regulæ substantialibus, excusat a peccato.
- 32 Religiosus transgrediens regulam, an & quando peccet mortaliter.

C A P. I I I I.

- 1 **N**am concupiscentiam. † Constitutio aliquid prohibens, omnia prohibet, quæ sequuntur ex illo. h. d. vel sic, Omne prohibitũ a lege peccatũ est, & omne quod sequitur ex eo quod est prohibitũ. h. d.
- 2 No. primò secundum D. Abb. qd lex prohibitiua nō restringitur ad casum expressum, sed extenditur ad omnia quæ sequuntur ex illo, & sic lex recipit interpretationem extẽsuam, facit l. oratio. ff. de spon. cum sim. & quod no. hic gl. quæ incipit, ar. quod. vbi gl. allegat bona iura.
- 3 † Secundo no. † quòd ex vitio concupiscentiæ omnia mala oriuntur, & dicunt Doct. etiam D. Abb. qd si capitur concupiscentia pro appetitu inordinato, casus est clarus, facit s. in prog. vers. sed & effrenata. & dic, † qd sunt duo generalia, vnum præceptiuum seu affirmatiuum, aliud negatiuum: nam generale præceptũ affirmatiuũ est, Diliges, & generalis prohibitio est, Non

Non concupisces. ita dicit Augustinus in lib. de perfectione humanae iustitiae, & refert S. Thom. 2. secundae, q. 23. art. 4. Item in lib. 83. questionum, idem Augustinus inquit, Verendum charitatis est cupiditas; perfectio autem charitatis nulla cupiditas. & istud dictum refert S. Thom. 2. secundae, q. 184. artic. 1. Item Gregorius in homilia S. Andreae, Bone voluntatis sacrificium nunquam plene perficitur, nisi mundi huius cupiditas perfecte deleatur: nam quicquid concupiscimus, proximis iniuriamus: videtur enim quod nobis desit quod alter assequitur, quae tene menti.

5 Tertiò no. ¶ q. a quocunque remouetur genus, ab eodem qualibet species eius: nam remota concupiscentia, remouentur omnia mala quae descendunt ex ipsa concupiscentia, ad idem l. legato. S. item interest. ff. de leg. 3.

6 Ultimo no. secundum Butr. ¶ q. conditor legis debet eligere vocabula, ex quibus multorum sequatur decisio. & ex hoc infert, quod Doctor leges debet tradere theoricas, ex quibus possint multa decidi.

In gl. j. & 2. dic. q. hec verba Apostoli habent ad Rom. cap. 7. In glo. 4. hec glo. videtur velle, ¶ q. iste tex. non intelligatur de concupiscentia carnis: quia Apostolus cognoscebat ipsum esse peccatum. dic. etiam quod non loquitur de concupiscentia auaritia, quia Paulus reputat ipsam esse grauissimum peccatum, vt patet in 1. epist. ad Timotheum, 6. cap. vbi dicit, Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide, & interierunt se doloribus multis. ibi. n. appellat cupiditatem auaritiam, vt patet ibi ex praecedentibus, dum dicit, Nihil enim intulimus in hunc mundum, nec inde aliquid portabimus. adde etiam tex. 23. dist. cap. his igitur. vbi tex. dicit, q. clerici debent fugere amorem pecuniae, quasi materia multorum criminum, & 77. dist. bonorum. vbi dicitur, q. bonorum auctori inhaerere aliter non valemus, nisi cupiditatem a nobis, quae radix est omnium malorum, abscondamus: ille tamen tex. potest intelligi de cupiditate in genere scripta. alibi etiam dicitur de ebrietate, quae est comes omnium malorum, 35. dist. ante omnia. & alibi dicitur, q. ignorantia est mater omnium errorum, 38. dist. ignorantia. Gregorius autem in 3. moralium, dicit q. superbia est regina omnium vitiorum. vnde Ecclesiast. 10. cap. Odibilis coram Deo & hominibus. est superbia: ¶ & ideo dic. q. omnia vitia capitalia sunt connexa, & quod ab vno vitio capitali homo trahitur ad omnia mala facienda. vnde vide Magistrum sententiarum in 2. lib. dist. 37. c. & licet. vbi concludit, q. omne peccatum mortale est causa alterius peccati, & inter caetera allegat Gregor. in moralibus. vbi ait, Peccatum quod per penitentiam non diluitur suo pondere mox ad aliud trahit; & hoc modo concordatur istae auctoritates, quae videntur contrariae. aliqui tamen dicunt, q. Apostolus sciebat concupiscentiam esse peccatum, sed non tam graue, & hoc etiam dicit glof. 2. hic: & ideo dicit se ignorasse concupiscentiam esse peccatum, quia ignorabat eius proprietatem & effectum, facit quod habetur 22. quaest. 4. innocens.

Et ex hoc infertur, q. ratione partis incognitae dicitur quis ignorare totum. ex isto duo inferunt Butr. & Ioan. de Imo.

9 Primò, ¶ q. si positio est in parte falsa, potest tota negari, circa quod me non extendo, quia non est nostra materia, sed remitto me ad not. per Bart. in l. j. §. si stipulanti. ff. de verb. oblig. & per Butr. in c. dilecti, in 4. col. de maio. & obed. & in c. 1. de plus peti. vbi etiam per D. Abb. & per D. Domi. in c. 2. in antepen. & penult. col. de confess. in 6.

10 Secundò infertur, ¶ q. quis dicitur habere notitiam de aliquo quando habet notitiam subiecti, & cuiuscunque effectus &

11 proprietatis, ¶ & dicitur hoc esse notandum contra testes, quia si deponunt de fama debet scire proprietates fame & eius effectus; & ideo si testis deponens de fama, interrogatus quid sit fama, respondeat se nescire, non valet eius dictum, de quo per Inno. in c. cum oporteat. & c. qualiter & quando, de accusa. & per Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quest. & idem dixit Bal. in l. j. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi dicit, q. si testis deponens de fama interrogetur quid sit fama, & dicat se nescire, non

12 probat, ¶ idem in teste deponente de notorio, vt dicit Spec. in tit. de notorio crimine, §. fin. vers. & si testes producentes. vbi dicit, q. si testis deponens de notorio, nescit quid sit notorium,

13 ¶ non valet eius dictum, idem dicit Bar. in teste deponente de mutuo, in l. j. ff. si cert. per. nam si interrogatur quid sit mutuum, & dicat se nescire, non probat. idem in teste deponente de possessione; nam si interrogatus quid sit possessio, dicit se nescire, non valet, & hoc tenet Io. de Imo. in l. stipulatio. §. hoc quoq. ff. de verb. oblig.

14 ¶ Et ex his potest sumi regula generalis, q. si testis ignorat effectum & proprietatem actus, super quo deponit, q. non valet eius dictum, & hoc tene menti.

15 In glo. fin. no. glo. ¶ q. verba vniuersalia aliquando recipiunt restrictionem: nam hic glo. exponit istud verbum, omnia ma-

la. i. quodlibet genus mali potest oriri ex concupiscentia. Item no. ex gl. ¶ q. verbum praesens aliquando accipitur pro praeterito, de quo etiam est tex. similis cum glo. in l. nulli. C. de epis. & cler. Interdum autem contingit, q. futurum accipitur pro praesenti, vt de penit. distin. 2. c. 3. in verbo, pater. sed tu dic non recitando verba gl. ¶ q. hic verbum concupiscentia, accipitur in genere; quia omne malum & omne peccatum oritur ab ea, & ab ipsa descendunt omnia peccata mortalia. Item homicidium oritur ex concupiscentia, & similiter periurium, quicquid dicat gl. nam homicidium committitur ex concupiscentia vindictae, & periurium ex concupiscentia aliquid consequendi vel vitandi, quoniam descendit a concupiscentia. i. ab appetitu inordinato, qui regnat in membris nostris.

18 Extra gl. Butr. hic, & Io. de Imo. & D. Abb. examināt, ¶ an faciens contra canonem vel legem vel statutum peccet mortaliter, quem articulum Ioan. Calde. & Collec. ponunt in cap. j. §. eo. & Io. And. in c. relatum, j. ne cler. vel mo. Archid. 27. q. 1. c. 1. & 76. dist. cap. vti nam. & S. Thom. 2. secundae, q. 186. art. 9. facias tres casus principales. Primus est, quando materia super qua constitutio loquitur, est praecipiti. Secundus casus est, quando constat, q. materia est consilij. Tertius, quando dubitatur.

In primo casu dic. q. per quacunque verba loquatur lex seu constitutio, importat praecipiti, & contraueniens peccat mortaliter, etiam si verba per quae loquitur constitutio sint verba consilij vel exhortatiua, puta, rogamus vel hortamur. 1. r. q. 1. c. rogo. & in c. j. in verbo, exhortamur, de testam. hinc dicitur, q. exhortationes seu rogamina maiorum sunt nobis praecipiti. vnde dixit singularis glo. in l. j. C. si rector prouin. ¶ q. blanditiarum potentum sunt praecipiti, & inducunt iustum praecipiti, facit c. cum inter. R. seniore, de elec. dicit tamen hic Butr. q. quando verba sunt consilij seu exhortatiua, non inducunt nouum laqueum, sed sufficit laqueus antiquus, & sic intelligit Archid. 16. q. 1. reuertimini. & no. bene istud verbum, q. licet materia sit praecipiti, tamen si canon vel constitutio vtur verbo consilij vel exhortationis, non intelligitur inducere nouum ligamen, sed solum inniti materiae ex qua inducitur ligamen, peccabit ergo mortaliter non ex eo, quia facit contra verba constitutionis, sed ex eo quod materia de se ligat ad peccatum mortale.

20 Secundus casus est, quando materia est consilij, ¶ & hoc casu per quacunque verba loquatur constitutio, non ligabit ad peccatum mortale, & verbum praecipiti, debet exponi in nomine vel consilij, de quo est bonus tex. cum glo. in c. dilectissimi. in verbo, praecipimus, 12. q. 1. & 28. q. 1. c. non solum. & 28. q. 2. si quis ingenuus. iuncta gl. & 3. r. q. 1. hac ratione. facit tex. cum glo. in l. cum pater. §. mando. ff. de leg. 2. & est bonus tex. in clem. exini de Paradiso, vers. item quia praeterea, de verbo. sign. vbi est melior tex. qui reperitur in iure, declaras quae verba sunt consilij, & quae praecipiti. & ex hoc Butr. reprehendit theoricam Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. dum dicit, ¶ q. minor vel mulier alienans contra prohibitionem iuris, peccat mortaliter, nam hoc non est verum: quia talia iura sunt fundata principaliter super utilitate mulieris vel minoris, qui prohibentur alienare, vt in d. l. cum pater. §. mando. ff. de leg. 2. idem dicit Butr. in c. cum contingat, vbi dixi, de iureiur. istud tamen recipit duas limitationes, secundum D. Abb.

Prima est, quando quis faceret contra legem consilij ex contemptu: nam tunc licet, & materia & ipsa lex seu constitutio esset consilij, contraueniens ex contemptu peccaret mortaliter, pro hoc est bona glof. 10. dist. in. quis autem leges. & 20. dist. in. de libellis. in gl. fi.

Secundò limitat D. Abb. quando assumeret in consuetudinem: ¶ quia nullum est peccatum veniale, quod non fiat mortale ex consuetudine. 25. dist. §. criminis. & not. Arch. secundum eum 77. dist. vti nam. sed aduertit, quia ille §. criminis, non dicit q. consuetudo facit peccatum veniale transire in mortale: sed dicit, q. nullum est peccatum adeo veniale quod non fiat mortale, dum placet. vnde glo. ibi requirit consuetudinem & contemptum in committendo peccatum veniale: non ergo sufficeret sola consuetudo, nisi contemptus adsit in committendo peccatum veniale, & de hoc vide S. Thom. in loco praell. f. 2. secundae, q. 186. art. 9. in fi. vbi dicit, q. tunc dicitur quis trans-

gredi ex contemptu, ¶ quando renuit subijci ordinationi legis vel statuti vel regulae, & ex hoc procedit ad faciendum contra legem vel statutum vel regulam: secus si propter aliquam particularem causam, puta, si induceretur propter concupiscentiam, vel

ADDITIONES:

a ¶ Adde quod idem dicit Alex. de Imo. cons. 150. 6. col. ver. Domina Catharina. 5. vol. In oppositum facit quod not. Bal. in l. data opera, 13. col. in fi. vers. sed nunquid. C. qui accus. non poss. qui dicit, quod testis non tenetur habere peritiam iuris. Bart. in l. de etate, ff. de minor.

b ¶ Vide Felin. in c. si quid, in fi. de maio. & obed.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

vel propter gratiam, vel ex aliqua alia causa, etiam si frequenter ex eadem causa vel alia simili peccatum iterat: quia non peccat mortaliter, & allegat August. in lib. de natura gratiae. dicit tamen quod frequentia peccati dispositiue inducit ad contemptum: sicut illud Proverb. 18. Impius cum in profundum malorum peruenit, contemnit. idem concludit S. Thom. in 4. senten. dist. 17. q. 6. artic. 4. ubi concludit, quod ex frequentia peccati venialis non incurritur mortale, nisi placencia eius in tantum crescat, quod ei adhaereatur ut fini, & per consequens super Deum diligatur: quia talis placencia inducit ad contemptum Dei, per quem contemptum veniale transfertur in mortale, idem dicit Rodolphus in praell. §. criminis. ubi dicit, quod nullum veniale efficitur mortale, nisi adeo placeat, quod illa placencia praeponeatur Deo. Idem dicit ibi Archid. & D. Domi. & ponit exemplum, Ecce ego comedo plus solito propter appetitum, istud est peccatum veniale: sed si capio delectationem in comedendo, & propter ipsam assumo cibum ingurgitando, pecco mortaliter. facit 4. dist. denique illa ergo placencia transfert veniale in mortale: quia mutat ipsum in aliam speciem. sed pondera tex. in d. §. criminis. ubi videtur probari, quod omne peccatum etiam veniale, quod committitur cum deliberatione, transfertur in mortale, & allegat Gratianus Bedam super epist. Iac. qui distinguit, an committatur ex ignorantia vel infirmitate humana, & tunc remanet veniale: aut committitur cum deliberatione, & tunc transit in mortale: nam ex quo praecessit deliberatio, & deliberat potius peccare venialiter, quam ab eo abstinere, apparet quod illam placenciam peccandi praeponeat Deo: quia sibi magis placet peccare, quam seruare Dei praepceptum. Ista ergo placencia facit peccatum veniale transire in mortale, immo ipsa placencia est peccatum mortale: & per hoc considera, aliquando quis contemnit peccatum. verbi gratia dicit infra se, ego possum committere hoc peccatum, quia est veniale, & non mortale: nam de peccatis venialibus non est curandum, & talis absque dubio peccat mortaliter. Idem si contemneret legem vel statutum superioris, nam tunc etiam si esset consilij, peccaret mortaliter. unde dicit tex. not. 25. q. 1. violatores, quod obloquentes de canonicis peccant in Spiritum sanctum. Aut & secundo ex aliqua concupiscentia, vel propter aliquam iram vel aliam causam inducitur, non tamen cum magna deliberatione peccandi, ad committendum peccatum veniale, & tunc etiam si frequenter hoc faceret, non peccaret mortaliter, sed venialiter: est tamen periculum, quod frequentia peccati inducat ad contemptum, & per consequens ad peccatum mortale committendum. & hoc modo intellige D. Abb. dum dicit, quod peccatum veniale efficitur mortale ex consuetudine: nam debet intelligi quando ex consuetudine dispositiue inducitur ad contemptum. Aliquando & tertio praecedit deliberatio, verbi gratia, velles aliquid facere quod est peccatum veniale, conscientia vero te remordet, & videtur tibi quod male facias facere hoc peccatum, tamen hoc non obstante deliberas facere illud peccatum veniale, ut aliquod lucrum consequaris, vel aliquod dampnum euites: ista deliberatio praecedens facit peccatum veniale transire in mortale: placet enim tibi illud peccatum veniale committere magis quam seruare honorem Dei; illa igitur placencia peccandi, quam praeponeas Deo: quia transfert peccatum veniale in mortale, & hoc modo loquitur praell. §. criminis. ubi dicit, quod omne peccatum etiam veniale cum deliberatione commissum, est mortale: hinc est quod dicitur quod qui contra conscientiam facit, aedificat ad gehennam, ut in c. per tuas, de simo. nam quando conscientia remordet in corde, & tamen hoc non obstante, vult malum committere, aedificat ad gehennam, hoc est ad infernum, hoc est peccat mortaliter, & ad praedicta vide glo. notab. de poenit. dist. 1. tres sunt in verbo, & oppriment, nam ibi tex. dicit, quod parua peccata crebro commissa, in simul collecta ita nos aggrauabunt & oppriment, sicut aliquod graue peccatum. & glo. dicit, quod ipsa venialia peccata in simul collecta non oppriment nos, sed contemptus & vilipendium ipsorum, qui contemptus est peccatum mortale. vel dicit glo. quod ipsum veniale est mortale, dum placet. i. dum eius placencia praeponeatur Deo. & sic duobus modis peccatum veniale efficitur mortale, quavis utroque modo homo inducatur ad contemptum Dei, ut S. dixi. ex hoc habes declaratum quando peccatum veniale efficitur mortale, & ex his sum expeditus de secundo casu.

Veni nunc ad tertium casum. scilicet quando materia est indifferens, ut quia materia potest esse vel consilij vel praepcepti, & sic materia ad utrumque potest adaptari, & hoc casu dicit But. & D. Abb. & Io. de Imo. quod si sunt verba expressè praepceptiua important praepceptum, & dicuntur verba praepceptiua, verba prohibitiua: puta statutum dicit, prohibemus tale quid fieri: nam

23 **T**omnis prohibitio habet in se praepceptum, ut dicit Archid. 36. dist. in summa. & est tex. in clem. exiui de Paradiso. §. item quia praeterea. Hinc dixit gl. not. in rubr. C. ne fidei. do. den.

24 **T** legi prohibitiue non potest quis renuntiare. Itē sunt ver-

ba praepceptiua si dicitur, praecipimus vel mandamus, & similia, vide tamen glo. singularem in l. saepe. ff. de offic. praesi. quae dicit, quod si constitutio loquatur per verbum, potest importare liberam potestatem: sed si loquatur per verbum, debet importare necessitatem, sed non praecipiam. idem si loquitur per verbum, mando: sed si loquitur per verbum, praecipio, importat necessitatem praecipiam: ita quod si Princeps per ista verba delegat causam alicui, puta, si dicit, praecipimus, quod de tali causa cognoscas, non poterit alteri subdelegare, ut in Auth. ut nulli iudi. §. hoc vero iubemus, & illam glo. Ioan. de Imo. in clem. saepe, de verb. sign. dicit esse singularem, & de ista magnum festum facit Bald. in l. legis virtus, ff. de legib. Quod autem verbum, debet, de natura sua importet necessitatem, habes bon. gl. in cle. attendentes, in verbo, debeant, de sta. regula. de verbo autem decernimus, dicit Butr. hic in fi. quod importat praepceptum, & dicit quod hoc non de verbo statuimus, & pro opin. Butr. facit quod verbum, decernimus, importat nouum ius, ut dicit gl. in clem. generalem, in verbo, decernimus, de aeta. & qual. sed potest dici, ut supra dixi, quod inspicienda est subiecta materia. de verbo oportet, Butr. hic dicit, quod importat praepceptum, allegat glo. 50. dist. domino sancto. in glo. 2. quae dicit, quod verbum, necesse, & verbum, praecipio, importat praepceptum: non autem loquitur de verbo, oportet. Ioan. de Imo. allegat illud quod habetur in l. cum oportet. C. de bon. quae libe. & in l. j. ff. de iusti. & iure. in quibus patet, quod ratione subiectae materiae interdum verbum oportet, ponitur pro debet, & sic sentit quod in dubio importat necessitatem, nisi ratio subiectae materiae aliud inducat, & de hoc vide bo. 25. q. 1. c. 1. quae dicit, quod verbum oportet, importat aliquando necessitatem, aliquando honestatem, sicut verbum debet, & concludit, quod importat necessitatem, nisi natura subiectae materiae aliud importet, ut probatur in d. c. 1.

De verbis autem imperatiuis, dicitur Butr. & Io. de Imo. & D. Abb. quod si est consuetudo, quod illa verba importent praepceptum, erunt praepcepti. de consuetudi. cum dilectus. Idem si apparet de consuetudine, quod essent consilij: quia in hoc seruanda est consuetudo, & de hoc est bon. tex. in d. §. item quia praeterea. sed si nulla subest consuetudo, tunc consideranda est materia: nam si materia est multum ponderosa, & verisimiliter ponderata per superiorem, erunt praepcepti. Item possunt importare praepceptum ratione adiuncti, ut si dicatur, faciat ut tenetur, ubi autem materia de se est leuis, nec verisimiliter multum ponderata per superiorem, tunc talia verba important consilium, iuxta illud, Si quis te percusserit in vna maxilla, praebere ei alteram, hoc probatur in d. §. item quia praeterea. & in d. l. cum pater. §. mando. ff. de leg. 2. iuncta glo. verba autem consilij sunt rogo, exhortor, & similia.

Quid autem si in constitutione ponatur verbum volumus, vel verbum statuimus? Butr. hic dicit, quod ista verba non obligant ad peccatum mortale, & hoc sequitur hic D. Abb. & in rubr. de obserua. ieiun. & in c. relatum, ne cler. vel mo. ubi sequitur opin. Butr. concludens, quod verba simplicia, ut est verbum volumus, verbum statuimus, non obligant ad peccatum mortale. sed Ioan. de Imo. hic tenet contrarium, mouetur per nota. per Archid. 4. dist. & si legibus. ubi dicit, quod verbum statuimus, necessitatem importat, immo plus dicit, quod omnis lex vel constitutio intelligitur esse praepcepti, & non consilij, nisi hoc aperte dicatur in lege vel constitutione, vel nisi ratio vel subiecta materia concludat legem esse consilij, allegat l. ob haec verba. ff. de his qui not. infra. & istud originaliter fuit dictum Laur. ut dicit ibi D. Domi. qui dicit istam regulam tenendam menti, & idem dicit 1. dist. humanum genus. facit optimè quod no. Cy. & Bart. in l. legis virtus. ubi dicunt, quod consilium non est virtus legis, quia lex est collectio praepceptorum, ut dicit Arist. & probatur in l. j. ff. de legib. ubi dicitur, quod lex est commune praepceptum. sed S. Thom. 2. secundae, q. 186. art. 9. videtur tenere opin. quam sequitur Butr. & D. Abb. dum dicit, quod religiosus non obligatur ad peccatum mortale, nisi transgrediatur aliquod ex illis ad quae tenetur ex voto professionis, vel nisi praepceptum esset sibi factum oratenus a praelato, vel nisi praepceptum sit expressum in regula: sed concordat, & dicit quod licet verbum statuimus, & verbum volumus, inducat nouum ius, ut dicit glo. in clem. j. in glo. fin. de off. vica. & in clem. fin. in glo. fin. de rescrip. non tamen talia verba dicuntur esse praepcepti, nisi subiecta materia aliud importet. unde illud quod dicit Archid. non obstat, quia Archid. vult quod talia verba sint praepcepti, nisi subiecta materia aliud importet, & hoc modo possunt concordari opiniones.

Et ex praedictis patet qualiter debeat intelligi glo. in c. 2. in verbo, sententijs, de constit. in 6. quae dicit, quod veniens contra constitutionem peccat mortaliter: nam debet intelligi quando subiecta materia importet, quod sint praepcepti: eodem modo intellige tex. in c. perpetua, de elec. in 6. & in c. commissa, eo. tit. & lib. in fi. in quibus patet, quod transgrediens canonem non solum peccat mortaliter, sed etiam est puniendus per iudicem

pœna

poena extrinseca in foro contentioso, & hoc colligit D. Domin. vtrobique. Limita tamen praedicta duobus modis.

- Primò, quando quis transgreditur legem precepti legitima subsistente causa: nam talis causa excusat a peccato mortali, licet esset precepti, hoc tenet Archid. & D. Domin. in c. vtiā. 30 76. dist. ex quo. no. † q̄ licet precepta Dei semper obligent ad peccatum mortale, tamen transgrediens precepta ecclesiae nō semper obligatur ad peccatum mortale, sed ita demum quando transgreditur ex negligentia, vel ex fragilitate, secus si ex probabili causa: & ratio differentiae est, quia quando causa nō est probabilis, leditur finis ad quem redit legislator: sed quando subest causa probabilis, tunc non leditur finis ad quem tendit legislator, hoc etiam tenet S. Thom. 2. secundae, quæst. 147. artic. 3. in fine.

- Secunda limitatio, quando subesset consuetudo ecclesiae vel loci: nam tunc consuetudo excusaret a peccato mortali, vt notant Doct. in c. cum ad monasterium, de statu mon. vbi dicunt, † q̄ consuetudo tolerata in monasterio per superiorem per longissimum tempus, in his quae non sunt de substantia regulæ, excusat a peccato. † Et ex his pot inferri, an religiosus transgrediens regulam, peccet mortaliter, a de quo per S. Thomam in loco præall. vbi concludit, q̄ non teneantur ad peccatum mortale, nisi contrauerint illis, quæ concernunt tria vota, ad quæ quilibet religiosus obligatur ex professione. scilicet paupertatem, continentiam, & obedientiam: in alijs verò non obligantur ad peccatum mortale, nisi ex contemptu, vel nisi regula loquatur per verba preceptiua, vel faceret contra preceptum ore tenus sibi factum a prælato: quia hoc esset factum contra votum obedientiae, & sic esset peccatum mortale: & subdit, q̄ in quibusdam religionibus, vt est religio Prædicatorum, non obligantur ad peccatum mortale nec veniale, sed solū ad poenam taxatam sustinendam: quia per hunc modum obligant se ad talia obseruanda: dicit tamen, q̄ possent peccare venialiter peccando ex negligentia, vel mortaliter si peccarent ex libidine, vel ex contemptu. intellige tamen, in quantum dicit S. Thom. q̄ religiosi peccant mortaliter, veniendo contra precepta contenta in regula. scilicet nisi ex probabili causa contrauerint, vel nisi de consuetudine illa precepta regulæ non obseruentur, vt s. dixi. Et ex his habes istum articulum declaratum, de quo etiam dixi post D. Abb. in rubr. de obserua. ieiun. & in cap. relatum, ne cler. vel mona. & adde quæ dixi post D. Abb. s. eo. c. 1. vbi declarauit, an lex positua sit seruanda in foro conscientiae: & an si imponit poenam, debeatur in foro conscientiae poena. & ista sufficiant. Sequitur cap. Ne innitaris.

ADDITIO.

- 2 Adde Archid. in cap. sicut bonum, 27. quæst. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Constitutiones Decretorum sunt singularium opinionibus preferendae.
- 2 Opinionem suam quis non debet preponere constitutionibus, decretorum, & consilijs prudentum rectè consulentium.
- 3 Bernardus Sanctus tria seruauit, discipulisq; suis seruanda reliquit.
- 4 Iudicare quis non debet contra textum legum, vel decretorum. c. nu. 9.
- 5 Episcopis non custodientibus canones, subditi non tenentur obedire.
- 6 Prudentiae alicuius si quid committatur, an int. ligatur commissum liberae voluntati, an verò arbitrio boni viri.
- 7 Prudentia & sapientia improprie pro mala capitur.
- 8 Verba, placet, putaueris, estimaueris, arbitrium boni viri important.
- 10 Doctoribus Ecclesiae, & Sanctis Patribus, in iudicando, an & quando standum sit.
- 11 Virginis Beatae corpus, an fuerit assumptum in celum.
- 12 Ioannis Baptiste corpus, an sit assumptum in celum.
- 13 Salomon, an saluus, an verò damnatus.
- 14 Iudicandum ne potius sit secundum canones, an secundum dicta Sanctorum.
- 15 Papa circa prohibita ex veteri & nouo testamento non dispensat, nec Sanctorum statuta tollere potest.
- 16 Papa potest reuocare constitutionem per ipsum & concilium factam, nisi Sanctorum Patrum dictis inueter.

C A P. V.

- 1 **N**E innitaris. † Constitutiones Decretorum sunt singularium opinionibus preferendae. h. d. Diuiditur in duas partes. In prima ponuntur verba Salomonis. Secundo ponuntur verba Hieronymi exponentis ipsa, & Butr. hic, & Io. de Imo. ponunt casum sic: Quæsitum fuit a Papa, si occurrat casus decidendus in iudicio, de quo appareat casus expressus in decretali; nunquid si iudex habet opin. q̄ decretalis non sit fundata in bona ratione, liceat ei determinare casum secundum suam opin. Cōtra determinationem decretalis. Papa respondet di-

cens, q̄ hoc non licet, & hoc probat ex dictis Salomonis in parabolis, iuncta declaratione Hieronymi.

- 2 Nota primò ex rex. † q̄ quis non debet preponere suā opi. constitutionibus decretorum, & idem dicit Io. And. & Butr. & Io. de Imo. de consilijs prudentum rectè comuent. ū: quia quis debet ea sequi potius quā suam opin. vt not. 84. distin. cap. 1. † & Sanctus Bernardus dicit de se. p̄so. prout legitur in historia sua, q̄ tria in hac vita seruauit. Primum, q̄ scandalum nunquam alicui facere voluit, & si aliquādo incidit in ipsum, sedauit vt potuit. Secundum, q̄ semper minus credidit suo sensui, quā alterius. Tertium, q̄ offensus, nunquam vindictam desiderauit; & hæc tria seruanda discipulis suis re iquit dicens, q̄ primum, scilicet nulli facere scandalum, & ipsum pro posse sedare, pertinet ad charitatem: & q̄ secundum, scilicet minus credere sensui suo quā alterius, pertinet ad humilitatē, & econuerso: plus credere sensui suo quā aliorum, pertinet ad arrogantiam vel superbiam. Tertium verò, scilicet vindictam de offensa non sumere, pertinet ad patientiam.
- 4 Secundò no. † q̄ quis non debet iudicare cōtra tex. legum vel decretorum, & hoc facit contra capifosos, qui volunt suas opiniones præferre: vnde peius faciunt Episcopi, qui docti in artib. & ignari in scientia iuris canonici, spernunt decisionem canonum, † nam Episcopi debent esse custodes canonum, vt in c. in canonibus, 16. q. 1. vnde dixit gl. 2. q. 7. sacerdotes. in prima glo. q̄ si Episcopi nolunt seruare canones, possunt subditi ab eius obedientia recedere, quia non tenentur ei obedire, & hoc sequitur D. Abb. in c. ego N. de iureiur. quando nolunt seruare canones ex contemptu, de quo ibi dixi. adde tex. saepe allegatum, q̄ malè loquens de canonib. censetur blasphemare Spiritum sanctum, vt in c. violatores, 25. q. 1.
- 6 Vltimò no. secundum Butr. † q̄ si aliquid committitur prudentiae alicuius, quod intelligitur commissum liberae voluntati. sed D. Abb. hic hoc reprehendit: † nam hic verbum, prudentia, accipitur improprie pro prudentia mala, sicut etiam ipsam accipit Apostolus ad Corin. 1. epist. c. 3. in fi. vbi dicit, Sapiētia huius mundi stultitia est apud Deum. scriptū est enim, Comprehendant sapiētes in astutia eorum. & iterum, Dominus notuit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt. & sic sibi accipitur sapientia in mala parte pro sapientia huius mundi, qui Deo non est obediens: ita hic ratione subiectæ materiae accipitur prudentia in mala parte pro prudentia contraria canonibus, ad idem 37. dist. relatum. vbi tex. dicit, q̄ sacra scriptura non est intelligenda vel docenda secundum virtutem proprii ingenij, vel secundum propriam intelligentiā, sed secundum veritatem: vbi autem ratio subiectæ materiae hoc nō requireret, verbum prudentia vel sapientia, vel intelligentia debet accipi in bona parte, nam stultitia proprie non est prudentia, iuxta illud, Fatuus fatue loquitur. 93. dist. legimus. & ff. de cond. inst. l. quidam in suo. Mouetur etiam D. Abb. † quia si verbum, placet, importat arbitrium boni viri, vt in l. Thais, §. fororem, ff. de fideicom. liber. fortius verba hic posita, & ideo videtur data potestas tanquam viro prudenti; & ideo si non facit vt prudens, potest peti reductio ad arbitrium boni viri, de iureiur. & dicit, q̄ hoc sentit Bar. in extrauag. ad reprim. in verbo, videbitur solui. dicit enim hic Io. de Imo. quod si verbum, putaueris, vel estimaueris, importat arbitrium boni viri, vt dicit Bar. in l. si sic. ff. de leg. 1. & probatur in l. fin. §. fideicommissaria libertas. ff. de fideicom. liber. & fortius quando committitur prudentiae alterius, debet intelligi arbitrio boni viri. & dicit, q̄ ad hoc facit quod no. Bar. in extrauag. ad reprim. in verbo, videbitur. & sic Io. de Imo. & D. Abb. reprobant opin. Butr. ex quo concludit, q̄ hæc verba, prudentiae tuæ & c. important arbitrium boni viri, & non liberam voluntatem.
- 9 In glo. in verbo, prudentiae, contra istam gl. & tex. opponitur, & videtur † q̄ immo iudex possit iudicare cōtra canones, nam iudex potest interpretari canones, vt in cap. 1. de postul. præla. & quod not. in gl. in verbo, interpretatus. & Inn. in c. cū ipciali, §. de appell. sed iste tex. debet intelligi quando verba constitutionis omnino sunt clara, & non ambigua, nam tunc non indigent interpretatione. l. ille aut ille. §. cū in verbis. ff. de leg. 3. ita dicit hic Ioan. de Imo. qui dicit hoc esse de mente D. Card. super gl. fin. † Et ex prædictis inferunt Inno. & Doct. an standum sit auctoritatibus Doctorum ecclesiae in iudicando: secundo, cui magis sit standum, vel canonibus, vel dictis Sanctorum Patrum, vt August. Hieron. & aliorum.
- 10 Quo ad primum, dic q̄ ante quā opuscula Sanctorum essent approbata ab Ecclesia, erat in facultate tenere vel non tenere dicta Sanctorum ad libitum, vt 9. distinc. capit. noli. & c. ego solis, cum multis seq. postquam verò fuerint approbata, non est licitum ea reprobare, vt 15. distin. c. 1. & 20. distin. in princ. & c. 1. hoc fallit, quando aliqua dicta essent retractata, sicut patet in dictis August. quorum ipse multa retractauit, vel nisi talia dicta essent per ecclesiam correctā, 26. dist. cap. 1. & 2. Secundo

Alex. de Neuo in primum Decretal.

S V M M A R I V M .

Secundò fallit, quãdo Sancti Patres essent in discordia, seu haberent diuersas opiniones, vt est de Salomone, an sit damnatus, & de corpore Beatæ Virginis Mariæ, an sit assumptum in cœlum, nam licitum est vnicuique tenere quod vult ratione probabilis dubitationis. facit quod not. glo. in §. quibus, C. de nouo Cod. compo. & in l. dos a patre profecta. C. sol. matrim.

- Extra istos casus, dicta Sanctorum Patrum sunt seruanda
- 11 vsque ad vnum tota. dicit tamen Host. hic, † q̄ quantum ad corpus Beatæ Virginis Mariæ est communis opinio, & merito approbata, q̄ fuerit assumptum in cœlum, & dicit, q̄ hoc tenet S. August. & quod idem videtur sentire Hieron. in sermone de assumptione ad Pau. & Eustochium. vbi dicit, q̄ eius sepulchrum monstratur in medio vallis Iosaphat, quæ vallis est posita inter montem Sion & montem Oliueti, & q̄ hodie cernitur sepulchrum vacuum: tamen S. Hieron. non audet dicere, q̄ corpus eius fuerit assumptum in cœlum: sed dicit, q̄ melius est hoc totum Deo committere, quàm temerè diffinire. Plus dicit S. August. in sermone Martyrum, qui legitur inter Pascha & Pentecosten, qui incipit, Dignum & congruū est, fratres charissimi, † q̄ corpus Ioannis Baptistæ sit assumptum in cœlum: nam postquam fuit sepultus, sacerdotes inquisierunt eius corpus causa ipsū honorandi, & aperto sepulchro non potuerunt inuenire corpus Sancti Ioannis. ita dicit August. in præalleg. sermone, & Io. de Imo. infert ex verbis Host. dum dicit, q̄ est opinio communis, quod corpus Beatæ Mariæ Virginis sit assumptum in cœlum, quod vbi inter Sanctos Doctores sunt opiniones, si apparet quæ opinio est communis, est seruanda. facit quod dixi post Ioan. And. in cap. 1. §. eod.
- 13 † De Salomone autem vide tex. cum glof. 3. q. 4. c. Salomon. de pœnit. dist. 2. si enim, circa si. ver. Salomon. & glo. 3. in d. c. Salomon. 3. q. 4. dicit, secundum aliquos, q̄ Salomon egit pœnitentiam, & sic q̄ est saluus. sed Archid. ibi dicit, q̄ gloria bene dicit secundū aliquos, quia hoc non reperitur in aliqua scriptura autentica, licet reperitur in quibusdam apocriphis. solum enim reperitur q̄ peccauit, non autem q̄ egerit pœnitentiam. Sed Sanctus Ambrosius in homilia 24. Dominica post Pentecosten, vbi textus Euangelij dicit, q̄ Salomon in omni gloria sua fuit coopertus sicut vnus ex illis, dicit q̄ Christus significabat infirmitatem corporeæ naturæ, quam Salomon neciebat quadam virtute mentis, & q̄ Angeli, quorum natura diuiniore est, præferuntur maximo viro consideratione mentis naturæ nostræ: sic videtur, q̄ Salomon nō sit damnatus. sed q̄ Salomon sit damnatus, multum facit Ecclesiast. 47. cap. vbi multum damnatur Salomō, q̄ adorauerit idola inductus a mulieribus. Item Ecclesiast. 48. cap. ponuntur solum tres Reges sancti. i. Dauid, Ezechias, & Iosias. Istam tamen disputationē relinquo Theologis, & ex hoc sum expeditus de primo.
- 14 Venio nunc ad secundum, videlicet, † an potius sit iudicandum secundum canones, an secundum dicta Sanctorum? & in hoc dicunt Doct. q̄ aut tractamus de exposi. scripturarum, & magis credendum est dictis Sanctorum, quàm canonibus: quia maior fuit scientia Sanctorum, quàm Pontificum, vt habetur 20. dist. in prin. & c. 1. hoc tamen fallit secundū D. Abb. nisi tractaretur de expositione necessariā, vt de sacramētis, vel de expositione fidei: nam tunc potius est credendum Papæ, quàm Sanctis Doctoribus: quia eis non fuit data potestas legis condendæ, allegat c. per venerabilem, qui fil. sint legitimi. Ego tamen de ista limitatione dubito, & magis crederem Doctoribus in expositione fidei, quàm canonibus, si repererēt dissonantes: quia in hoc habuerūt maiorem scientiam, quàm Pontifices, & de hoc est tex. 20. dist. in princ. & in cap. 1. Aut & secundo tractatur de decisionibus causarum, & in hoc magis est standum canonibus, quàm dictis Sanctorum, hoc probatur vbi supra. hoc tamen est verum, nisi dictum Sanctorum iuuetur auctoritate noui vel veteris testamenti, vel alicuius concilij, facit quod not. 3. q. 6. vlt. c. vlt. vbi hoc tenet gl. pro hoc facit quod not. Innoc. in c. vlt. de transac. vbi dicit, † quod vbi aliquid est prohibitum ex veteri vel nouo testamento, Papa circa illud non poterit dispensare, & probatur in cap. super eo. de vsur. Item statuta Sanctorum Patrum Papa non potest tollere, sed debet vsq; ad sanguinem ipsa custodire, vt in cap. quæ ad perpetuam. & cap. sunt quidam. & in cap. contra statuta. & in cap. seq. 25. quæst. 1. & no. bene ista verba, q̄ vbi dicta Sanctorum Patrum iuuantur constitutione alicuius concilij, præseruatur constitutioni Papæ. nam ex hoc infertur limitatio ad c. significasti, de elect. & ad glo. not. in cap. vbi periculum, de elect. in 6. quæ dicit, † q̄ Papa poterit reuocare constitutionem per ipsum & cōcilium factā. nam hoc est verum, nisi talis constitutio iuuetur dictis Sanctorum Patrum: quia dicta Sanctorum Patrum, & constitutio Concilij simul iuncta, maioris sunt auctoritatis, quàm sola constitutio Papæ, vt d. c. fin. 3. q. 6. vlt. quod sequitur hic D. Abb. quod tene menti. & hæc sufficiant. Sequitur cap. Cum omnes.

- 1 Constitutio capituli non omnibus communis, & per quam antiqua consuetudo tollitur, non valet.
- 2 Canonici omnes facere dicuntur, quod maior capituli pars facit.
- 3 Omnis dictio intellectualiter, naturaliter, nec intellectualiter, nec naturaliter quandoque ponitur.
- 4 Statutum rationale factum per capitulum contra consuetudinem de non residendo valet.
- 5 Bona capituli prebendis canonicorum, minus sufficientibus atque etiam capella seu ecclesie annexi possunt.
- 6 Canonici largo modo successores habere dicuntur.
- 7 Statutum iniquum dicitur, quando statuentes nolunt illud obseruare.
- 8 Causarum in decisionibus sapientum, & Philosophorum auctoritates adduci possunt, item veteris ac noui testamenti diuinæ auctoritates, tanquam leges allegari possunt.
- 9 Senum & iuuenum paria iura habentium differentia non est facienda.
- 10 Constitutio vel statutum, quod plus percipiant antiqui canonici, & meliores prebendas optare possint quàm noui, an valeat. & latissime de octo rationibus. num. 13.
- 11 Constitutio prima non tollitur per secundam contrariam, quæ non valet.
- 12 Electio an canonicis, an verò iudicibus, an velint novos canonicos coequare antiquis detur.
- 14 Capitulum an possit statuere super residentia absque consensu Episcopi, & e contra. & quid in capitulo & canonicis ecclesie cathedralis, num. 15. & 16.
- 17 Episcopus solus, an possit reuocare statutum, quod fecit cum capituli consensu.
- 18 Canonici si habeant bona distincta, an possint ea per prebendas diuidere sine Episcopi auctoritate.
- 19 Capitulum non potest explicare grande negocium, & in arduis statuere sine Episcopi auctoritate.
- 20 Patroni plures simul conuenire possunt, vt vnus presentet in vna vacatione, & alius in alia.
- 21 Capitulum an sede vacante possit reuocare statuta facta per Episcopū.
- 22 Capitula inferiorum ecclesiarum, an possint statuere sine consensu Episcopi.
- 23 Statutum iniquum, vel tendens ad preiudicium alterius, an valeat, & ei sufficiat contradicere, quemadmodum arbitro, non tantum ab eo appellare. & nu. 28.
- 24 Contradicere non sufficit diffinitivè, neque debet sub conditione ferri, licet lata teneat; Decretum tamen & statutum taliter ferri potest.
- 25 Statutum factum a populo in alicuius preiudicium, & quid in populo non habente regalia.
- 26 Tollere ius alterius ad ipsum Principem spectat.
- 27 Populus quilibet statuendi potestatem habet.
- 29 Bonorum collatio fit filijs natis, non autem in ventre existentibus.
- 30 Maiori parti in re communi pluribus vt singulis an stetur. num. 34. vbi quinque limitationes ponuntur.
- 31 Maior pars in rebus collegij quod facit valet; dummodo dispositio fiat ad necessitatem, aliàs vnus solus omnibus contradicere potest. num. 35.
- 32 Absentes an sint vocandi, vt maioris partis collegij dispositio valeat, & quid in alienatione rei ecclesie. nu. 41. & 42.
- 33 Item consensus in rebus collegij in communi præstari debet, & non in particulari, num. 43.
- 36 Alienatio ecclesie sine sit necessitas sine vtilitas ecclesie fieri potest.
- 37 Vniuersitatis maior pars, an & quando possit vnum extrahere de bano, vel aliquam voluntariam gratiam facere.
- 38 Vniuersitatis maior pars si iudicium constituit, solum qui fuerunt presentes tenentur.
- 39 Actus aliquis quando fit, ex qua pœna non potest incurri, non statuit maiori parti vniuersitatis, sed soli consentientes ad pœnam obligantur, factumq; per maiorem partem ipsi vniuersitati præiudicat, non singulis.
- 40 Magistratus si per biennium mansit in officio, confirmari non potest nisi omnes consentiant, & vnus contradictio impedit.
- 42 Casus exceptus a regula ex identitate rationis extenditur.
- 44 Homines ciuitatis in platea existentes, si aliquid faciant, non dicitur illud ab vniuersitate factum.
- 45 Homines omnes de populo si consentiunt separatim in domo sua, costetq; hoc publico instrumento, non valet consensus, nisi obsit consuetudo.
- 46 Minor pars existens in collegio si certum quid statuatur, & maior extra collegium ratificet, non valet ratificatio. & quid in capitulo.
- 47 Patroni possunt presentare singuli.
- 48 Capitulum in vnum conuenire debet, quando de aliquo actu faciendum agitur.
- 49 Papa si mandet maiorem partem canonicorum consentire, an sufficiat consensus sigillatim præstitus, vbi tres facit conclusiones.
- 50 Papa mandante aliquem immitti in possessionē si canonici consenserint, non requiritur quod maior pars consenserit, sed duo vel tres.
- 51 Iure eodem quis vti debet, quod in alium statuit, etiam si illo vsus non sit. vbi infertur, & limitatur multipliciter. nu. 52. 56. & 57.
- 53 Index, si amisit instrumentum non solenne quo ad probationem, quando puniatur.

Doctor

54. *Doctor si consuluit in aliqua causa, & in alia consilium suum producitur contra eum, quando teneatur stare suo consilio.*
55. *Potestas faciens hominem decapitari dammandum pecuniariter, an debeat eadem pena puniri.*
58. *Statuto stante, quod non valet exemptio à collectis, intelligitur, si superior motu proprio concessit.*
59. *Concessio in dubio, utrum presumatur facta motu proprio.*
60. *Canonicorum in coequatione, quomodo procedatur quo ad vidualia, cibos & vestimenta.*
61. *Cibaria & vidualia danda sunt secundum personarum qualitatem.*
62. *Cibaria meliora famulis Cardinalium, quam Episcoporum prestanda sunt.*
63. *Beneficium quomodo sufficiens dicitur.*
64. *Consuetudo & statutum, an & quando, & in quibus beneficiis & capellis valeat, ut quis recipiat fructus in absentia, & num. 71.*
65. *Beneficiatus vagans per mundum, non recipit fructus in absentia, imò priuatur, licet beneficium residentiam non requirat.*
66. *Beneficia simplicia ex generali consuetudine non requirunt personalem residentiam.*
67. *Capella cum beneficio curato sine dispensatione retinetur, etiam si testator mandauerit celebrare diuina officia pro anima sua, & missam singulis dieb. presbyteriis; eligendū, ut residat, officietq; singulis annis 40.*
68. *Modus in forma specifica seruandus, ut non implens eū legato priuatur.*
69. *Clericus ad residendum obligatus tenetur iuxta ecclesiam habitare, alius residere non dicitur.*
70. *Episcopus domum propinquam ecclesie habere debet, Dominicisq; dieb. in ecclesia Cathedrali diuinis officiis interesse.*
72. *Capituli maior pars, an clerico ad studium sponte eunti, vel redeunti doctorato, possit de comuni aliquid dare: & an minor contradicere possit.*
73. *Capitulum, an per statutum possit creare perpetuum officium, puta protectoris in ecclesia absque consensu Episcopi.*
74. *Capitulum vacante sede, an possit minuire charitatum subsidium Episcopo debitum.*
75. *Vniuersitas secularis, an possit statuere, & an succedat mortuo rectore in iurisdictione, atque sine Capitaneo statutum condere, &c.*
76. *Collegij vel vniuersitatis in actibus, an debeant duæ partes esse presentes, & an omnes vocandi & minor veniat.*

C A P. VI.

- V**m omnes. † Constitutio capituli, quæ non est omnibus communis, & per quam tollitur antiqua consuetudo, non valet. h. d. secundum Io. And. vel sic secundum D. Abb. Absque causa rationabili non potest maior pars capituli tollere consuetudinem priuatam vt. litatem concernentem. h. d. Duo facit, quia primo ponit duo statuta successiue facta. In secunda parte præmissa duplici ratione, vt unumque statutum cassari mandat. secunda ibi, cum legitur.
2. Nota primò in verbo, omnes, secundum Bald. † qd omnes canonici d. cunctur facere illud quod maior pars capituli facit, facit optimè cap. non potest, ff. de re iudi. vbi dixi. Dicit tamen Bald. † qd istæ dictiones aliquando ponuntur intellectualiter, aliquando naturaliter: aliquando dubitatur, an ponantur naturaliter, an intellectualiter. In primo casu, si quando constat, quod ponuntur intellectualiter, sufficit maior pars capituli. In secundo autè casu quando ponuntur naturaliter, non sufficit maior pars, sed omnes requiruntur: vnde si vnus contradiceret, non diceretur factum ab omnibus: quia qui omne dicit, nihil excludit, vt in cap. solite, de maio. & obed. cum similib. In tertio autem casu, i. quando dubitatur, dicit qd aut proferatur a teste, & intelligitur naturaliter: aut proferatur a legislatore, & intelligitur intellectualiter, seu ciuilitate, & sic sufficit maior pars. sed dic vt plenè dixi in c. j. in gl. in verbo, omnib. s. eo.
4. Secundò no. † qd contra consuetudinem de non residendo valet statutum factum per capitulum, dummodo alias sit rationale, vt colligitur hic in fi. cap. a contrario sensu: nam statutum fuit hic reprobatum, quia non erat omnibus commune. Ex quo inferitur, qd si fuisset omnibus commune, valuisset. & dicit D. Abb. istum tex. esse semper notandum, videlicet vt pro utilitate ecclesie, quæ est delimitata iusfragio seu officio canonicorum, valeat statutum contra antiquam consuetudinem. & hoc tenet Hoff. Ioan. And. & Doct. in c. ad audientiam, ff. de cler. non resid. de quo est tex. hic secundum D. Abb.
- Tertiò no. † qd bona capituli possunt annexi præbendis canonicorum, si sunt minus sufficientes: nam istæ vineæ pertinebant ad communes redditus canonicorum, seu capituli, quæ postea fuerunt annexæ singularibus præbendis. nec mirum, quia etiam capellæ seu ecclesie ob istam causam possunt annexi, vt in cap. exposuisti, ff. de præben. & in cap. extirpandæ, s. quia verò, eod. tit.
- Quartò no. ibi, ad successores, † qd canonici largo modo dicuntur habere successores, de quo vide bonam gl. in cap. relatum, el. 2. in gl. quæ incipit, sed nunquid bona. & in cap. quod sicut, in gl. in verbo, consentire. quæ incipit, sic patet.

- verf. Item pone, quod illi qui fuerunt contenti sunt mortui.
7. Quintò no. † qd statutum dicitur iniquum quando statuentes nolunt illud obseruare. & istum tex. allegauit D. Abb. s. eo. in rubr. approbando dictum Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. l. si statutum fiat in odium alicuius personæ particularis potest ab eo appellari, de quo j. dicam. Bal. autem hic dicit, qd ratio huius capituli, quia non valet huiusmodi statutum est, qd statuentes fecerunt statutum in sui commodum, & alterius præiudicium. Ex quo inferit, qd capit. vel alius inferior habens potestatem statuendi, intelligitur de æquo & rationali: nã in æqualitas non debet esse inter fratres, quos coniungit paritas equitatis. l. cum oportet. C. de bo. que lib. Item in rebus nouis constituendis debet esse euidentis utilitas. l. in rebus. ff. de cõst. Prin. vnde Bar. in l. cum in eo. ff. de pac. dicit, qd habentes arbitrium statuendi, non possunt statuere vnum pro se, & aliud pro alijs. Adde etiam Bald. in prima const. Cod. in vltimis verbis suis, vbi dicit, qd non valet statutum, quod certa persona teneatur compromittere, sed bene quod omnes teneantur.
8. Sextò no. ibi, & Sapientis dicitur auctoritas &c. † qd in decisionibus causarum possunt adduci auctoritates Sapientium: nam hic fuit adducta auctoritas Catonis. concordat s. d. dist. peruenit. & dicit Bal. qd possunt adduci auctoritates Philosophorum: quia scientia nostra supponitur philosophiæ morali, vt not. s. in proe. & in l. j. in prin. ff. de iusti. & iu. & etiã Iurifcon. interdum allegat Hipocratem, vt in l. septimo mens. ff. de sta. ho. interdum Aristotelem, vt in l. si pater. ff. de solut. & ex hoc dicit Bal. reddi debere honorem philosophiæ, de quo etiã vide per Bar. in l. j. ff. si cer. peta. & in l. Galius, s. ff. de lib. & posth. Item dicas, qd possunt allegari auctoritates veteris & noui testamēti: quia lex Dei præfertur tãquam naturalis lex. facit tex. in Auth. vt iudi. sine quoquo iuffra. s. quanta. iuncta gl. in verbo, sacrorum. quæ dicit, qd auctoritates diuinæ possunt allegari tanquã leges. facit c. in omni negotio. de testi. & c. & si Christus, de iur. reur. & cap. cum causam, ff. de elect. & c. certificari, de sepult. & c. na. de deci. & c. qualiter & quando, el. 2. de accusat.
9. Septimò no. ibi, iuniores, † qd non debet fieri differentia inter senem & iuniorem paria iura habentes. & ex hoc Bald. arguit, qd valet tantum vox iuuenis quantum vox senis, etiam inter Cardinales. sed dic, qd iste tex. procedit indistinctè quantum ad fructus præbendæ percipiendos: nam cum plus teneatur antiqui canonici de iure, quàm noui: quia plus ab ecclesia perceperant, quàm noui. arg. in c. cum in officijs, de testam. non valebat hoc statutum, & istud tene semper menti.
10. † Ex quo habes, qd non valet constitutio vel statutum, quod plus percipiant antiqui canonici, quàm noui, tamen quandoque reperitur contrarium: quia valet consuetudo, qd antiquiores canonici possint optare meliores præbendas, vt in cap. fin. de consuet. in 6. & de hoc etiam tangam super glo. circa rationes, quæ assignantur, quare statutum de quo in tex. non valet.
11. Vltimò no. secundum D. Pet. de Anch. † qd constitutio prima non tollitur per secundam sibi contrariam, quæ non valet, & ita dicit intelligendum esse cap. primum, ff. eod. tit. in 6. sicut etiam testamētum vltimum imperfectum non tollit primum validum. l. si filius, ff. de lib. & posth. cum similib. † Sed aduertet, quia in quantum tex. in fi. ponit alternatiuam, videlicet secundum priorem consuetudinem, vel rationalem constitutionem, potest quæri cuius erit electio. & Boa. & Io. And. dicit, qd electio erit canonicorum, & nõ iudicum, de quibus fuit mentio in superscriptione. sed in contrarium facit quod notat glo. & Doct. in c. à crapula, de vita & hon. cler. & gl. & Bart. in l. Lucio, ff. de lega. 2. & in l. j. s. expilatores. ff. de infra. & expil. vbi dicit, qd quando verba referuntur ad iudicem, datur electio iudicis; sed hæc verba referuntur ad iudicem, ergo debet dari electio. Sed responde, qd ideo debet dari electio hic canonicis: quia consuetudo, quæ erat obseruata, non debebat reuocari sine cõsensu canonicorum: & ideo datur electio canonicis, quorum interest, & non iudicibus, quorum non interest. & hoc modo potest saluari opin. Io. And. Sed Io. de Imo. hic in prin. dicit, qd mens literæ est, qd prima pars alternatiuæ habet locum in illis qui fuerant iam recepti post constitutionem capituli, tẽpore querelæ porrecte ad Papam. Secunda verò pars alternatiuæ habet locum in his, qui nondum erant recepti, sed recipiendi: & dicit, qd ista expositio est communis, licet Butr. aliter dicat. sed postea in s. col. dicit, qd D. Card. intelligit istum tex. qd stetur consuetudini, si de illa appareat, & in quantum non appareat, qd debeant eos coequare secundum rationalem institutionem in posterum faciendã, & iste intellectus satis congruit literæ. sed etiam intellectus primus potest subsistere, qd datur electio canonicis, an velint novos canonicos coequare antiquis sibi priorẽ consuetudinem, & si hoc volunt benequid, si nolunt, qd tunc iudices debeant facere constitutionem, per quam noui canonici coequantur antiquis. Intellectus verò secundus, quæ lè ponit Io. de Imo. mihi non placet, quia non cõuenit literæ.
- Alex. de Neuo super j. Decret. C. In glo.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

In glos. i. diuide ipsam in tres partes: nam in prima assignat sex rationes, quia statutum de quo in tex. non valet. In secunda parte opponit contra tex. & non soluit. In tertia & vltima querit, an procedat generaliter regula, quae dicit, quod totum capitulum videretur facere ea quae maior pars facit, & circa hoc distinguit. Secunda ibi, ar. contra. Tertia ibi, sed obijcitur ad hoc.

13 In prima parte assignat ergo glo. sex rationes quare constitutio de qua in tex. non valet.

Prima est, quia erat facta in praedudicium aliorum.

Secunda, quia malo zelo: *supple*, quia causa auaritia ad burfas replendas, & vt plus antiqui haberent quam noui.

Tertia, quia fuit contra antiquam consuetudinem. sed ista ratio non est bona, quia Episcopus cum capitulo potest constituere contra antiquam consuetudinem, vt notat. in c. cum consuetudinis, §. de consuet.

Quarta ratio, quia ista constitutio non erat generalis & communis omnibus, & per consequens non valebat. 4. distinct. erit autem lex.

Quinta, quia canonici eiusdem collegij non debent duplici iure censeri. l. cum qui aedes, ff. de vti cap.

Sexta, quia non debent minus habere successores, quam praedecessores. sed Ioan. de Imo. dicit, quod ista ratio non est semper vera: quia aliquando successor reperitur minus habere, quam praedecessor: vt si forte aliquis est grauatus de restituendo haereditatem post mortem: nam haeres grauati minus habebit in bonis, quam habebat ipse grauatus. Itē econuerso, aliquando haeres potest plus habere, quam habebat testator, vt dicit tex. in l. reperitur. ff. ad leg. Falc. sed dic. quod glo. procedit in casu in quo loquitur tex. quia successor in beneficio non debet habere minus, quam habebat praedecessor.

Septimam rationem addidit Ioan. And. qui dicit, quod constitutio erat iniqua ex eo, quia plus tenebantur antiqui de iure ecclesiae, seu residere in ecclesia, quam noui: quia plus per ceperant ab ecclesia, argumen. in cap. cum officijs, de testam. cuius contrarium volebat ista constitutio, seu statutum.

Octauam rationem ponit Innoc. qui dicit, quod ideo non valet ista constitutio, quia non interuenit consensus Episcopi: quia si interuenisset, valuisset ista constitutio, excepto eo quod dicitur de vineis: nam erat iniquum, quod vineae descendunt non transirent ad successores, & quod earum redditus deberent diuidi solui inter antiquos canonicos: vnde Episcopus non potuisset facere talem constitutionem, etiam cum consensu capituli, sed bene potuisset facere constitutionem, quod antiquis canonicis remanentibus in suis consuetudinibus, noui canonici teneantur facere residentiam, cum constitutio respiciat futura, & non praeterita, vt in cap. 2. §. eod. & in cap. fin. §. eo. Fatetur tamen Innoc. quod a quibus esset omnes ligari, si tam antiquos, quam nouos, nisi scandalum timeretur: quia tunc propter euitandum scandalum bene faceret, non comprehendendo antiquos canonicos in constitutione, sed nouos: subdit tamen, qd si induceretur inaequalitas cum scandalo, puta, quod antiqui canonici remaneant in suo statu, & quod noui canonici debeant abstinere a carnibus, vel portare nigrum habitum, tale statutum non teneret, vel de facili reuocaretur, vt in cap. Deus qui. de vita & hone. cler. & pro hoc adducit Ioan. And. in antiqua lect. & Butr. post eum, quod si statutum vniuersitatis disponit, quod de caetero intrantes in matricula soluant viginti, statutum non est iniustum, licet ante recepti minus soluerint. & istum intellectum sequitur hic Io. de Ligna. & Butr. dicens, quod communis opinio cum ipso transit. Sed Ioan. de Imo. & D. Abb. tenent contrarium: quia rationes, quae sunt in tex. positae militat, etiam si statutum esset factum per Episcopum de consensu capituli. itē quia tex.

14 non ponderat effectum consensus Episcopi. Ex hoc potest inferri, quid si Episcopus cum capitulo deputasset redditus non residentium ad fabricandum, vel ad aliam vtilitatem ecclesiae, vel ad alium pium vsuum, argum. cap. fi. de his quae sunt a maio. parte capi. referuando integros fructus, an constitutio valuisset. & Host. dicit, quod sic: quia cessat ratio istius tex. & dicit D. Abb. hoc esse notandum, i. quod superior potest facere statutum stringens successores, & non existentes in beneficio de praesenti: nam hoc potest fieri ratione scandali, & vt non praedudicetur illis, quibus ius iam est questum. sed Io. de Imo. etiam in hoc tenet contrarium, propter rationes de quibus in tex. Sed ego dicerem concordando opin. in vtroq; casu, quod aut ipsi canonici statuunt de consensu Episcopi, quod decedentibus aliquibus canonicis, successores teneantur ad residentiam ipsius canonicis antiquis, ipsi canonicis remanentibus in suis consuetudinibus, & tunc putarem quod non, propter rationes de quibus in tex. & eodem modo si canonici de consensu Episcopi deputarent redditus nouorum canonicorum non residentium fabricae ecclesiae, vel ad aliam vtilitatem ecclesiae, vel ad aliquem pium vsuum: nam etiam hoc casu mi-

litant rationes, de quibus in tex. Aut ipse Episcopus tale fecit statutum, & tunc quia in Episcopo qui facit statutum esset rationes de quibus in tex. puto validum statutum: nam non potest dici in Episcopo, Patere legem quam tu ipse tuleris. quia ipse nihil statuit super sua residentia, sed solum super residentia suorum canonicorum. & hoc putarem etiam si statueret cum consensu capituli, ex quo Episcopus est principalis, quia facit statutum, facit optimē cap. i. ne sede vac. in 6. iuncto §. cum verò. nam ibi dicitur, quod si ad Episcopum & capitulum pertinet collatio praebendarum, mortuo Episcopo succedit capitulum in potestate conferendi: sed si pertinet ad Episcopum cum consensu vel consilio ipsius capituli, mortuo Episcopo non succedit capitulum in potestate conferendi: & sic aliud est, quod aliquid pertineat ad Episcopum & capitulum simul, vel ad Episcopum cum consensu capituli. Potestas autem statuendi de iure communi pertinet ad Episcopum cum consilio capituli, vt in cap. nouit, & cap. quanto, & c. notatur, de his quae fiunt a praelato. & in cap. cum consuetudinis, de consuetud. vbi dicitur, & ideo si Episcopus est principalis statuens, cessant rationes de quibus in tex. & per consequens tale statutum debet valere. & sic debet intelligi Innoc. & Host.

Non obstat clem. si vna, in fi. de rebus ecclie. non alien. vbi dicitur, quod Episcopus non potest vnire aliquam ecclesiam de consensu capituli ipso capitulo: quia ibi loquitur quando Episcopus facit actum ad commodum capituli, a quo praestatur consensus: sed in casu nostro nullum commodum praestatur canonicis consentientibus, sed solum conseruatur eis ius suum: quia Episcopus solum statuit circa nouos canonicos, dimittendo antiquos in suis consuetudinibus: vnde ipsi canonici antiqui nihil ex hoc lucrantur, sed Episcopus solum vult statuere circa futuros canonicos: quia de natura constitutionis est, quod respiciat futura tantum, vt in cap. fin. §. eod. & §. eod. cap. 2. & hoc modo potest saluari opin. Host. & Innoc. quam Doct. sequuntur, vt dicit hic Butr. Et ex praedicto intellectu Inno. habes, quod capitulum non potest statuere super residentia absque consensu Episcopi. In contrarium tamen facit c. cum dilectus, §. de cler. non resid. vbi patet iuncta supra-criptione, quod capitulum potest constituere super residentia. Sed Doct. respondet, quod ille tex. est intelligendus, quod interuenit auctoritas Episcopi, vel potest dici, quod non fuit aliquis qui impugnaret illud statutum.

15 Non obstat etiam quod notat glo. penult. in c. licet canon. de elec. in 6. & in cap. cum ex eo. in glo. in verbo, Episcopi. de elect. in 6. quae dicunt, qd inferiores prelati habentes potestatem conferendi possunt dispensare super residentia. sed respondet Butr. & clarius Ioan. de Imo. post eum, quod licet prelatus inferior habeat potestatem dispensandi, non tamen poterit facere statutum generale super residentia absque auctoritate Episcopi. Item ad hoc vt prelatus inferior possit dispensare super residentia, requiritur quod habeat etiam potestatem de statuendi, de quo vide D. Domin. qui latius circa hoc distinguit super dicta glo. penult. & istud quod capitulum, vel inferior prelatus non possit statuere super residentia absque consensu Episcopi, tenet Hostien. Innoc. & Ioan. And. & Butr. & Ioan. de Imo. & D. Abb. hic, & est communis opin. & hoc modo intellige glo. notabilem in cap. fin. in verbo, fructibus. de rescrip. in 6. quae dicit, quod ex speciali statuto quis potest percipere fructus in absentia, & mouetur per istud cap. nam debet intelligi quando statutum est factum auctoritate Episcopi, vt hic tenent Doct. communiter. Nunquid autem canonici, seu capitulum ecclesiae cathedralis possit statutum facere absque consensu Episcopi. de hoc vide glo. quae quotidie allegatur in cap. 2. in verbo, statutum. de verbo. signif. in 6. ad quam se remittit Ioan. And. hic, quae distinguit, quod aut volunt facere statuta in his, quae tangunt generalem statum ecclesiae vel Episcopum, seu eius iura, & non possunt statuere absque Episcopo, vt in cap. cum consuetudinis, de consuet. & in cap. nouit, de his quae fiunt a praela. & dicit illa glo. hoc procedere etiam si vellet facere statuta cum archidiacono, vel Praeposito suo, vel cum alio qui praeset capitulo per iura praell. Aut vult statuere in his, quae non tangunt Episcopum nec generalem statum ecclesiae, sed sua negotia generalia, vel particularia, puta, quod certis modis, vel certis horis soluantur distributiones quotidianae, vel quod certis horis etiam non vocati veniant ad capitulum, vel super his, quibus habent diuisam administrationem ab Episcopo: nam tunc super praedictis potest capitulum facere statutum, etiam sine Episcopo, dummodo alias statutum sit licitum. facit quod habetur §. eo. ex literis. & ff. quod cuiusque vniuer. nomi. l. j. & 2. Et ex hoc patet ratio, quare capitulum non potest statuere super non residentia: nam quod non fiat residentia, videtur concernere generalem statum ecclesiae, cum clerici non possint peregrinari sine licentia Episcopi, de conse. dist. 5. non oportet. ergo super

hac

- hoc non potest facere statutum absque auctoritate Episcopi.
- 16 ¶ Vtrum autem Episcopus possit statuere absque consensu capituli, de hoc habetur in cap. cum consuetudinis, infra de consuetu. & in cap. nouit, & in cap. quanto, de his quæ fiunt à prælatis.
- 17 Sed quaerit hic Collectarius, & Bald. ¶ an solus Episcopus possit reuocare statutum, quod fecit cum consensu capituli? & concludit, quod aut in statuendo requiritur consensus capituli, & tunc non valet reuocatio sine capitulo. l. fin. ff. communia præd. Aut consensus capituli non requiritur ad essentiam statuti, sed solum ad bene esse, & ad quandam honestatem, & tunc solus Episcopus poterit reuocare: quia cum nullus faciat partem per concurrunt, sequitur quod solus habet potestatem etiam in solidum: quia regula iuris est, quod eadem est forma & potestas faciendi & resoluedi tam mediata quam immediata. l. tria prædia. ff. de seruit. rustic. prædio. facit de poenit. distin. 1. verbum. & quod not. glo. not. in cap. vbi periculum, de elect. in 6. quæ dicit, quod solus Papa potest reuocare constitutionem factam per se & concilium: quia solus Papa potest absque concilio constitutionem facere.
- 18 Secundò quaero, ¶ si canonici habeant bona distincta possint ea diuidere per præbendas sine auctoritate Episcopi, & glo. 1. quæst. 1. sacerdotes. videtur sentire quod sic, dum colligit argumentum ex illa litera, quod canonici possunt diuidere beneficia, vt priuatim percipiant, quod in communi olim soliti erant percipere, vt 3. distin. si quis verò. Sed Ioan. de Ligna, & Dom. Pet. de Anchar. hic tenent contrarium, ¶ quia cum sit grande negotium, non potest capitulum hoc explicare sine auctoritate Episcopi, vt voluit hic Innoc. & infra eod. cum accessissent. vbi dicit, quod in arduis capitulum non statuit sine Episcopo, sed bene in minimis. Ex quo inferitur, ¶ si præbendæ quæ erant communes essent modici valoris, possent canonici illas diuidere absque auctoritate Episcopi. Et ex hoc etiam inferitur, quod si ad capitulum spectat collatio præbendarum, possit statuere, quod vnus canonicus conferat vnâ cum vacauerit, & alter alteram cum vacauerit, prout seruatur in ecclesia Taruisina, nam quilibet ex canonicis habet vnâ vel duas ecclesias, quas possunt conferre cum vacauerit, & videtur tale statutum valere, ¶ quia plures patroni possunt simul conuenire, vt vnus præsentet in vna vacatione, & alius in alia, vt in clemen. 2. de iure patro. Contrarium decidit hic D. Pet. per clemen. 1. de supplen. negligen. prælat. & per dictum Stepha. ibi dicentis, quod Abbas non potest diuidere bona monasterij inter se & conuentum, allegat etiam quod ibi notat Franc. Verel. vbi dicit, quod post consecrationem diuisio bonorum fit per Episcopum. & istud mihi placet, quia an. or est prouisio quando omnes de capitulo, vel saltem maior pars debet facere collationem, quam si vnus conferat vnâ præbendam, alius aliam: quia firmitus est iudicium quod plurimorum consilio confirmatur, de offi. dele. prudentiam, per quod puto, quod Episcopus non possit facere tale statutum, nisi subit causa.
- 21 Tertio quaero, ¶ an sede vacante possit capitulum reuocare statuta facta per Episcopum. de qua quaestione vide hic per D. Card. & ista quaestio magis concernit illud quod habetur in c. cum olim, & c. item quæ. de maior. & obed. & per D. Domin. in c. vnico, eo. tit. in 6.
- 22 Quarto quaero, ¶ an capitula inferiorum ecclesiarum possint facere statuta absque consensu Episcopi, quam quaestionem tangunt hic Butr. Ioan. de Imo. & D. Abb. & ista est conclusio, quod aut volunt facere statuta, per quæ contingat alienatio iuris, vel bonorum ecclesiarum, vel per quæ aliquod ius perpetuo concedatur, & talia non possunt fieri sine Episcopo, vt in cap. veniens, & in cap. statuimus, & in c. de cætero, de transact. & idem dicendum esset, quando velint statuere super arduis: quia non possent sine Episcopo, vt voluit Innoc. infra eod. cum accessissent. Aut volunt statuere absque auctoritate Episcopi, dummodo non sint ardua, & si habent prælatum cum quo habent administrationem communem, debent statuere simul cum prælato. In his verò, in quibus habent administrationem separatam a prælato, poterunt sine prælato & sine Episcopo statuta facere, nunquid autem Episcopus cum capitulo possit facere statutum ad præiudicium inferiorum ecclesiarum, & de hoc vide Innoc. & Doct. in c. 2. de loca. vbi concludunt, quod non, nisi rectores ecclesiarum inferiorum consentiant tacite vel expresse, sed Ioan. de Imo. hoc intelligit, nisi ex causa vellet auferre de iure vnus ecclesiarum, & dare alteri, quia hoc potest facere, vt in cap. constitutus, iuncta glo. in verbo, quocunque, quæ incipit, hic videtur. de relig. dom. quæ vult, quod Episcopus possit aliquam ecclesiam eximere, de quo etiam vide glo. in c. 1. in verbo, tenues, de reb. eccl. non alien. in 6.
- 23 Quintò quaero, ¶ quia hic dicitur, quod statutum iniustum vel tendens ad præiudicium alterius est reuocandum, an tale statutum valeat. & Vincen. & Ioan. And. post eum dixerunt, quod tale statutum de mero iure valet, sed venit reuocandum, & quod non est necesse appellare, sed sufficit contradicere, 54. distin. quis autem. & cap. si seruus, infra de his quæ fiunt a præla. continebatur. & cap. ea noscitur. sic & in arbitro sufficit contradicere infra decem dies. C. de arbit. l. penult. ¶ secus est in diffinitiuâ, cui non sufficit contradicere, nisi a Papa, 2. quæst. 6. §. diffinitiuâ. Est etiam alia differentia secundum Ioan. And. quia diffinitiuâ non debet ferri sub conditione, licet lata tenet. 2. quæst. 6. biduum. sed decretum vel statutum bene potest fieri sub conditione, vt 7. de testam. requisisti. & cap. ad hæc. & ff. de decre. ab ordi. fac. l. ambitiosa. & in cap. 2. §. 1. eod. titu. in 6. & in hac opinione videtur residere Ioan. And. & sic videtur velle, quod in casu huius capituli statutum tenebat, sed veniebat reuocandum. Contrarium videtur voluisse hic glo. & Inno. & Compo. facit quod habetur in cap. 2. de loca. & istam opin. sequitur etiam hic D. Abb. quia lex debet esse rationalis & communis omnibus, 4. distin. erit autem lex. & istam opin. etiam tenuit Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in l. fin. ff. de appel. recip. ad istum tex. respondet, quod si statutum fuit reuocatum de facto, sic etiam de facto tantum tenebat. Plus dicit D. Abb. quod non apparet ex tex. quod Papa annullauerit hoc statutum, sed solum prouidit aduersus iniquitatem statuti. Ioan. de Imo. hic in vlt. char. in 3. col. concordat opiniones dicens, quod aut statutum ex sui forma non est commune, sed tendit ad præiudicium tertij, & tunc non valet, quia deficit solemnitas requisita ad esse legis & constitutionis. 4. distin. erit autem lex. Aut statutum ex sui forma est commune, tamen reuera factum fuit ad præiudicium tertij, & hoc casu statutum mero iure tenet, sed venit reuocandum, & hoc modo procedit opinio Innocen. & sequacium, facit l. j. in ff. de doli. except. & subdit, quod licet statutum mero iure teneat, tamen contra id datur duplex remedium: primum est, quia ab iniquitate ipsius statuti potest appellari, per id quod habetur in l. fin. ff. de appel. recip. & ibi per Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. in 5. quæst. principali, circa finem. facit quod habetur in l. si qua poena. ff. de verbo. signi. & de hoc dixi post Dom. Abb. in cap. consuluit, de appellat. Poterit etiam aliud remedium intentari, vt voluit Vincen. & Ioan. And. quia poterit adiri superior, & implorari eius officium per reuocationem statuti. ¶ & per prædicta etiam potest inferri, an valeat statutum factum a populo ad præiudicium alicuius. & Butr. hic dicit, quod aut talis populus vendicat sibi iura imperij seu regalia, & tunc quia potest manum extendere ad reseruata Principi, vt in cap. cum P. tabellio, de fide instrum. & in cap. per venerabilem; qui filij sint legitimi. poterit tale statutum facere, dummodo moueatur iusta causa, secus si ex odio vel propter commodum priuatum: quia tunc secundum eum non valet tale statutum, per istum tex. Sed aduerte ne Butr. sibi contradicat: quia superius sequendo opinionem Vincen. & Ioan. And. dixit, quod statutum mero iure tenet, nam debet intelligi, quod non valet quantum ad effectum: quia venit reuocandum, aliàs sibi met contradiceret. Aut populus non vendicat sibi iura imperij, & tunc non poterit tale statutum facere: ¶ quia tollere ius alterius spectat ad ipsum Principem solum. l. si priuatus, ff. qui & a quibus. & infra eod. quæ in ecclesiarum. & in l. Antiochenium. ff. de priuileg. credito. & in l. quotiens, ff. de pollicit. & notat Ioannes Andr. in capitu. fin. ad finem, de immunita. eccles. in 6. & Specu. in titu. secundo, §. nunc ostendendum, versic. 57. Sed Ioan. de Imo. hic in penult. col. tenet, quod populus etiam non habens regalia, possit facere statuta per quæ tollatur ius alterius ex iusta causa, allegat l. venditor. §. si constat. ff. communia præd. maxime, quia Episcopus cum capitulo potest iusta causa alteri præiudicare, vt notat glo. in cap. constitutus, de religio. domib. & in cap. 1. in verbo, tenues, de reb. ecclesiarum non aliena. in 6. pro opin. Ioan. de Imo. allego Barto. in dicta l. quotiens, ff. de pollicit. & in dicta l. Antiochenium, ff. de priuileg. credit. in quibus dicit, quod aut ciuitas per suum statutum vult auferre alicui suum ius singulariter vni homini, vel quibusdam hominibus, & non potest, vt dicta l. totiens, & dicta l. si priuatus, ff. qui & a quibus. Aut vult facere statutum generale, & tunc potest, vt dicta l. si venditor. §. si constat. ff. communia prædiorum. & in dicta l. Antiochenium, de priuileg. credito. & in l. Lucius, §. si na. ff. ad municipa. intelligendo ibi legem, idest statutum. Dicit tamen Barto. quod licet ciuitas ipsa hoc possit, tamē si concedit aliquibus arbitrium statuendi super quibusdam, puta vt pecunia veniat in communi, vel vt abundantia habeatur & similia, ex virtute huius arbitrij non venit, vt possint ledere ius alterius: quia non videtur esse intentio concedentis arbitrium, vt alicui fiat iniuria, sed ius alterius lædi non potest sine iniuria. l. secunda. §. merito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. & in l. nec auus, C. de emancipat. lib. Alex. de Neuo super j. Decret. C. 2. & no.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

27 & nota, quod Barto. non loquitur de ciuitate habente regalia, vel iura imperij, sed de ciuitate habente ius statuendi, quod quando fit infra dicam, pro hoc facit quod quilibet populus habet potestatem statuendi, vt in l. omnes populi, ff. de iusti. & iure. & Institut. de iure natur. gentium & ciui. §. ius autem ciuile. in quibus patet, quod quilibet populus potest condere iura, & de ista materia, scilicet an valeat statutum factum in præiudicium alterius, & an possit appellari, vltra Doct. supra allegatos, vide Bald. in l. iudicibus, C. de appellatio. & in l. quisquis, C. quorum appellat. recip. & in l. i. ff. de legib. & in l. amissione. §. qui deficiunt, ff. de capitis dimi. & in prima constitutione Codicis, circa finem. & in l. milites, ad finem. C. de testam. & Pet. de Anchar. in cap. si propter. in 10. notabili, de rescrip. in 6. & consi. suo 63. quod incipit, querela est exposita coram Episcopo. & Ange. in consi. suo 265. & hæc sufficiant circa istam primam partem glo. nam alias quæstiones, quæ restant, examinabo post glo.

29 In secunda parte gl. glo. ista voluit opponere de l. vlt. ff. de collationib. vbi patet, quod collatio bonorum fit filiis natis, non autem illis qui sunt in ventre: nam illa lex nihil facit in contrarium: nam licet filius emancipatus teneatur conferre, id est communicare bona, quæ acquirunt filijs qui sunt in potestate, si vult succedere patri ab intestato, tamen illis qui nondum sunt nati, sed nascituri, non potest conferre quia ille qui nondum est natus, non potest dici suus, nam efficitur ius hæres postquam est natus, vt in l. 2. & 3. de posthu. hæred. institui. Præterea ignoratur quot sint nascituri, quia potest nasci vnus vel plures. l. si pater. ff. de solutio. vnde non potest sciri quantum debeat conferri, ex quo nascitur quot filij sint nascituri. Præterea ibi nullum fit præiudicium filio nascituro, sed differitur collatio in euentum natiuitatis, sed hic fiebat præiudicium instituentis.

In tertia parte gl. ista gl. est notabilis vsque ad finem. & quotidie solet allegari, & no. ex ipsa quatuor.

30 Primo, quod in re communi pluribus, vt singulis, vel super iure singulari, non valet illud quod facit maior pars: sed oportet, quod omnes consentiant, quibus fit præiudicium.

31 Secundo, quod in rebus collegij valet quicquid facit maior pars, dummodo dispositio fiat ad necessitatem, secus si ex mera voluntate, quia tunc vnus solus potest omnibus contradicere. & dicit D. Abb. quod hoc dictum est valde notabile, & quod nullibi expressè probatur: nam l. per fundum, allegata in glo. loquitur in re communi vt singulis.

32 Tertio no. quod ad hoc vt valeat dispositio maioris partis collegij debent vocari absentes.

33 Quarto no. quod consensus in rebus collegij debet præstari in communi, & non in particulari.

34 Venio ad primum, scilicet quod an in his quæ sunt communia pluribus, vt singulis statuitur maiori parti? & in hoc glo. dicit, quod non, vt dicta l. per fundum. vbi patet, quod omnes debent consentire: fallit primò, quando vnus ex socijs vellet deputare rem ad vnum destinatum, vt in §. in commune verò sepulchrum, Institut. de rerum diuul.

Hic multa desunt.

vbi statuitur maiori parti: quia si maior pars vult, quod constituitur curator ad bona vendenda minori parte creditorum, stabitur maiori parti favore debitoris absentis vel fugientis.

Quinto fallit causa dirimendarum litum: nam si sint tres iudices vel tres arbitri, vel tres arbitratores, & tertius discordet, stabitur sententiæ seu laudo duorum. l. duo ex tribus, ff. de re iudic. & in cap. prudentiam, de offic. delega. & in cap. fin. de re iudica. aliàs extra istos casus non statuitur maiori parti in his, quæ competunt pluribus vt singulis, & istas fallentias hic Doct. ponunt, & etiam Bart. in l. quod maior. ff. ad municip. & ideo facias regulam, quod extra casus exceptos non statuitur maiori parti, vnde dixit Bald. in l. & suum hæredem. §. hodie. ff. de pactis. & quod in rebus singulorum vt singulis alter in alterum nihil potest. & hæc sufficiant circa primum.

35 Venio ad secundum, scilicet quod an maior pars capituli possit statuere vel aliquid disponere in præiudicium minoris partis. & glo. videtur dicere, quod sic, in his quæ sunt extra necessitate ecclesiæ, sed in his quæ sunt ex voluntate, maior non præiudicat minori, seu non statuitur maiori parti. Sed Innoc. Ioan. And. & Doct. communiter dicunt, quod statuitur maiori parti nedum in his quæ sunt ex necessitate ecclesiæ, sed etiam quæ sunt ex utilitate, vt probatur in cap. fin. infra de his quæ sunt a maiori parte capituli, probatur etiam 12. quæst. 2. sine exceptione. & in cap. 1. de rebus eccle. non aliena. in 6. vbi patet, quod potest fieri alienatio ecclesiæ, siue sit necessitas, siue utilitas ecclesiæ, vnde potest maior capituli subsistente necessitate vel utilitate alienare rem ecclesiæ. In hoc ergo utilitas &

37 necessitas æquiparantur. vbi autem esset casus omnino voluntarius seu gratiosus, vt quia cessaret necessitas vel utilitas, tunc non staretur maiori parti. & idem tenet Ioan. And. in regula, quod omnes. de regu. iur. in 6. & Doct. hic. Ex quo inferunt, quod maior pars vniuersitatis non potest vnum extrahere de banno, vel aliquam voluntariam gratiam facere, nisi omnes consentiant. Sed Dom. Cardinalis tenet indistinctè, quod ex quo agitur de iuribus collegij, valet id quod facit maior pars. Sed D. Abbas dicit, quod casus est dubitabilis, & dicit, quod aut maior pars vult aliquid statuere in damnum minoris partis, vel alicuius priuati, & vnus solus possit resistere, vt in cap. 1. de his quæ sunt a maiori parte cap. & allegat nota. per Innoc. in cap. accedentibus, de pr. uile. vbi autem actus esset indifferens dicit, quod facit pro glo. quia cessat ratio quare sit standum maiori parti, cum actus fiat voluntariè. sed dicit, quod generaliter facit in contrarium: quia iura dicunt, quod maior pars repræsentat totam vniuersitatem, vt in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. & in cap. 1. de his quæ sunt a maiori parte cap. & dicit quod forte hæc pars est verior, & pro ista opinione facit quod notat Bald. in l. 2. C. de auctor. præstan. nam primo dicit, quod maior pars capituli non potest reuocare illud quod est ordinatum concorditer, vel facere aliquid contrarium iuri, & allegat Innoc. hic, sed postea dicit contrarium esse verius. Sed Bald. dicit intelligi quando actus non est voluntarius seu gratiosus, sed sit ex necessitate seu ex probabili causa, & hoc tenementi, quia sæpe tractatur an collegium vel capitulum possit reuocare illud quod aliàs fuit obtentum in ipso capitulo vel collegio. vnde Bald. in l. i. ff. de offic. consul. dicit, quod si maior pars vniuersitatis constituit syndicum, illi soli tenentur qui fuerunt præsentis. & respondet ad l. quod maior. ff. ad municip. & ad l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. quod loquuntur quando maior pars vniuersitatis prouidet in actibus necessarijs, vel in actibus conuictis. Et ex hoc inferit, quod si maior pars ancianorum facit aliquid per quod inciditur in poenam pecuniariam vel excommunic. soli consentientes tenentur. No. duo ex istis verbis Bal.

Primum est, quod non statuitur maiori parti in actibus necessarijs vel conuictis: ex quo inferitur, quod licet non appareat de aliqua utilitate vel necessitate, dummodo sit actus qui consuevit fieri per vniuersitatem, maior pars præiudicat minori: quia valet illud quod est factum per maiorem partem, & sic extendit istam glo. & Doct. quia non solum statuitur maiori parti in his quæ sunt de necessitate vel utilitate ecclesiæ, seu vniuersitatis, sed etiam in his quæ consueverunt fieri per vniuersitatem seu capitulum, seu collegium.

39 Secundò no. quod quando aliquis actus fit, ex quo poena potest incurri, non statuitur maiori, sed soli consentientes obligantur, & istud etiam est de mente Barto. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. vbi etiam Barto. tenet, quod soli consentientes obligentur ad poenam. & idem sentit in l. quod maior. ff. ad municipa. vbi dicit, quod factum per maiorem partem præiudicat ipsi vniuersitati, sed non singulis de vniuersitate, quia soli consentientes obligantur, & non alij, & idem sequitur Butr. in 6. col. posset tamen dici, quod si ageretur de præiudicio ipsius vniuersitatis, & non singulorum, quod staretur maiori parti, dummodo fiat actus tendens ad necessitatem vel utilitatem ipsius vniuersitatis, vel dummodo fiat actus consuetus, sed ad præiudicium singulorum non obligantur, nisi consentientes, vt in l. prima, §. primo, ff. de magistr. conuenien. & ita concludit Barto. in dicto §. refertur. & in dicta l. quod maior. & videtur esse mente Butr. in 6. col. dum dicit, quod valet actus factus ex necessitate vel utilitate quo ad præiudicium vniuersitatis, vt vniuersitatis, non autem ad præiudicium singulorum, & ita intelligit Barto. vbi supra. adde etiam Ange. in dicta l. per fundum, ff. de ieruitu. rusticorum prædio. vbi dicit, quod in his quæ sunt de genere delictorum maior pars non obligat minorem, l. prima, §. primo, ff. de magistr. conuenien. Adde etiam ad prædicta Baldum in l. prima, ff. de officio consu. vbi dicit, quod quando tractatur de præiudicio singulorum, non statuitur maiori, nisi quando hoc reperitur expressum, vt patet in l. & suum hæredem, §. hodie. ff. de pactis. nam regulariter factum a maiori parte, non præiudicat minori, quando agitur de præiudicio singulorum, vt dicta l. prima, §. primo, ff. de magistr. conuenien. & hoc modo intellige glo. penult. in cap. 1. de his quæ sunt a maiori parte cap. vbi dicit, quod si constitutio tangit singulos, debent omnes esse præsentis, quos constitutio tangit: aliàs præsentis in præiudicium absentium nihil constituere possent, & allegat hoc capitulum: nam illa glossa debet suppleri, quod etiam si essent præsentis & contradicentes, non obligarentur, nisi illi, qui consentirent, vt voluit Bartolus & Baldus vbi supra. & Butrius hic. & adde casum singularem, in quo requiritur vt omnes de vniuersitate consentiant: quod si magistratus mansit

mansit in officio per biennium non potest confirmari in eo officio, nisi omnes consentiant, & contradictio vnus impedit, vt de hoc text. in Authen. de defen. ciui. §. fin. & Barto. in dicta l. quod maior. ff. ad municip. dicit, quod ibi ponitur casus specialis, in quo requiritur consensus omnium: vnde ille tex. non est extendendus ad alium casum, vt in l. ius singulare. ff. de legib. & in regula, quæ a iure, de reg. iuris, in 6. & ex hoc sum expeditus de secundo.

- 41 Venio ad tertium, scilicet an absentes sint vocandi. & in hoc glo. singulariter intelligit quod sic, sed Dom. Abb. quod si glo. intelligit de absentibus, qui non sunt in capitulo, glo. dicit verum, quia omnes sunt presentes, ex quo sunt in loco. l. 2. C. de decur. lib. 10. & 10. questio. 2. hoc ius, ibi, deseruientium. & idem consuluit Federi. de Senis consi. 176. vbi dicit, quod etiam in actibus in quibus non veremur absentes vocari debent omnes, qui sunt presentes in loco, & ecclesiæ deseruientes, per tex. in dicto cap. hoc ius porrectum. sed si intelligit glo. de absentibus, qui sunt extra ciuitatem, est maius dubium: quia glo. in cap. presentium, de testib. in 6. in verbo, ipsorum, dicit quod in tribus tantum casibus vocantur absentes, scilicet quando agitur de electione prelati, vel quando tractatur de eligendo aliquem in canonicum ecclesiæ, vt in cap. cum in ecclesijs, de preben. in 6. Item cum volunt cessare a diuinis, vt in cap. si canonici, & cap. quamuis, de offi. ordin. in 6. Alijs autem casibus absentes de necessitate non sunt vocandi, & pro hoc facit tex. in dicto c. hoc ius porrectum. vbi in alienatione rei ecclesiasticæ non vocantur absentes. Sed Butr. hic in 6. col. dicit, quod Innoc. in cap. 2. de noui oper. nuncia. dicit, quod in omni negotio graui vocandi sunt absentes: & dicit, quod hoc sibi placet, quia in illis casibus vocantur absentes, quia sunt grauis preiudicij: vnde idem dicendum est in alijs casibus, qui sunt grauis preiudicij, idem tenet Butr. in c. licet, in 3. col. j. de elect. dicit tamen, quod totus mundus remittit se ad glo. in dicto c. presentium. istam opinionem etiam sequitur hic D. Abb. pro hoc allegat glo. in l. j. C. de condic. indeb. quæ vult, quod casus exceptus a regula extendatur ex identitate rationis, & de hoc est tex. notab. in cap. cum dilecta, de confirm. vt. vel inuti. & de hoc plenè dixi in cap. 1. de off. ordin. vbi examinaui an casus exceptus a regula extendatur ad alium casum ex identitate rationis: vnde Butr. & Dom. Abb. distinguunt, vt Barto. in dicta l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. de qua distinctione facias duos casus principales.

Primus est, quando absentes non habent vocem in electione, & absque dubio non sunt vocandi, facit ad hoc cap. quia propter, de elect.

Secundus casus est, quando habent vocem, & in hoc facias tres casus.

Primus est, quando sunt absentes ex necessitate precedenti culpa sua, vt puta, quia propter delictum fuerunt expulsi a ciuitate, vel relegati, & non sunt vocati. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin. facit 32. diu. cap. præter.

Secundus casus est, quando sunt absentes sine culpa, puta propter timorem tyranni non audent venire ad ciuitatem, vel regnat pars contraria, & tunc siue negotia sint leuia siue graua, ad hoc vt præiudicetur absentibus, & vt valeat actus, debent ire presentes ad forinsecos, aut saltem eos vocare, vt mittant procuratores, 63. distinc. quanto. notat Innocen. in dicto cap. 2. de noui oper. nunciatio. vbi vide, quia ponit plura pulchra dicta, & vide eundem Innocen. in cap. bonæ memoriæ, de elect.

Tertius casus est, quando detinentur sola voluntate, & regulari absentes non sunt vocandi, vt dicit Bart. in dicta l. omnes populi, facit d. capit. hoc ius porrectum. sed dicit D. Abb. quod excipiendi sunt tres casus, quos ponit glo. in dicto cap. presentium. vel quando est casus grauis preiudicij. Et ex prædictis infert Dom. Abb. quod alienatio rei ecclesiasticæ non est adeo magni preiudicij vt vocentur absentes, & dicit, quod ex hoc potest sumi instructio, quando dicatur casus multum præiudicialis, quasi velit dicere, quod non sufficit casus præiudicialis, ad hoc vt vocentur absentes, nisi sit multum præiudicialis. Sed Bald. hic dicit, quod ideo in dictis tribus casibus exceptis per glo. in dicto cap. presentium, vocandi sunt absentes, quia in eis quodammodo pender pars status ecclesiæ, vt in cap. si canonici, de offic. ordin. in 6. Item dicit Bald. quod in quantum glo. dicit, quod in electione debeant vocari absentes debet intelligi in electione, quæ tribuit ius & titulum, seu in electione iconomi vel guardiani, qui possunt remoueri ad libitum voluntatis statuendum, sicut procuratoris. l. nulli. & l. planè. & l. sicut. §. j. ff. quod cuiusque vniuer. nom. & ad prædicta dicit multum facere. l. j. C. de vendi. re. ciui. lib. 11. Item Bald. dicit se addere alium casum ultra casus enumeratos per glo. in dicto cap. presentium, scilicet quando agitur de alienatione magnarum rerum, vt in l. iubemus nulli. C. de sacrosan.

eccles. puta nobilium Grangiarum, quæ æquiparantur causæ status. l. propter litem. ff. de excusatio. tuto. In alijs verò alienationibus, quæ sunt tolerabilis præiudicij presentes, qui sunt in eodem territorio sunt citandi, vt dicto c. hoc ius porrectum.

Sed tu aduerte, quia glo. & Bart. in authen. hoc ius porrectum, C. de sacrosan. eccle. & etiam Bald. ibi tenent indistincte, quod in alienatione non sunt vocandi absentes, & idem tenuit glo. in corpore, vnde sumitur illa authen. & glo. & Archidia. 10. quæst. 2. hoc ius porrectum. & vide glo. in c. cum inter vniuersos, de elect. in 4. glo. quæ videtur sentire, quod in alijs negotijs, quàm electionis non vocentur absentes, quam glo. sequitur ibi Butr. & expressè approbat opinionem glo. in dicto cap. presentium. quæ dicit, quod in tribus tantum casibus vocantur absentes, & pro hoc facit optimè cap. fin. infra de maiorit. & obedien. vbi agebatur de negotio arduo, & tamen soli presentes vocantur. Sed Butr. in dicto cap. licet, de electio. respondet ad illum tex. quod illud processit propter mandatum Papæ, quia Papa expressè voluit tantum presentes vocari, & non absentes. sed ista responsio non est bona, quia illud mandatum debet intelligi esse factum secundum ius commune, non autem contra regulas iuris, & pro hac opinione facit glo. in cap. 1. in glo. penult. de his quæ sunt à maiori parte capit. quæ dicit, quod absentes non sunt vocandi, nisi quando agitur de præiudicio particulari ipsorum absentium, & Ioan. de Imo. hic in 8. col. dicit, quod opinio glo. in dicto cap. presentium, communiter tenetur. pro hac facit, quia quando agitur de alienatione rei ecclesiasticæ, tractatur de re ma. præiudicij, & tamen non vocentur absentes, vt dicto cap. hoc ius porrectum, iuncta glo. & dicit, quod Dom. Cardinalis sequitur opinionem glo. in dicto cap. presentium, & dicit, quod in foro canonico seruaretur gl. præleg. & remittit se ad dicta per ipsum, de his quæ sunt à maiori parte capit. cap. 1. & hæc sufficiant circa tertium articulum, scilicet an absentes sint vocandi.

- 43 Venio ad quartum, scilicet an consensus debeat præstari in communi. & glo. ista tenet, quod sic. sed glo. in cap. 1. in verbo, tractatus, de rebus eccle. non alien. in 6. tenet contrarium. Dicit, quod vbi præcessit tractatus & deliberatio super alienatione faciendâ, valet consensus singulariter præstitus. sed Doctor. communiter reprobant illam glo. & sequuntur istam, & Innocen. in cap. auditis. & in cap. in Genesi, de elect. sequitur istam glo. quam etiam sequitur Ioan. Calde. & Dom. Cardin. Butr. & Ioan. de Imo. & D. Abb. dicentes, quod Doctores moderni communiter sequuntur istam & reprobant illam: nam aliàs non esset differentia inter actum collegij, & actum priuatum. vnde notabilis glo. in l. sicut. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. dicit, quod si omnes homines ciuitatis essent in platea, & aliquid facerent, non diceretur ille actus factus ab vniuersitate, sed a singulis: quia ad hoc vt dicatur actus gestus ab vniuersitate, necesse est, quod fiat conuocatio collegij more solito, & quod ibi fiat conclusio. adde etiam Barto. in l. omnes populi, in 5. col. ver. tertio quæro. ff. de iusti. & iure. vbi dixit, quod si omnes de populo consentiant separatim in domo sua, & hoc constet publico instrumento, non valet talis consensus, per l. 2. C. de decur. lib. 10. & per cap. in Genesi, de elect. dicit tamen, quod hoc fallit in consuetudine, quæ consistit in facto. l. de quibus, ff. de legib. & est ratio, quia pluralitas actuum succedit loco talis adunationis, adde etiam Barto. in l. per fundum, ff. de seruitu. rustico. prædio. vbi dicit, quod si minor pars fuit in collegio, & statuit certum quid, & postea maior ratificet extra collegium, non valet ratificatio, idem tenet in l. prima, §. primo. ff. de magist. conuenien. idem tenet Ange. in l. & suum hæredem, §. hodie, ff. de pactis. vbi dicit, quod si maior pars capituli aliquid facit, & minor pars vult postea ratificare, ratificatio est faciendâ capitul. riter. Plus dixit Barto. in dicta l. omnes populi, quod etiam in spectantibus ad singulares personas, si maior pars præiudicat minori, consensus est præstandus in communi, non autem singulariter, vt est textus notabilis in l. & suum hæredem. ff. de pactis, vbi Barto. ibi idem dicit. & ratio, quia ex quo ex dispositione iuris statuitur dispositioni maioris partis, debet maior pars vocare minorem, vt sic possit minor pars trahere maiorem in suam sententiam, simile est in litem si vnus, ff. de arbitris. & in capitulo secundo, de arbitris, in sexto. & dicit Dominus Abbas, quod per hoc dictum solet impugnari opinio Canonistarum, qui dicunt, quod patroni possunt præsentare singulariter, nam cum maior pars patronorum præualeat præsentationi minoris partis, vt in capitu. tertio, de iure patronatus, debet minor pars vocari secundum theoreticam prædictam. sed dic, quod Ioan. And. in dicto capitu. 3. de iure patronatus, distinguit, quod aut præsentatio pertinet ad collegium, & tunc requiritur maior pars collegij, vt in dicto c. in Genesi, de electio. aut pertinet ad plures tanquam singulos, vt communiter Alex. de Neuo super j. Decret. C 3 sunt

Alex. de Neuo in primum Decretal.

sunt laici habentes ius patronatus & tunc sufficit maior respectu aliarum partium, & sic intelligit illum tex. & communiter sequuntur Doct. & hoc etiam sequutus fuit Feder. consil. l. i. 27. & Paul. & D. Domin. in c. sicut, de elect. & ista opinio tanquam communis est tenenda. Limita tamen ea quæ supra dixi duobus modis.

Primo modo, quando agitur de confirmatione actus, qui potest impugnari ratione contemptus. verbi gratia, aliqui non fuerunt vocati ad electionem, vel ad alium actum, isti post actum factum ipsis non vocatis facere retractari ratione contemptus, sed si volunt possunt actum factum ipsis non vocatis confirmare seu ratificare, ut in cap. quod sicut, de elect. certè hoc casu non requiritur, quod confirmatio fiat in capitulo, sed sufficit ratificatio singulariter facta per illos, qui non fuerunt vocati, & hoc satis videtur probare dictum cap. quod sicut, & firmat Bald. in l. & suum heredem, §. hodie, ff. de pact. vbi dicit, quod quando agitur de aliquo actu faciendo, capitulum debet conuenire in vnum, quia est de forma substantiali capituli, ut omnes simul conueniant, & allegat istam glof. quam dicit esse notandam. dicit tamen, quod si actus capituli poterit impugnari ratione contemptus, potest purgari vitium per singulos contemptus: non enim ex hoc fundatur actus, sed solum remouetur obstaculum, & tales contempti veniunt accumulatiue, & hoc no. pro limitatione istius glof. & Doctor.

Secunda limitatio est, quando Papa mandaret aliquid consistens in facto, puta, si Papa mandat illum cui contulit canonicatum recipi in canonicum per capitulum: talis enim receptio consistit in solo facto, ex quo collatio est facta per Papam, unde quilibet poterit singulariter ipsum recipere, & sic in eum consentire, & hoc voluit Innocen. & Ioann. And. & communiter Doct. de rescript. eam te. vbi dicitur. Et ex hoc inferunt Butr. & Ioan. de Imo. tan si Papa mandat maiorem partem canonicorum consentire iusticiat. consensus sigillatim præstitus, de quo per Hostien. in summa huius tit. §. quando, verfic. quid si Papa. unde in hoc facias tres casus seu conclusiones.

Primus est, quando Papa mandat maiorem partem capituli consentire, & tunc exigitur, quod capitulariter consentiat, secundum Host. vbi §. & Butr. hic. sed hoc limitat Io. de Imo. quando est t. consensus facti, ut puta, si Papa mandaret capitulum consentire post iam cancellatum ius: tunc enim sufficeret consensus singulariter præstitus, ut voluit Innoc. & Ioan. And. in dicto cap. eam te.

Secundus casus est, quando Papa mandat, si maior pars canonicorum consenserit, & tunc Hostien. vbi supra, & Butr. & Ioan. de Imo. hic dicunt, quod sufficiat consensus singulariter præstitus, secus in casu præcedenti, scilicet quando dicitur si maior pars capituli consenserit, nam tunc Papa videtur sensisse de collegio: ideo tunc requiritur, quod collegiatus consentiat, secus quando dicit, si maior pars canonicorum consenserit: quia tunc non videtur habere respectum ad collegium, sed potius ad canonicos. Aliud enim est collegium seu capitulum, aliud sunt singulares canonici, secundum iuris in teilectum, l. 2. quæstio. 2. qui manumittitur. Sed aduerte, licet Hostien. & Butr. & Ioan. de Imo. hic sequantur hoc, tamen videntur tex. in contrarium, iuncta glo. 2. in cap. si canonici, de offi. ordin. in 6. & ibi D. Domin. in primo notabili dicit, quod iste tex. cum glo. facit contra theoricam Oldra. qui dixit, quod si in mandato dicitur, si canonici fecerint, etiam necessario non includitur, quod omnes vel maior pars fecerit: secus si dicat, si capitulum fecerit, quia tunc videtur includere totum. sed D. Domin. dicit, quod illud dictum reprobatur per tex. in dicto cap. si canonici, iuncta glo. 2. & forte istud est verius per quod etiam videtur reprobari dictum Hostien. & Butr. & Ioan. de Imo. hic. nisi dicas concordando opiniones, quod aut apparet de mente vel subiecta materia suadet, quod appellat. one canonicorum, venit totum capitulum, & tunc appellat. one canonicorum, venit totum capitulum. ita intelligatur dictum cap. si canonici, iuncta glo. 2. Aut de mente non constat, nec subiecta materia hoc suadet, & tunc appellatione canonicorum non debet comprehendere totum capitulum, sed singulares canonici, & hoc modo procedit opin. Hostien. Butr. & Ioan. de Imo. & dictum Oldr. quod recitat Dominus Domin. in loco præalleg. & tenebis illud perpetuo menti. ex quo habes, quod si dicatur, si canonici hoc fecerunt, vel si canonici consenserint, non requiritur, quod omnis vel maior pars consentiat vel faciat, sed sufficit, quod aliqui consentiant vel faciant, secus si dicatur, si capitulum fecerit, vel consenserit: quia tunc requiritur totum capitulum, quod tene perpetuo menti. Crederem tamen, quod hoc ultimo casu, sufficeret maior pars capituli, quia quod facit maior pars, totum fecisse videtur. l. quod maior. ff. ad municipa. & l. aliud.

§. refertur. ff. de reg. iur. & hic in glof. & in cap. non potest iuncta glof. de re iudicata. Et ex præallega. notab. dicto Oldra. habes, quod si Papa mandat aliquem immitti in possessionem beneficii si canonici consenserint, non requiritur quod maior pars consenserit, sed sufficit quod duo, vel tres consentiant. Item non requiritur, quod consensus præbeatur in capitulo, sed sufficit consensus separatum præstitus, quod tene menti.

Tertius casus est, quando mandatur aliquid fieri, non obstante contradictione minoris partis, & sic non fit mentio nec de canonicis nec de capitulo. & in hoc casu Hostien. in loco præallegato non videtur decidere quid iuris. sed Butr. & Ioan. de Imo. dicunt, quod debet attendi qualitas eius quod mandatur, scilicet an spectet ad capitulum, ut capitulum, & tunc censetur mandatum factum capitulo tanquam capitulo, aliàs censetur mandasse singulis canonicis: quia verba debent intelligi secundum subiectam materiam, l. si uno, in principio. ff. locati. & in capitu. solitæ, de maiortate & obedientia. facit quod notat Innocen. & Ioann. Andreas in dicto cap. eam te. de rescript. & istud etiam sequitur Ioannes de Imo.

In glof. 2. & 3. contra ipsas opponitur, quia per istam regulam, quod quisque iuris, quod canonici antiqui deberent stare statuto, quod fecerant, scilicet quod nec ipsi perciperent fructus in absentia, nec etiam haberent vineas: non autem debuisset concludi statutum non valere, prout litera ista videtur velle, ut supra dixi. Innoc. soluit tribus modis.

Primo, quod statuentes non fuerunt vsi hoc statuto, nam ad hoc ut habeat locum regula, quod quisque iuris, &c. necessarium est, quod effectus sequatur: quia verba accipienda sunt cum effectu. l. j. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iuris. & de poenitent. distinc. 1. §. hæc autem verba. facit de cler. non resident. relatum. & sic videtur velle Innocen. quod non sufficiat statui vel impetrari ius iniquum, nisi ipso iure vtatur. sed istud videtur esse contra rex. in l. si quis iniquum. ff. quod quisque iuris. vbi dicitur, quod si quis impetrauerit ius iniquum, licet non vtatur ipso, cogitur vti eodem iure, nec est locus penitentia. Innocen. ponit aliam solutionem dicens, quod illud edictum, quod quisque iuris, habet locum vbi lex seu dispositio tenet, ut dicta l. j. §. hæc autem verba. sed hic statutum non valebat, quia canonici non poterant statuere sine Episcopo, ut infra de consuetud. cum consuetudinis. Hoc intellige, nisi de facto vsus fuisset, tunc enim cogeretur vti eodem iure, etiam si impetratio vel statutum non valeat, vbi dicit Barto. in d. c. l. j. ff. quod quisque iuris. facit cap. nuper, de bigam. Sed dicit Ioan. de Imo. quod non videtur litera conuenire, quia in litera non fit mentio de defectu consensus Episcopi. Sed tu dic, quod istud statutum non valuit, quia erat iniquum in se, ut supra dictum est: & ideo non debebant cogi antiqui canonici vti eodem iure, nisi fecissent novos canonicos seruare dictum statutum, & sic de facto ipso fuissent vsi, tunc enim debuissent cogi vti eodem iure: tamen hoc non apparet, quod noui canonici seruauerint dictum statutum, immo ex tex. tollitur contrarium.

Tertia solutio Innocen. est, quod hoc non fuit petitum, ut canonici antiqui seruarent dictum statutum, ideo Papa non mandauit hoc fieri, de electio. innotuit, in fine. & l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto. Sed Hostien. non placet hæc solutio, per cap. cum venissent, de institut. ad finem. vbi videtur, quod Papa debet supplere de facto, licet non sit petitum. Sed dominus Cardinalis dicit, quod dictum capitulum non facit contra solutionem Innocen. quia illud fuit factum ibi non præiudicaretur ecclesie: sed quod hic seruaretur antiqua consuetudo, quæ habebat, quod perciperent fructus in absentia non erat in præiudicium ecclesie, cum consuetudo habeatur pro lege, de consuetud. cum dilectus. Sed Butr. & dominus Cardinalis dicunt, quod rationes hic posite in litera non ponuntur, nisi ad inferendum & ostendendum iniquitatem statuentium, & quod non esset standum constitutioni in forma in qua erat, & per consequens, quod non valet, & ista solutio est melior, cum qua etiam transit hic Ioan. de Imo. Et ex prædictis habes regulam cum duabus limitationibus. Regula est, quod quis debeat vti eodem iure, quod in alium statuit seu impetrauit, etiam si illo iure vsus non esset, ut in l. si quis iniquum, ff. quod quisque iuris.

Ex quo inferitur, quod si quis impetrasset ius iniquum, puta, quod non teneatur soluere creditoribus vsque ad decem annos, tenetur vti eodem iure, etiam si statim renuntiaret impetrationi, & hoc sequitur ibi Guliel. de Cuneo in 2. quæstio. & Bal. & Paul. de Cast. ibi, dummodo rescriptum sit præsentatum coram iudice, nam ante præsentationem potest impetrans liberè resignare, ut notat Innoc. & Doct. in cap. ex conquestione, de restit. spoliat.

Sed

- 52 Sed ista regula fallit primò, quando impetratio non tenet: quia tunc non cogetur vti eodem iure. l. j. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iur. & infra de cleri. non resid. relatum. & de pœnitent. distinc. 1. §. hæc autem verba. quod tamen debet intelligi nisi de facto vltus fuisset: quia tunc deberet fieri contra eum retorquutio, ac si impetratio iuris iniqui valuisset, vt voluit Bart. in d. l. j. ff. quod quisque iur.
- 53 Ex quo infert, quod si iudex admisit instrumentum non solenne quo ad probationem punietur, non solum quia facit lite in suam, sed etiam ex edicto, quod quisque iuris: quia si instrumentum in alia causa producitur contra eum, non poterit opponere quod non sit solenne, ita dixit notabiliter Bald. in l. super chirographarijs. C. si cert. peta. Ex hoc etiam infertur, quod si Doctor consuluit in aliqua causa, quod in alia causa consilium suum producitur contra eum tenetur stare suo consilio. ita dicit Ange. in d. l. j. ff. quod quisque iur. Sed Pau. de Cast. hoc intelligit quando consilium fuit decisivum, id est habuit vim sententiæ. verbi gratia, quia statutum disponit, quod causa committatur consilio sapientis, & quod iudex teneatur sequi consilium, alias non teneretur vti eodem iure.
- 54 Ex hoc etiam infert Bart. in d. l. j. quod si Potestas fecit hominem decapitari vbi debebat imponere pœnam pecuniariã, debet puniri eadem pœna, de quo tamen dic vt ibi per Docto. vbi etiam Bald. dixit, quod si Potestas condemnauit ad mortem pro vulnere, si postea ipse vulnerat aliquem debet etiam ipse condemnari ad mortem. Possent etiam inferri ad alias quæstiones, de quibus vide in præalleg. l. j. & per Bald. in rubr. C. de pœna iud. qui malè iudic. & in l. decuriones, C. de quæst. & per Sali. in l. fin. C. de pœ. iudi. qui malè iudi.
- 55 Secundò fallit, quando pars non opponit seu non petit, quod cogatur vti eodem iure: nam iudex non potest ex officio supplere, nisi concerneret fauorem ecclesiæ, vt in c. cum venissent, de instit. & est theoricæ Innoc. in c. ad nostram, el. 2. j. de iure iur. vbi dicit, quod iudex non potest ad commodum priuati supplere, nisi concerneret fauorem ecclesiæ.
- 56 Tertio fallit, quod quando quis non impetrasset ius iniquum, sed superior proprio motu concessisset, puta, si Princeps proprio motu concessisset alicui priuilegium, quod non posset a suis creditorib. molestari vsque ad decem annos. nam hoc nõ obitante poterit ipse conuenire suos debitores, nec cogetur vti ipse eodem iure, & de hoc est text. in d. l. si quis iniquum. ff. quod quisque iur. Ex quo infertur, quod vbi punitur impetrans priuilegium vel gratiam non incurrit pœnam, si superior proprio motu concessit. Item si dicit statutum, quod non valet exemptio seu immunitas a collectis vel ab alijs muneribus, debet intelligi, si superior proprio motu concessit. & de hoc est bon. tex. in l. j. C. de pet. bono. subla. lib. 10.
- 57 Vtrum autem in dubio præsumatur concessio facta motu proprio, dic quod non, nisi sit expressum in literis, vt in c. si motu proprio, de præb. in 6. & per Bart. in d. l. j. C. de pet. bono. subla. & per Doct. Moder. in d. l. j. ff. quod quisque iur.
- In glo. in verbo, coæquetis. Innoc. hic Ioan. Andr. & Docto. distinguunt dicentes, quod aut apparet aliqua consuetudo præscripta in ecclesia, & illa est seruanda, facit quod habeatur in c. cum directus, de consuet. Aut non apparet consuetudo, vt quia quandoque fuerunt beneficia paria, quandoque imparia, vel ecclesia est de nouo constructa, & hoc casu dicit Doct. quod aut loquimur de his quæ proueniunt ex communi cellario pro victu quotidiano, & tunc tantum habeat vnus quantum alter, & tantum clericus quantum presbyter, & hoc fortè, quia alias posset esse scandalum, quod debet evitari. Item secundum Butr. interdum comedit tantum minor quantum maior, immo interdum plus, & ideo quantum ad victum omnes debent esse pares. Aut loquimur de alijs quæ dantur pro indumentis, & tunc Ioan. Andr. & Doct. dicunt, quod datur plus vni, quam alteri iuxta merita personarum, & iuxta ordinem seu qualitatem ipsarum, facit quod habeatur in cap. statumimus, de maio. & obed.
- Non obstat 16. quæst. 7. cap. 1. vbi dicit, quod non est exhibendū vnicuique personæ honorabilius: vnde alijs scrupulosa corda moueantur, quia debet exponi, id est propter quod notabiliter moueri debeantur.
- Non obstat etiam iste tex. dum mandat omnes canonicos coæquari, quia debet intelligi in habendo vel non habendo fructus in absentia, non autem in quantitate beneficiorū, ita transeunt communiter omnes Doct. excepto D. Abb. qui dicit idem dicendum esse in victualibus, quod in vestimentis: quia secundum qualitatem personarum est faciendâ differentia inter cibos, quia plerumq; aliqui sunt magis delicati, quam cæteri. 41. distinc. non cogantur, & allegant glo. 10. quæst. 11.
- 61 Episcopus. quæ dicit, quod victualia sunt danda secundum qualitatem personarum, per d. c. non cogantur, allegat etiam tex. not. in l. sed si quis. §. j. ff. de viufruc. vbi dicitur, quod fru-

tuarius debet alere mancipia secundū dignitatem cuiusque, per quem tex. Nico. de Neapo. dixit, quod meliora cibaria sunt præstanda famulis Cardinalium, quam famulis Episcoporum, & per illum eundem tex. glo. not. in capitu. conquerente, de cleri. non resident. quod beneficium dicitur sufficiens attenda nobilitate & scientia personarum habentium beneficia: quia tales personæ sunt honorandæ maioribus redditibus, allegat etiam D. Abb. tex. in c. cum ad monasterium, de statu monac. vbi patet, quod monachi debiles vel delicati debent habere deliciores cibos. Sed potest dici concordando opiniones, quod aut loquimur in monasterio religiosorū, & tales debent vti eisdem cibis, vt in cap. quoniam, de vita & honest. cler. licet quantum ad vestimenta debeat vnus habere vestes melioris panni quam alij, nisi regula vel conuenticio contradicat: vnde dixit Bald. in d. l. sed si quis, §. j. quod Abbas debet esse melius indutus quam monachi, & melius magister in Theologia quam alij fratres, quod intelligas dummodo habitus sit eiusdem coloris, vt in cap. Deus qui, de vita & honest. clerico. clem. j. de elect. & 16. quæst. 7. in noua actione. & quod ibi not. glo.

Non obstat c. cum ad monasterium, de statu regul. quia ibi dicitur de debilibus & delicatis: talibus enim dantur cibi magis delicati, vt subueniatur eorum debilitati. Aut nos loquimur in ecclesijs secularibus, & tunc potest procedere opinio D. Abb. scilicet quod cibaria sunt danda secundum conditionem personarum, & hoc modo debet intelligi glo. in d. cap. si Episcopus, 10. q. 2. & quod not. gl. in d. c. conquerente, de cler. non resi. & hoc modo concordantur opiniones: tamē de consuetudine contrarium seruatur, vt si præbendæ non sint distincte, tantum vnus habeat quantum alter. si verò sunt distincte, reperitur vna esse pinguior alia, in redditibus verò qui percipiuntur de communi, tantum vnus habeat quantum alius, & ideo Doct. debent intelligi, prout loquuntur, nisi consuetudo contraria reperiat, & hæc sufficiant circa istam glo.

- 62 In glo. vlt. no. bene glo. ex qua habes, quod valet consuetudo, quod vnus recipiat fructus in absentia, & idem tenet gl. in cap. fin. in verbo, fructibus, de rescrip. in 6. hoc tamen intelligas in beneficijs simplicibus, nam in beneficijs curatis non valet consuetudo, vt recipiat fructus in absentia, vt dicit hic Ioan. de Lign. per cap. licet canon. de elect. in 6. licet certo casu possit dispensari in beneficijs curatis, vt quia recipiat fructus in absentia deseruendo per vicarium, puta quando est absens causa studij. cap. cum ex eo. de elect. in 6. idem tenuit Archidia. 31. distinc. sacerdotibus. & D. Domin. & Ioan. de Imo. in dicto cap. fin. super glo. præall. in verbo, fructibus, de rescrip. in 6. & idem sequitur hic Ioan. de Imo. & communiter Docto. & D. Abb. in c. relatum, j. de cler. non resi. In beneficijs autem simplicibus valet consuetudo, vt quis recipiat fructus in absentia, ita debet intelligi glo. ista, & in d. c. fin. sed Butr. hic dicit, quod debent concurrere tria ad hoc vt valeat consuetudo in beneficijs simplicibus. Primò, quod sint præbendæ modici valoris, ita quod non possit ibi bene residere. Secundò, quod deseruiat per vicarium, vt voluit Hostien. & communiter Docto. Tertio, quod sit talis clericus, qui sit utilis ecclesiæ, puta in consilijs vel in alijs actibus. facit quod not. Ioan. Andr. in cap. extirpandæ, §. qui verò. & in cap. ex parte, de præben. Fatetur tamen, quod in quotidianis distributionibus non valet consuetudo, vt in cap. vnico, de cler. non resid. in 6. Sed D. Cardi. hic dicit, quod generalis consuetudo disponit, quod beneficia simplicia non indigent residentia, allegat quod not. in cap. gratia, de rescrip. in 6. & in clem. gratiæ, eod. tit. & pro hoc videtur voluisse sentire, vt dicit Ioan. de Imo. quod tenet consuetudo, vt in beneficijs simplicibus percipiuntur fructus in absentia, etiam si non deseruiat per vicarium. Ipse verò dicit, quod hoc potest procedere, si est absens iusta causa. Item & secundò, quod ecclesia non patiat defectum in ministris. Item & tertio, quod præbendæ sint tenues, per istum text. & per id quod notat Ioan. Andr. in dicto cap. extirpandæ, §. qui verò. Item & quarto, quod nõ sit rector alicuius ecclesie: quia dato, quod non esset curata, non valeret consuetudo de percipiendo fructus in absentia, nisi deseruiat per vicarium. & dicit, quod hoc satis fuit de mente Ioan. de Ligna. Sed D. Abb. hic, & in cap. relatum, de cler. non resid. & in cap. extirpandæ, §. qui verò, de præben. tenet, quod valet consuetudo, vt quis recipiat fructus in absentia, etiam non deseruendo ecclesiæ per vicarium, dummodo non sit magnum præiudicium ecclesiæ, nam quilibet clericus deseruit ecclesiæ generali, vt notat Innocen. in cap. cum iam dudum, de præben. nam olim sine aliquo seruitio personali dabantur redditus ecclesiarum clericis indigentibus, vt duodecima quæstione prima, videntes. secus si ecclesia pateretur defectum in ministris: quia tunc procedit opinio Hostiensis & sequacium, & istam opinionem etiam sequutus fuit Ioan. de Imo. in dicto cap. fin.
- Alex. de Neuo super j. Decret. C 4 de reicr.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

de rescript. in 6. vbi tenet, quod valet consuetudo, quod quis non teneatur deseruire per vicarium de beneficijs simplicib. nisi ecclesia patiatur defectum in ministris. Sed D. Domin. ibi super gl. prall. tenet contrarium, quia beneficium datur propter officium: vnde non valet consuetudo tollens illud quod est inductum pro substantia beneficij, arg. eorum que no. gl. in c. 2. de cōsue. in 6. Ex quo cōcludit, qd indistinctè nō valet consuetudo, quod tollatur seruitium saltem prestandi per substitutum, & pro hoc allegat tex. in c. em. ne in agro. §. sanè, el. 2. de statu monac. vbi patet, qd non valet consuetudo, quod monachus non resideat in beneficijs manualibus etiam non curatis. Sed ego dicerem sic, qd aut sunt ecclesie vel capellæ, & hoc casū non valet consuetudo, qd quis non teneatur deseruire per vicarium: quia ecclesia seu capella priuaretur seruitio ministris: aut sunt beneficia simplicia, in quibus propter absentiam ecclesia nō patitur defectum in ministris: nam absente vno canonico alij sunt presentes, qui dicunt officium, sicut si ille esset præfens, nam non dicuntur nisi semel horæ diurnæ, siue sint decem canonici, siue octo, siue sex. est enim vnum officium, siue sint pauciores, siue plures: vnde hoc casū valet cōsuetudo, qd non teneatur deseruire ecclesie per vicariū seu substitutum, nisi adeo pauci seruirent ecclesie, qd diminueretur diuinus cultus, vt d. c. fin. de rescript. in 6. Tene tamen menti vñū notabile dictum Innocen. in cap. ex tua, de cler. non resid. vbi dixit, qd licet beneficium non requirat residentiam, si tamen beneficiatus vagaretur per mundum, non reciperet fructus in absentia, immo vagatio est iusticiens causa priuationis, vt in cap. non oportet, 2. quæst. 1.

65 Item no. bene verba D. Card. de quibus supra dixi. s. dum dicit, qd est consuetudo generalis, quod beneficia simplicia non requirunt personalem residentiam. idem etiam dicit D. Card. & Io. de Imo. in c. ex tua, seu in c. fin. de cler. non resid. idem tenet Lap. allegat. 36. & alleg. 116. & 117. in quibus dicit, qd capellæ possunt simul retineri cum beneficio curato sine aliqua dispensatione, quia non requirunt personalem residentiam. Immo plus dicit, qd etiam si testator mandaret diuina officia celebrari pro anima sua, & suorum mortuorū, et si dicitur, qd missa celebretur singulis diebus pro anima ipsius defuncti. Item si dicatur in testamento, qd testator mandauit eligi vnum presbyterum per suos commissarios, qui debeat officiare dictam capellam. Itē si reliquit dicto presbytero, qui resideret in dicta ecclesia, vt ipsam officia singulis annis xl. qd nihilominus potest retineri cum beneficio curato sine aliqua dispensatione: quia de consuetudine potest in capella deseruire per vicarium. Ego tamen alia habui de facto, sed in testamento cauebatur, qd relinquebat xxxvj. ducat. presbytero, qui celebraret singulis diebus in dicta capella. Item legauit ducat. vi. singulis annis presbytero, vt conduceret vnam domum in parochia in qua habitaret, donec per suos commissarios emeretur domus in ipsa parochia, & presbyter qui obtinuit dictam capellam postmodum impetrauit ecclesiam parochialem, & obtinuit ecclesiam & parochiam sine aliqua dispensatione, deseruendo tamen capellæ per vicariū; non tamen habitauit in ipsa parochia: consensit, qd non potuit vtrāq; retinere, scilicet ecclesiam & capellam sine dispensatione, propter illa verba testamenti, reliquit xxxvj. ducat. presbytero, qui celebraret in capella singulis diebus: nam relatiuum, quis vel qui, positum sine copula, stat restrictiuè, vt in l. ea tamen. ff. de leg. 3. & ibi per Barto. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. legauit ergo illos xxxvj. ducat. illi presbytero, qui celebraret singulis diebus, ergo celebrans per substitutum non satisfacit, quia non seruat modum seu conditionem, sub qua est factum legatum, qd cum modus sit implendus in forma specifica. l. quibus diebus, §. Terminus, ff. de cond. & demon. & ibi per Bart. vnde sicut non implens conditionem priuatur legato, ita non implens modum, vt ibi dicitur, & in l. 1. & 2. C. de his que sub modo. Itē ex quo testator mandauit vt habitaret in parochia, videtur voluisse ipsum facere residentiam personalem: qd nam clerici qui tenentur ad residentiam, tenentur habere habitationem iuxta ecclesiam, vt in c. necessaria, 1. 2. quæstio. 1. & 2. dist. præter. ibi, iuxta ecclesias, sicut oportet religiofos clericos, simul manducet & dormiant. vnde ibi D. Domin. dicit, quod clericus non dicitur residere, si habet habitationem suam remotam ab ecclesia. Hinc est, qd quod Episcopus debet habere domum propinquam ecclesie, vt in c. Episcopus vitem, 4. distinc. vbi etiam D. Domin. dicit, quod habentes domos remotas ab ecclesia, non dicuntur facere residentiam: nam Episcopus nisi impediatur infirmitate vel alio iusto impedimento, tenetur interesse Dominicis diebus in ecclesia cathedrali in diuinis officijs, vt in cap. Episcopus si infirmitatem, de consecr. distinc. 3. & hoc tene menti, quia hoc non reperies ita declaratum per aliquem scribentem.

66 Sed quæro circa prædicta, nunquid valet statutum, quod

absentes recipiant fructus in absentia quando beneficia sunt simplicia. & glof. in d. c. fin. in verbo, fructibus. de rescript. in 6. tenuit quod sic, per istud cap. Sed Ioan. de Imo. hic in si. tenet contrarium, quod tale statutum est contra ius: quia quodlibet beneficium de iure communi requirit residentiam, vt dicit ista glof. & probatur in c. conquente, de cler. non resid. sed Episcopus cum capitulo non potest statuere contra ius, vt in c. fi. de offic. archiepisc. & in cap. super his, de maio. & obed. Sed tu tene opinionem glo. præalleg. quam Doct. hic communiter sequuntur, & præsertim Butr. hic circa finem. & ista opin. probatur per istud text. nam isti canonici fecerant statutum, quod ipsi possent percipere fructus tam in absentia, quam in presentia, & tale statutum valuisse, nisi continuisset iniquitatem: quia disposuerunt, quod noui canonici non perciperent fructus, nisi residerent, & Innoc. & Doct. concludunt, quod valet statutum super non residentia, dummodo interueniat contentus Episcopi.

Non obstat contrarium, quia hoc est verum, quod Episcopus cum capitulo non potest statuere contra ius, nisi in casibus in quibus reperitur expressè permissum. sed hoc reperitur permissum per hoc cap. ergo &c. & istam opin. tene.

72 Extra glo. quæro, an maior pars capituli possit aliquid dare clerico eunti ad studium, intelligendo de clerico non misso a capitulo, propter ea que habentur in c. fin. j. de magist. vel redeuntia studio, puta, clericus est doctoratus, vel finiuit studiū in iure canonico, vel in Theologia, nunquid possit maior pars canonicorum aliquid dare de bonis communibus, vt sustentetur, vel pro simili causa, & nunquid minor pars tali possit contradicere Compo. dicit, quod quæstio est facta: nam si vertitur ibi utilitas, non obstat contradictio, diās secus. vult dicere, qd si clericus est utilis ecclesie, non nocet contradictio minoris partis, aliās secus. quæstio autem an sit utilis, vel non, consistit in facto, postea dicit sibi melius videri, quod cum res vniuersitatis non sint singulorum ipsa vniuersitas potest de ipsis disponere, sicut in alijs pijs operibus, vt in pauperibus alendis, 1. 2. q. 2. aurum. & in hospitalitate seruanda & similibus. ex quo concludit, quod non obstat contradictio minoris partis, vt in cap. fin. de his que sunt a maio. par. cap. Butr. autem hoc intelligit quando vellent dare de bonis communibus ipsius capituli: secus si vellent dare de bonis alicuius particularis præbende: quia tunc sine consensu illius non posset applicari utilitas ecclesie, vel alteri extrinsecæ utilitati. Hoc tamen limitat Ioan. And. in antiqua lect. in additio. quas fecit, scilicet nisi ageretur causa superflue præbende, quia tunc concedere talia in pium vsum esset concedere & expendere ad suum naturalem vsum per id quod habetur in d. c. aurum, 1. 2. quæst. 2. facit j. eo. cum M. in quantum ibi dicit de fructibus super excrecentibus. Posset etiam queri qd an capitulum possit per suū statutum creare perpetuum officium in ecclesia, puta officium protectoris, quia habeat defendere ecclesiam absque consensu Episcopi, de quo vide Ioan. Calde. in hoc tit. in 2. consil. vbi per multas rationes concludit, quod non: & ibi etiam tangit, an statutum factum absque consensu Episcopi validetur interueniente eius consensu tacito vel expresso. Item qd an vacante sede possit capitulum minuere charitatum subsidium debitum ipsi Episcopo, vide Lap. alleg. 20. vbi concludit, quod statutum non valet, etiam si sit firmatum iuramento.

73 Tangunt etiam hic Ioan. And. & Doct. qd an vniuersitas secularis possit statutum facere, & quid si habeat rectorem, & an mortuo rectore succedat in iurisdictione, & an si populus habeat Potestatem vel Capitaneum possit sine ipso statutum facere. Item an vniuersitas possit facere statuta contra ius vel statuta pœnalia, de quibus quæstionibus vide hic Doct. præsertim Butr. & Ioan. de Imo. & Bart. & alios Doct. in dicta l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. dicam in c. seq. vbi etiam

74 D. Abb. tangit. Tangit etiam D. Abb. qd an in actibus collegij, vel vniuersitatis debeant duæ partes esse presentes, & an omnes sint vocandi ad vniuersitatem vel collegium, & per quem & an facta conuocatione, si veniat minor, vel ibi non sint duæ partes possint presentes actum explicare, & an valeat, de qua quæst. vide hic per ipsum in vlt. col. & per gl. & Doct. in cap. 1. de his que sunt a maio. par. cap. vbi etiam per Ioan. de Imo. & per Bart. in d. l. omnes populi, & per ipsum & Doct. in l. nulli. ff. quod cuiusq; vniuer. nom. & in l. quod maior. ff. ad munic. Sequitur cap. Quæ in ecclesiarum.

S V M M A R I V M .

- 1 Constitutio laicorum ecclesiam, seu eius bona non astringit.
- 2 Preces, per quem Principi porriantur, non referuntur. Fallit tamen, vt ibi.
- 3 Inopia non est iusta causa alienationis feudi, vel alterius rei alienari prohibita.

- 4 *Inops, quis*
 5 *Allegare probabiliter dicitur, qui probat, ubi inferitur.*
 6 *Statuto stante, quod in factis mercantia creditoris assertioni statetur, intelligitur & probationi.*
 7 *Populus civitatis potest facere statuta, modo aliis sint licita: valentq; tam iure poli, quam fori, num. 16.*
 8 *Statutum potestatem statuentium excedens, ipso iure est nullum.*
 9 *Statutum laicorum super rebus ecclesiasticis, etiam in quibus utile dominium ad ipsum pertinet, non valet, nec super eorum alienatione.*
 10 *Statuta quae dicantur esse contra libertatem ecclesiae.*
 11 *Statutum, quod laici possint bona sua alienare in personas ecclesiasticas, an valeat.*
 12 *Feudatarius an possit alienare feudum in ecclesiam.*
 13 *Constitutione cassata, an & effectus per prius editus reuocetur.*
 14 *Verba, liberam habeas facultatem, quid importent.*
 15 *Alienatio rei ecclesiastica non valet, nisi personarum legitimus consensus adsit, & quae in ea requirantur.*
 17 *Veniens contra statuta, mortaliter peccat.*
 18 *Vniuersitas, an possit facere statuta, & an vniuersitas secularis succedat in iurisdictione rectoris mortui, num. 25.*
 19 *Vniuersitas, an & quando possit statuta poenalia facere & se ad poenam per pactum obligare, num. 21.*
 20 *Statuentes an se obligare possint ad certam poenam.*
 22 *Populus, seu civitas, an possit facere statutum, per multos casus discutitur.*
 23 *Vniuersitas non recognoscens superiorem, omnia quae Princeps potest, & quantum Imperator habet potestatem.*
 24 *Francorum Rex superiorem non recognoscens, & alij Reges, omnia Principis iura in sua iurisdictione exercent, & an eius iura praescribere possint.*
 26 *Vniuersitas scholarium, vel pastorum, an possit statuere, & poenam apponere.*
 27 *Paupertatem incidenti praesertim sine culpa sua, an & quando sit subueniendum.*
 28 *Eleemosina malo homini in paupertate existenti, an & quando danda sit.*
 29 *Maximè dictio, quid importet.*
 30 *Captus culpa sua, an eleemosina redimendus sit.*
 31 *Eleemosina an sit de praecocepto.*
 32 *Pater si dederit dotem filiae, quae culpa sua illam perdidit, an teneatur iterum dotare, idem de legitima filio assignata, & an idem in alii mentis.*
 33 *Pater propter dilapidationem non perdit alimenta a filio praestanda.*
 34 *Statuto civitatis potest praedictari iuri tertij, & contra quod ius statuere, vel rescribere est solius Principis.*
 35 *Vasallus an cadat a iure suo, si feudum alienet.*
 36 *Vasallus potest vendere omnes redditus vsque ad nouem annos, sed non ad longum tempus.*
 37 *Vasalli duo vnus feudi paterni, quando alienarent vnus alteri, an valeat talis alienatio.*
 38 *Feudi dominus an possit solus infundare sine aliqua solennitate.*
 39 *Vasallus an possit alienare feudum domino irrequisito.*
 40 *Praelatis an possit alterare naturam feudi.*
 41 *Feuda ducimalia ad ecclesiam reuersa, an possint praelati amplius infundare.*
 42 *Feudum, & emphyteusis, an possint dari in dotem.*
 43 *Feudum an possit relinqui pro anima.*
 44 *Vasallus si ingrediatur monasterium, an monasterium succedat in feudo, quo ad uixerit ingressus.*
 45 *Vasallus an possit renunciare feudo inuito domino, ubi ad regulam ponuntur quinque limitationes.*
 46 *Recedere volens de villa post collectas impositas, an & quando liberetur a collectis impositis.*
 47 *Feudum an sit contractus innominatus, quando in inuestitura stipulatio interuenit.*
 48 *Iuramentum an obliget praesertim ad factum.*
 49 *Iuramentum intelligi debet secundum contractus materiam.*
 50 *Emphyteuta an possit renunciare emphyteusi inuito domino.*
 51 *Statutum, vel rescriptum contra ius diuinum, vel naturale, vel gentium, vel civile, an valeat.*
 52 *Statutum, quod bannitus possit impune offendi, an valeat.*
 53 *Occid. re animalia bruta sicut licitum est, in quantum ordinantur naturaliter ad ordinem, ita licitum est occidere malefactorem.*
 54 *Statutum disponens, quod bannitus, vel rebellis, &c. possit occidi, mutilari, &c. an valeat, ubi per conclusiones discutitur.*
 55 *Bannitus aliquis si sit, qui non soluit onera communis non impune occiditur, stante statuto quod bannitus impune occidatur.*
 56 *Statutum valet, quod contumax in causa capitali habeatur pro confesso.*
 57 *Reus ex sola contumacia, etiam ubi aliter de delicto non constat, ad mortem condemnari potest.*
 58 *Statutum concedens potestatem se vindicandi, & hostem occidendi per se, & non per alium intelligitur, & si dicat quod rancore vindicta possit, non valet idem de consuetudine dicendum.*
 59 *Occidens bannitum rancore vindicta, vel odio, mortaliter peccat.*
 60 *Bannitus an possit occidi statuto permittente impune eum offendi.*
 61 *Bannito, an quis possit furari stante statuto, quod ille possit impune occidi.*
 62 *Statuti verba dicentis, quod possit quis impune offendi, debet intelligi in re, & persona.*
 63 *Statutum, seu lex contra ius diuinum, quando valeat.*
 64 *Statutum disponens, quod mulier bannita possit impune adulterari, non valet.*
 65 *Furtum aliquando a iure permittitur, vel non committitur, vt necessitatis tempore, vel accipiendo tantundem rei ab eo, qui eam detinet.*
 66 *Offendere aliquem in persona si licet, an etiam res suas auferre, & quid in rebus hostium.*
 67 *Statutum laicorum, vt ex certis coniecturis quis conuincatur vsurarius, an valeat.*
 68 *Papa quomodo possit ius diuinum interpretari, contra quod venire non potest, nec contra statum vniuersalis ecclesiae.*
 69 *Rescriptum Papae, vel Imperatoris contra ius diuinum, an valeat.*
 70 *Statuti, vel rescribi contra ea, quae sunt de iure naturali, vel gentium, an possit.*
 71 *Imperator in his, quae sunt contra ius naturale, statuere non potest.*
 72 *Papa, & Imperator bona infidelibus sine causa auferre non possunt.*
 73 *Bona confiscatis venditis, si fiscus eorum dominus restituit in forma plenissima, emptores non tenentur reddere.*
 74 *Princeps bona alterius, dominiumq; alicuius sine causa auferre non potest, & si faciat, ei non est parendum, etiam si super hoc statuatur.*
 75 *Imperator vasallum feudo priuare non potest sine causa cognitione.*
 76 *Papae mandanti laico sibi non subdito temporaliter, quod alicui det rem suam, non tenetur obedire legitima causa non apparente.*
 77 *Pius Papa a Florentinis mercatoribus quinquaginta millia duc. mutuo accepit, quod Paulus successor satisfacere non teneretur.*
 78 *Statuendi, vel rescribendi contra ius naturale, vel gentium, quae dicatur iusta causa.*
 79 *Principes prohibentes subditis venari, excrucantes, vel mutilantes bonas res capientes lepores, vel huiusmodi contra eorum voluntatem, & quando peccent mortaliter, & an prohibere possint.*
 80 *Papa, vel Imperator, an possit rescribere contra ius civile, vel canonicum posituum.*
 81 *Princeps an peccet, qui sine causa non obseruat iura sua.*
 82 *Papa, vel Imperator, an possit tollere ius questum ex actu mercedi civili.*
 83 *Imperator an possit tollere ipsam actionem sine causa.*
 84 *Alio licet non oriatur ex pacto nudo de iure civili, tamen naturalis obligatio, quae ex pacto surgit, debet habere executionem.*

C A P. VII.

Væ in ecclesiarum. † Constitutio laicorum ecclesiam, seu eius bona non astringit, hoc dicit, vel sic, Constitutio laicorum non potest tribuere potestatem alienandi feudum, quod tenet ab ecclesia. Diuiditur in duas partes.

In prima decisè ponit tenorem constitutionis.

In secunda annullat constitutionem, & quod ex illa secutum est, secunda ibi, volentes.

2 Nota primo ibi, ad audientiam nostram peruenit, † quod non refert, per quem preces porrigantur Principi, concordat l. vniuersis. C. de precib. imper. offerē. hoc tamen fallit, quando tales preces essent porrectae ab excommunicato, quia tunc rescriptum non valeret, vt in cap. i. de rescrip. in vj. Item fallit in rescriptis ad lites, in quibus requiritur speciale mandatum, ita quod si rescriptum esset impetratum a non habente mandatum non valeret, vt in c. nonnulli, in fi. de rescrip. In rescriptis autem ad beneficia non refert, per quem preces porrigantur, quia valet rescriptum ad beneficia impetratum etiam sine mandato, vt dicit glo. in dicto cap. nonnulli, & in cap. ad au res, eo. tit. si tamen talis impetratio esset facta per haereticum non valeret, vt in capit. 2. §. ad hæc, de hæret. in vj. & ratio est, quia amnis haereticus est excommunicatus, vt in cap. excommunicamus, de hæret. sed impetratio facta ab excommunicato non valet, vt in dicto cap. j. de rescrip. in vj.

3 Secundo nota, † quod inopia non est iusta causa alienationis feudi, vel alterius rei quae prohibetur alienari, facit l. palā. §. non solum. ff. de ritu nup. ubi dicitur, quod non est ignoscendum ei, qui propter paupertatem turpissimam vitam agit.

4 † Quis autem dicatur inops. Ioan. And. dicit, quod ille dicitur inops, qui non habet in bonis quinquaginta aureos, vt in l.

A D D I T I O.

a Inops quis. Melius vide Dom. Domin. in ca. iura. §. dist.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

in l. nonnulli. ff. de accusat. canonizata. 2. quæstio. 1. prohiben-
tur. Sed dom. Cardin. dicit, quod ille dicitur inops, qui sic re-
putatur: nam in hoc attenditur vulgi opinio, vt in auth. præ-
terea. C. vnde vir & vxor. & per Bart. in l. si constante. ff. solu-
matrimonio.

- Tertio nota ibi, probabiliter allegaret. iuncto dicto Ioan.
5 And. † quod ille dicitur probabiliter allegare, qui probat, &
uide glo. no. in cap. non est. in verbo, allegat. de consuet. in vj.
per quam glo. dicit ibi Dom. Domin. quod si statutum dicit,
si aliqua pars certum quid in iudicio allegauerit, non posset
reprobari, per hoc non intendit, quod stetur soli assertioni,
nisi aliter probet, & allegat no. per glo. in clem. 1. in glo. fin. de
restit. in integ.
- 6 Et ex hoc inferitur, † quod stante statuto, quod in facto mer-
cantie stetur assertioni creditoris, debet intelligi allegatio-
ni, & probationi, quia ille dicitur allegare qui probat. & de
hoc etiam est tex. iuncta glo. in l. 1. in princ. ff. si qua. pauper. fe-
cisse dicatur, vt ibi in glo. in verbo, dicatur. supplet, & verum
fit, quasi dicat, quod non statur simplici assertioni, nisi de ve-
ritate constet, & hoc tene menti.
- 7 Quarto nota argumentum a contrario sensu, † quod popu-
lus ciuitatis potest facere statuta, dummodo alias sint licita,
de quo per Bart. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. & per Do-
cto. in cap. precedenti. & tangit etiam hic Dom. Abb. de quo
infra dicam.
- 8 Quinto nota, † quod statutum excedens potestatem sta-
tuentium ipso iure est nullum. pro hoc l. fin. ff. de iurisd. omn.
iudic. & in cap. 2. §. 1. eod. tit. in vj.
- 9 Sexto nota, † quod statutum laicorum non potest dispo-
nere super rebus ecclesiasticis, etiam si talia sint, in quibus vt
le dominium pertineat ad laicos, ut erat hic in feudis, & sic di-
spositio super vtili dominio non habet locum, si habet præ-
iudicare ecclesie super directo dominio, & quotidie allega-
tur iste tex. quod non valet statutum laicorum super aliena-
tione rerum ecclesie, immo dicunt Doctores. quod statuentes
sunt excommunicati, nisi talia statuta infra duos menses fac-
iant aboleri, ut in cap. nouerunt. infra de sentent. excomm. &
no. bene istud dictum, quod Doct. communiter sequuntur.
- 10 Ex quo inferitur, † quod statuta dicantur contra libertatem
ecclesie, per quæ inferitur damnum ecclesie super iuribus ad
ecclesiam pertinentibus, de quo dic. ut in dicto ca. nouerunt.
de sent. excomm. & per Bart. & Docto. in auth. calla, & irrita.
- 11 C. de sacrosanct. eccles. dicit tamen hic Bal. † statutum uale-
re, quod laici non possint bona sua alienare in clericos, vel p-
sonas ecclesiasticas res tributarias, uel collectarias, ne fiscus ca-
reat collectis, quia licitum est laicis defendere suas iurisdic-
tiones, & vtilitatem publicam in acquirendis. non autem in ac-
quisitis ecclesie, vt in l. fin. C. de pact. nam si hoc potest pactis
priuatorum, vt l. fin. C. de pact. inter empt. & vendit. Ergo et-
iam statuto. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbor. obligat. & l. in
quorum. ff. de pignor. nam etiam sententia iudicis potest pro-
hibere rem alienare. l. si quis sciens. ff. de contrahen. emp. Sed
de hoc vide Innoc. in cap. Raynaldus, de testam. vbi tangit, an
prohibitio iudicis, arbitri, uel arbitratoris possit impedire alie-
nationem, allegat etiam similitudinem in feudo, † quia feu-
darius non potest alienare feudum in ecclesiam, quia alie-
naret in potentiorum, vt in Auth. de alie. & emph. §. 1. & idem
dicit Bald. in cap. clerici, infra de iudic. vbi refert dominum Si-
gnorollum in quæstione facti sic tenuisse. Sed istud dictum
Bal. videtur contra tex. in cap. 1. & fin. de immun. eccles. in vj.
in quibus vide Ioan. And. & Dom. Domin. & quod not. Do-
cto. in cap. de clericis, de foro compe. & infra eod. ecclesia san-
ctæ Mariæ, vbi forte tangam.
- 12 Septimo no. arg. † quod cassata cōstitutione cassatur etiam
effectus per prius editus: nam hic reuocantur uenditiones fa-
ctæ vigore talis statuti. Sed dicit Dom. Abb. hoc esse uerum,
ubi statutum non tenuit, scilicet si statutum tenuisset, quia tūc
cassatur statutum, sed non reuocatur effectus, nisi in reuoca-
tione sit expressum, quod statutum habeatur pro infecto, id est
perinde, ac si nunquam esset factum, nam tunc reuocatur ef-
fectus de præterito, adeo quod si esset excommunicatio lata
vigore talis statuti esset reuocata, adeo quod non indigeret
absolutione, de quo vide notabilem tex. cum glo. in clem. 1.
in verbo, pro infectis. de immun. eccles.
- Conclusio est ergo, quod vbi statutum non ualet, etiam ge-
sta non tenent, & reuocantur de facto, prout de facto proce-
derunt.
- 14 Octauo nota ibi, liberam habeas facultatem, † quod hæc
verba important solennitatem iuris, & intelliguntur de facul-
tate a iure non regulata, vnde Pet. & Ioan. And. exponunt li-
beram habeant facultatem, id est sine voluntate domini pos-
sit alienare, allegat cap. de multa, de præben. & cap. licet, eod.
tit. in vj. & hoc bene no. l. quod hæc verba habeas liberam fa-

cultatem, importat uoluntatem, & referri possunt ad casum
iniustum, & quod talis non debeat requirere in actu, quam
de iure deberet requirere. Et de istis uerbis plene dixi supra
eod. in cap. 1.

- 15 Ultimo nota ibi, legitimo personarum assensu, † quod nõ
ualet alienatio rei ecclesiastica, nisi ad sit consensus legitimus
personarum, & dicitur legitimus consensus personarum, quã-
do est seruata omnis solennitas, quæ requiritur in alienatio-
ne, & ita intelligit istum tex. Ioan. And. facit cap. fin. de rebus
eccles. non alien. Et ex isto tex. infert Dom. Abb. quod non
ualet alienatio, nisi seruetur forma tradita a iure, etiam si fiat
in casu præmissio, alias talis consensus non posset dici legiti-
mus. & dicit, quod Ioan. Calder. ad hoc allegauit istum tex.
in cap. 1. de in integ. restit. contra glo. 12. quæst. 2. in summa, &
in cap. sine exceptione, quæ uoluit sufficere, vt solennitas ob-
seruetur, licet alienatio non fiat in casu licito. Sed loquitur
contra tex. in clem. 1. de rebus eccles. non alien. & in cap. 1. eo-
dem tit. in vj. vbi patet, quod duo requirantur ad hoc, vt ualeat
alienatio.

Primo, quod subsit iusta causa alienationis.

Secundo, quod seruetur forma debita, quæ requiritur in a-
lienatione, alias alienatio non ualet, & hoc tenet Ioan. And.
& Dom. Domin. in d. c. 1. de quo dixi in c. 1. de restit. in integ.

In secunda glossa. no. tria ex ipsa.

- 16 Primo, quod † quilibet populus potest regulariter facere
statuta, tam iure fori, quam iure poli, expone autem iure poli,
id est iure celi, hoc est dicere, quod talia statuta ualent, tam de
iure fori, siue positiuo, quod uertatur in foro causarum, quam
etiam ex equitate naturali. & de hoc uide tex. cum glo. in ver-
bo, poli. 17. quæst. 4. facit cap. filius, infra de testamen. vbi tex.
dicit, in lege Dei, & in lege huius sæculi uiuimus, & dicit hic
Bal. esse notandum, quod statuta laicorum sunt seruanda tam
iure poli, quam iure fori, quod sunt seruanda, tam in foro con-
tentioso, quam in foro conscientie. & dicit, quod hoc non re-
peritur alibi. Sed tu uide glo. in cap. 2. in verbo, sententiis. eo-
dem tit. in vj. quæ dicit, † quod ueniens contra statuta, peccat
mortaliter propter peccatum inobedientie, quod est maxi-
mum. de quo plene dixi in cap. nam concupiscentiam, supra
eod. Sed de hoc, an populus possit facere statuta, statim dicã.
- 17 Secundo nota ex glo. quod statuta laicorum non ligant ec-
clesias.

Tertio nota ex glo. quod etiam si statuta laicorum tendant
ad uilitatem ecclesiarum non ualent, nisi quatenus sint ap-
probata. sed de hoc dic. vt in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. infra
eod. & in cap. quod clericis, de foro compe. vnde solum pri-
mum articulum examino, uidelicet, † an populus possit fa-
cere statuta.

Primo quæro, an uniuersitas possit facere statuta.

Secundo, an possit pœnam apponere ipsis statutis.

Tertio, an populus possit facere statuta.

Circa primum. si an uniuersitas possit facere statuta. Inno.
& Ioan. in c. præced. dicunt, quod si uniuersitas habet recto-
rem, non potest statuta facere sine ipso, argum. l. si curatorem
habens. C. de in integ. restit. minor. Sed But. ibi hoc intelligit
in statutis pertinentibus ad iurisdictionem Rectoris, scilicet si
uellet statuere in pertinentibus ad administrationem ipsius
ciuitatis: puta qualiter sit expendenda pecunia ipsius uniuersitatis,
allegat no. per gloss. in simili in c. 2. in uerbo, statutum.
de uerborum significat. in vj. & in l. ambitiosa. ff. de decre. ab
ord. facien. & per Barto. in dicta l. omnes populi. ff. de iustit. &
iure. plus dixit Innoc. quod etiam mortuo Rectore uniuersita-
tis ipsa uniuersitas non posset statuta facere, quia uniuersitas
sæcularis non succedit in iurisdictionem Rectoris, & per
consequens non succedit in potestatem statuendi, quia pote-
stas statuendi dependet a iurisdictione. Nec obstat cap. olim,
de maior. & obediẽ. vbi dicit, quod capitulum iuocedit in iu-
risdictione prælati ipso prælato mortuo, quia illud procedit
in uniuersitate ecclesiastica, scilicet in sæculari uniuersitate,
quia non censetur esse tanta commutatio inter uniuersitates
sæculares, & eorum capita, quanta est inter prælatum, & capi-
tulum. Sed Hostien. & Compostel. & Ioan. de Ligna. tenent
contrarium, scilicet quod uniuersitas sæcularis succedat in iu-
risdictione Rectoris, quemadmodum uniuersitas ecclesiastica.
standum est enim dispositioni iuris canonici, ex quo de iu-
re ciuili non est statutum contrarium. & pro ista opinione fa-
cit l. 1. & litem eorum. §. 1. ff. quod cuiusque uniuers. nomine.
quamuis uniuersitates sæculares soleant esse maiores, quam
ecclesiasticae, per quod difficulter possunt per se exercere iuris-
dictionem. l. 2. §. deinde. ff. de orig. iur. & But. finaliter dicit, qd
hæc opin. est tior, & sic uidetur in effectu tenere, quod uni-
uersitas sæcularis succedat in iurisdictione Rectoris ipso mor-
tuo. Sed Ioan. de Ligna. concordat opin. dicens, quod opinio
Hostien. & sequacium procedit, quando Rector haberet iuridi-

- risdictionem ab ipsa uniuersitate. Opin. uero Innoc. procedit, quando uniuersitas non daret iurisdictionem, sed illam haberet ab alio. & istam concordiam sequitur Ioan. de Imo. in cap. preced. in si. penult. col. non tamen declarat Innoc. Ioan. And. & Docto. super quibus possit uniuersitas facere statuta. & ideo hoc dependet ab ultima questione. scilicet an populus possit facere statuta. Ex hoc sum expeditus de primo.
- 19 Venio ad secundum. scilicet an uniuersitas possit facere statuta poenalia. & Innocen. & Doct. in cap. preced. dicunt, quod super his, in quibus habeat iurisdictionem, potest facere statuta poenalia, in aliis uero non, quia facere statuta poenalia dependet a iurisdictione, ut in l. j. ff. si quis ius dicen. non obtempe. & in cap. 2. §. i. eod. tit. in vj. & istud etiam sequitur hic Domin. Abb. in fine primæ col. seu in princ. secundæ. possunt tamen ipsi statuentes obligare se ad certam poenam, & sic etiam in his, in quibus non habent iurisdictionem possunt se obligare ad poenam per statutum, licet non possint imponere poenam aliis, ex quo uide glos. not. in cap. cum aliquibus. in verbo, alia. de rescrip. in vj. & hoc sequitur hic Dom. Abb. in princ. secundæ col. qui dicit, quod semper uniuersitas potest se per pactum obligari ad poenam, si non habet iurisdictionem, & dicit, quod hoc uoluit Bart. in d. l. omnes populi. & Innoc. & Ioan. And. in c. precedenti. Sed Ioan. de Imo. ibi ad fin. vlti. col. intelligit hoc procedere, quando promittunt superiori obseruare statutum sub certa poena applicanda ipsi superiori, in quantum statutum non obseruent, arg. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. oblig. Sed ego credo illam glo. in distincte procedere, sicut etiam Docto. indistincte dicunt, quod statuentes possunt se obligare ad poenam, nec hoc uident esse incongruum, quod inuicem se obligent unus alteri, uel obligent se uniuersitati, seu capitulo ad poenam, in quantum statutum non obseruauerint: aliud enim est uniuersitas, aliud singuli, ut dictum est in cap. preced.
- 20 Vnde uenio ad tertium. scilicet an populus, seu ciuitas possit facere statutum. & in hoc But. & Ioan. de Imo. in cap. preced. & dom. Abb. hic distinguunt post Bart. in d. l. omnes populi. Tu dicuntur per casus.
- Primus est, quando populus nullam habet iurisdictionem, ut sunt uillæ, seu castra, quæ uniuersitates subiacent ciuitati, de quibus per Bar. in l. i. ff. de dam. in fec. & talis populus quo ad iurisdictionem causarum non potest facere statuta sine licentia superioris. pro qua facit iste tex. secundum intellectum Innocen. in his uero quæ spectant ad administrationem rerum suarum bene possunt facere statuta etiam sine licentia superioris, dummodo non faciant ambitiose, ut in l. ambitiose. ff. de decre. ad or. l. facien.
- Secundus casus est, quando populus habet omnem iurisdictionem ex concessione Principis, uel ex consuetudine præscripta, secundum no. per glo. in Auth. de defenso ciue. §. ius iurandum. & §. interim. & talis populus potest facere statuta sine licentia superioris.
- 23 Sed Dom. Abb. hic dicit, quod uniuersitas, quæ non recognoscit superiorem, potest omnia statuere, quæ potest Princeps, allegat Bart. in l. infamem, in si. ff. de pub. iudic. ubi dicit, quod tantam potestatem habet ciuitas non recognoscens superioris in suo territorio, quantum habet Imperator in uniuerso. Idem dicit Bart. in l. hofes. ff. de capti. & in l. j. §. de qua. ff. de posi. allegat etiam Dom. Abb. cap. per venerabilem, qui filii sunt legitimi. ubi patet, quod Rex Franciæ qui non recognoscit superiorem, potest exercere omnia iura Principis in sua iurisdictione, & idem dicit in aliis Regibus, ut dicit Innocen. in cap. cum P. de fide instrum. An autem possint iura Principis præscribere sine eius scientia, remittit ad Barto. in l. i. ff. de aqua pluuiæ arc. & in l. si Publicanus. §. in omnibus. ff. de publica. & ad ea, quæ ipse dixit in cap. per venerabilem, qui filii sunt legitimi.
- 24 Aduerte tamen, quod si talis uniuersitas haberet Potestatem, uel Capitaneum, uel alium Rectorem, non posset facere statuta sine ipso, uel saltem debet congregari auctoritate Potestatis, uel Capitanei, ut dicit But. & Ioan. de Imo. in cap. preced. allegant l. 2. C. de decur. lib. 10. & quod not. Barto. in l. omnes populi, in 3. quæst. principali. ff. de iustit. & iu. ubi Bart. uidetur uelle, quod iufficiat populum esse congregatum auctoritate ipsius Potestatis, uel Capitanei, & dicunt, quod iufficiat esse grauatos illos, qui sunt de consilio populi, quia consilium habet repræsentare ipsum populum, ut dicit glo. not. in Rubrica. C. quæ sit longa consuetu. ubi autem populus non haberet Rectorem, iufficiat, quod conuocetur auctoritate antiquioris de populo, uel de auctoritate illius, de quo est dispositum per statutum, uel consuetudinem. facit optime quod no. in simili per Innocen. & dicit in cap. j. de maior. & obedi. & hoc uult. m. Ioan. de Imo. in cap. preced.
- Tertius casus est, quando populus habet iurisdictionem limitatam: puta in ciuilibus, & in his, in quibus habet iurisdictionem, poterit facere statutum eo modo quo populus huius omnem iurisdictionem: nam sicut populus habens omnem iurisdictionem, potest in omnibus statuta facere, ita habens iurisdictionem limitatam, potest facere statuta in his, in quibus habet iurisdictionem, & hoc sequitur But. & Io. de Imo. in cap. precedenti. & dom. Abb. hic, qui dicit, quod ad limites iurisdictionis potest penas in statutis apponere, sed si nullam haberet iurisdictionem, non potest aliquam poenam apponere, quia impositio poenæ dependet a iurisdictione, ut in l. j. ff. si quis ius dicen. non obtempe. & in cap. 3. §. j. eod. tit. in vj. Dicit tamen, quod per pactum semper possit se obligare ad poenam, de quo dixi in primo dubio.
- 26 Et ex his infert Dom. Abb. an uniuersitas scholarium, uel pastorum, uel cerdonum possit statuta facere. & dicit quod sic, in iuribus eorum. Item dicit, quod possunt poenam apponere cum ratione ad limites iurisdictionis, ut in l. fin. C. de iurisd. omn. iudic. & quod no. Innocen. in cap. cum ab ecclesiarum, de offic. ord. & dicit, quod etiam si uniuersitas non habet Rectorem, potest poenam apponere ad limites iurisdictionis. & dicit de hoc esse bo. tex. in cap. ex literis, infra eod.
- 27 In glo. 2. uult etiam ista glo. quod si sine culpa incidit in egestatem, tunc ei est subueniendum. & per hoc uidetur uelle, quod si statutum permisisset alienare feudum, quando sine culpa incidisset in egestatem, quod statutum ualuisset quo ad laicos, licet non quo ad ecclesiam, & sic potest intelligi glo. præcedens, sed quia statutum indistincte permittebat alienare, si feudatarius incidisset in egestatem non distinguendo, an culpa sua, uel sine culpa incidit in egestatem non ualuit tanquam non factum ex causa rationabili, & hoc sequitur hic Ioan. de Ligna. & dom. Cardin. & Ioan. de Imo. dicit tamen dom. Card. quod iur. allegata in glo. non probat id, uel quod dicit glo. sed in genere dicunt, quod subueniendum est illis, qui incidunt in egestatem, præsertim si sine culpa inciuerint, & sic intelligitur respectu elemosinæ, uel alterius subuentionis. facit 42. dist. quædamus. per quod cap. uidetur uelle Io. And. quod etiam illi, qui incidit in paupertatem culpa sua subueniendum sit, ne fame pereat. sed dicit Ioan. de Imo. quod hoc uidetur intelligendum, quando aliter non potest subueniri, alias sibi imputandum esset, ex quo culpa sua incidisset in egestatem. Sed uide text. notabilem. 2. q. 4. non omnis. ubi videtur uelle, quod etiam homini malo existenti in paupertate sit danda elemosina, nisi propter elemosinam iustitiam negligat. & hoc probat tex. in cap. non satis. 86. dist. versic. consideranda. ubi tex. dicit, quod si quis ex diuitiis incidit in egestatem, & maxime sine uitio suo danda est ei elemosina, ergo etiam si uitio suo incidit in egestatem, danda est sibi elemosina, quia dictio, maxime, importaret idem in casu contrario, ut dicit glo. in cap. auditis, de electio. & in c. ad abolendam, de fil. presbyt. Dicit tamen glo. in dicto cap. non satis, quod licet possit dari elemosina illi, qui incidit in egestatem culpa sua, tamen non est redimendus si est captus. idem uoluit glo. in cap. sacrorum. 12. quæst. 2. ubi dicit, quod ecclesia non tenetur redimere captiuos ex culpa sua. sed uide Archid. & Ioan. de Fantu in cap. sequen. quod incipit, sicut. ubi concludunt post Hug. & Io. quod siue quis sit captus a Christianis, siue a Paganis, si circa eos timet periculum mortis, uel anime, uel alterius cruciatu, tenetur ecclesia eos redimere, sed si non subesset huiusmodi causa, non tenetur generaliter ad eorum redemptionem. Et subdunt, quod ecclesia tenetur suos Parochianos repetere, & redimere ubi cuncte sint, & impendere pecuniam ad opus alimentorum, si petant, quæ tuncunque sint remoti. Dicit tamen, quod si tales essent capti ob maleficium, talis poenæ non est primo redimenda, & sic in effectu uolunt, quod etiam si quis sit in culpa, nihilominus potest petere elemosinam, licet captus pro maleficio non sit redimendus per ecclesiam. & uide Gregorium in Homilia Euangelij: Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & bisso. ubi dicit, quod pauperibus uitiosis debemus dare panem, & uinum refectiois cum uerbo correctionis. Vtrum tamen elemosina sit in præcepto, dixi post Sanct. Thom. in cap. si uero, de iureiur. & ad prædicta uide Bald. in l. quamuis. ff. sol. matr. ubi dicit, quod etiam capti ex maleficio ex equitate sunt redimendi. & Bal. tamen in auth. quod locum. C. de collat. dixit, quod si pater dedit dotem filiæ, quæ culpa sua illam perdidit, non tenetur pater ipsam iterum donare, secus si sine culpa iterum perdidisset, & idem si pater assignauit filio legitimum, qui postea culpa sua eam perdidit, quia non tenetur amplius ei assignare, secus si sine culpa plus dixit Bal. in auth. contra rogatus. C. ad Trebell. quod si pater assignauit filiæ alimenta, quæ illa perdidit, non tenetur amplius eam alimentare, sed in hoc ultimo tenuit contrarium in auth. si captiui. C. de epilco. & cler. & ibi dicit Iac. de Are. idem tenuisse per l. libertus.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

bertus. §. qui operarum. ff. de ope. liber. & hoc vltimum dictū est verissimū per supradicta, & principaliter in l. Imperator, ff. ad Trebell. vbi dicitur, quod pater propter dilapidationē, aut prodigalitatē non perdit alimenta a filio præstanda. facit l. si furiosus. ff. de cur. fur. & in Auth. de incest. nup. in prin.

Et ex prædictis dicit dom. Card. quod satis potest teneri, quod statutum valisset, si deposuisset, quod possent propter inopiam alienare feudum, quando incidisset in talem inopiam absque culpa sua, quia non videtur dominus pati magnū præiudicium ex eo, quia in alium fit alienatio, quia emptor debet recognoscere dominum feudi in dominum suum.

34 Et ex hoc inferitur, quod per statutum ciuitatis potest præiudicare iuri tertij, de quo est bonus tex. in l. venditor. §. si con stat. ff. comm. præd. & quod notat Bart. in prima Constitutione Digestorum. Sed But. hic cōtra videtur velle, quod statuere, vel rescribere contra ius tertij sit solius Principis. Sed Ioā. de Imo. dicit, quod hoc dictum potest sustineri, quando inferior a Principe, vel a Papa vellet tollere ius tertij sine causa, secus si cum causa vellet statuere, quia tunc etiam inferior a Principe potest per statutum suum auferre ius alterius, alleg. not. per glo. in cap. constitutus, de relig. dom. Sed tu vide Bart. in l. totiens. ff. de pollici. & in l. Antiochenum. ff. de priuileg. crecit. Item dic, quod licet in Principe præsumatur causa, tamen Princeps sine causa non potest auferre ius alterius, vt in fra dicam. videntur tamen Doctō. intelligere istum tex. quod statutum non valuerit, quia indistincte permittebat feudum alienare propter inopiam, & sic sentiunt, quod non ualuerit, nec quo ad clericos, nec quo ad laicos. tex. tamen probat cōtrarium, quia solum decernitur statutum non ualere quo ad ecclesiam, nō autem quo ad laicos. & ideo iste tex. rectius potest intelligi, quod statutum disponebat, quod feudum posset alienari absque assensu domini, quando uasallus incidit in egestatem absque culpa sua, & sic tale statutum ualebat quo ad laicos, sed non quo ad ecclesiam, & ideo tex. decernit statutum nō ualere solum quo ad ecclesiam, & iste est verus sensus istius capiti. licet alius intellectus communiter teneatur, quem etiam tenet ista glo.

In glo. in verbo, alienandi. ista glo. continet sex dicta.

Primum est, quod alienans feudum sine licentia domini cadit a iure suo.

Secundum dictum est, quod dominus feudi potest illud libere concedere alteri, postquam ad ipsum est deuolutum, ut in cap. 2. infra de feu. & in libro feudi in constitutione si clientulus. dic, quod illud cap. est sub Rubr. de alien. feu.

Tertium dictum est, quod uasallus licet non possit alienare absque licentia domini, tamen potest alium infeudare.

Quartum dictum est, quod feudum non potest dari in dotem, vt in c. nuper, de donat. inter vir. & vxor. sicut nec usufructuarius potest usufructum vendere domino irrequisito, vt Instit. de usu & hab. in prin.

Quintum dictum est, quod emphyteuta non potest uendere suas meliorationes domino irrequisito, & si fecerit dominus potest remouere emphyt. l. vlt. C. de iure emphyt. & infra de loca. potuit. Sed facta denunciatione domino, si dixerit se nolle emere, statim potest emphyt. vendere ius suum, alias debet expectari per duos menses a tempore denunciationis numerandos, quibus elapsis potest vendere cui uult, dummodo non uendat personis prohibitis, vt infra de loc. potuit. & in d. l. vlt. C. de iur. emphyt.

Sextum dictum est, quod uasallus non potest renunciare feudo inuito domino, in fauorem enim dñi introductum est, & uasalli est, argum. C. de actio. & oblig. sicut. sed in contrarium allegat l. interdum. ff. de oper. liber. ad quam glo. non respondet, sed illa l. non facit ad propositum. ibi enim dicitur, quod liberta. non tenetur præstare operas tempore infirmitatis, vel si ad eam dignitatem peruenit, vt sit inconueniens, ut præstet operas domino, & sic ille tex. nō facit in contrarium, sed postea dicam quid iuris sit.

35 Venio ad primum, scilicet quod an uasallus cadat a iure suo, si alienet feudum. & in hoc dic, quod olim de iure antiquo licebat uasallo alienare mediam partem feudi absque licentia domini, hodie vero etiam minimam partem feudi non licet alienari, vel pignori dari absque licentia domini, alioquin cadit a iure suo, vt in c. 1. de proh. feu. alien. per Fede. hoc tamen limita duobus modis.

36 Primo modo secundum Bal. hic, quod nam secundum eum uasallus potest uedere omnes redditus usque ad nouem annos, sed non ad longum tempus, quia esset species alienationis, vel saltem actus equipollens alienationi, vt in cap. nulli. & in cap. ad audientiam. infra de rebus eccles. non alien. & in clem. j. cod. tit. & in l. 1. §. quibus ait. ff. de superficiebus. Postea alleg. in contrarium glo. in l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. 2. quæ dicit, quod prohibitus alienare potest locare rem ad centum

annos. Sed illa glo. reprobatur per Dy. & per Bart. qui dicunt omnes doctos illam reprobare, sed vide quæ dixi post Dom. Abb. in c. intellecto, de iure iur.

37 Secunda limitatio est, quod quando duo uasalli unius feudi partem alienarent vnus alteri, nam talis alienatio ualeat, vt dicit Bal. in l. voluntas. C. de fideicom. & Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 10. quæst. ff. de verbor. obligat. & in l. cum hi. §. si cui. ff. de transact. & in l. 1. C. de impo. lucra. descript. & idē consuluit cons. suo 36. quod incipit, ex themate prædicto tria dubia oriuntur, & Feder. de Sen. consilio suo, quod incipit, factum sic se habet quidam Abbas. & Bal. in cap. 1. in fi. 4. col. C. de prohib. feud. alie. per Fed. & vide omnino Io. And. in Specul. de loca. §. nunc aliqua. versic. 72. Et ex his sum expeditus de primo dicto.

38 Venio ad secundum, in quo glo. tenet, quod dominus feudi possit solus infeudare, ita quod nō requiritur solennitas, quæ requiritur in alienatione, vt est tex. in cap. 2. de feud. Sed dom. Cardin. hoc limitat, nisi esset incorporatum ecclesie, vt quia ecclesia habuisset corporalem possessionem, quia tunc secundum eum non posset infeudari alteri absque solennitate, de qua in cap. sine exceptione. 1. 1. quæst. 2. & in cap. 1. infra de rebus eccles. non alien. Sed vide Bart. in l. fin. C. de bo. vacan. lib. 10. vbi dicit, quod possessiones feudales, vel emphyteuticæ reueriæ ad ecclesiam dicuntur factæ de mensa, quando per officiales super hoc auctoritatem habentes descriptæ sunt in libro aliarum possessionum de mensa, vel quando prælati declarauit, quod eas uolebat esse incorporatas, & applicatas mensæ suæ, vel si ecclesia tenuit tales possessiones reueriæ per annum, de quo dic vt per Inno. & Doct. in c. vt super, de rebus eccles. non alien.

39 Venio ad tertium dictum, videlicet, quod licet uasallus nō possit alienare, tamen potest alteri dare in feudum. & de hoc vide bo. glo. quæ latius de hoc disputat, & concludit in cap. j. §. præterea. de capitulis Conradi. dicit tamē glo. ibi, quod hoc debet intelligi, quando dat in feudum alteri, qui est eque idoneus, de quo est bo. tex. in c. j. §. similiter. de lege Coradi. unde non posset infeudare ecclesie, quia ecclesia est persona prohibita, vt in cap. 1. de feu. alien.

Secundo limitat Bal. in d. §. præterea. dicens, quod non habet locum in feudo ecclesiastico, quia uasallus ecclesie nō potest infeudare alteri absque consensu prælati.

Sed hæc glo. relata ad tex. probat contrarium, quia tex. loquitur de feudis, quæ laici recognoscebant ab ecclesiis. & tamen glo. uult, quod tales uasalli possint aliis infeudare. & Doctō. etiam sequuntur glo. indistincte. Nec obstat capit. 2. infra de feud. quia ibi non dicitur, quod uasallus non possit infeudare absque consensu prælati. sed dicitur, quod si feudum deuoluitur ad prælatum potest alteri solus absque solennitate, quæ requiritur in alienatione.

Sed ego tertio modo limito, nam uasallus potest alteri dare in feudum ea lege, & conditione, qua ipse habet, non autem posset infeudare sub alia forma. & de hoc est tex. in dicto c. 1. §. similiter. de lege Coradi. Pone exemplum, aliquis habet feudum pro se, & filiis masculis, ipse alteri dat in feudum pro masculis, & foeminis: nam talis infeudatio non ualeat, & hoc sequitur ibi Bal. plus dicens, quod prælati non potest infeudare pro masculis, & foeminis feudum, quod consueuerat infeudare solus masculus. & idem tenet in cap. 1. in 4. col. versic. consuetudo, qui feu. dare possit. ibi tamen dicit, quod si prælati infeudat pro masculis, & foeminis, quod ualebit infeudatio quo ad masculos, licet non ualeat quo ad foeminas, quia solum uitiatur illud, quod est contra legem factum. vide etiam Bart. in auth. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. vbi Bart. dicit, quod si feudum consueuit infeudari usque ad tertiam generationem masculinam, & ecclesia dat in feudum usque ad tertiam generationem masculinam, & foemininam, vel rem, quæ consueuit concedi in emphyteusim temporalem concedit in perpetuum, ipso iure non ualeat talis confessio, & mouetur per dictum c. j. §. similiter. de lege Coradi. Istud etiam sequitur dom. Cardin. & Ioan. de Imo. in cap. 2. infra de feud. &

40 hoc sequitur ibi Bal. plus dicens, quod prælati non potest infeudare pro masculis, & foeminis feudum, quod consueuerat infeudare solus masculus. & idem tenet in cap. 1. in 4. col. versic. consuetudo, qui feu. dare possit. ibi tamen dicit, quod si prælati infeudat pro masculis, & foeminis, quod ualebit infeudatio quo ad masculos, licet non ualeat quo ad foeminas, quia solum uitiatur illud, quod est contra legem factum. vide etiam Bart. in auth. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. vbi Bart. dicit, quod si feudum consueuit infeudari usque ad tertiam generationem masculinam, & ecclesia dat in feudum usque ad tertiam generationem masculinam, & foemininam, vel rem, quæ consueuit concedi in emphyteusim temporalem concedit in perpetuum, ipso iure non ualeat talis confessio, & mouetur per dictum c. j. §. similiter. de lege Coradi. Istud etiam sequitur dom. Cardin. & Ioan. de Imo. in cap. 2. infra de feud. & hoc tene menti.

Quarta limitatio est, nam ista glo. debet intelligi in feudo non decimale, quia habens feudum decimale, non potest illud infeudare absque consensu episcopi, vt dicit glo. 2. in cap. pro-

ADDITIONES.

a Adde quæ habes infra in col. seq. vers. quarta limitatio.

b Limita prædicta non habere locum, quando præcessissent merita illius, cui datur in feudum, quia posset tunc feu. aliena. Iac. Alua. in præludiis feud. 4. char. 3. col. versic. quæro, an Prælati, in prin. colum. Idem quod hic dicitur, tenet Ioan. de Imo. in cap. 2. 2. colum. uersic. iuxta prædicta, de feu.

prohibemus, infra de decim. & sic dato, quod non requiratur consensus domini, tamen requiritur consensus episcopi, plus dicunt ibi Ioan. And. & Doct. quod etiam feudum decimale non potest alteri dari in feudum cum consensu episcopi: nam solus episcopus potest præbere consensum quando agitur, vt feudum decimale reuertatur ad ecclesiam, alias non potest præbere consensum suum, vt probatur in c. cum Apostolica, in fi. infra de his quæ sunt a præla. non potest ergo episcopus consentire, vt vassallus alteri infeudet feudum decimale, quia per hoc non reuertitur ad ecclesiam, sed diutius remanet in manu laicorum.

41 Et ex hoc etiam Doct. concludunt, quod feuda decimalia reuersa ad ecclesiam, non possunt prælati amplius infeudare, etiam si fuerint consueti infeudari ante Concilium Lateranen. mouetur per dictum cap. cum Apostolica, in fi. & istam opinionem Ioan. de Imo. attestatur esse communem, in ca. 2. de feud. licet Dom. Cardin. teneat contrarium per illud capi. sed illud cap. debet intelligi de feudis non decimalibus. Opinio tamen dom. Cardin. seruatur de consuetudine, quia episcopi feuda decimalia consueti infeudari ante Concilium Lateranen. infeudant aliis, si ad ipsos deuoluuntur pro libito voluntatis absque aliqua solennitate, & hoc tene menti.

42 Venio nunc ad quartum dictum glo. scilicet an feudum possit dari in dotem. & in hoc glo. tenet quod non. Sed Doct. dicunt, quod hoc debet intelligi, quando daretur, vt perpetuo sit apud illum cui datur, sed bene potest dari, vt duret quousque vassallus, ad quem pertinet feudum, vixerit, vt dicto cap. nuper, de donat. inter vir. & vxor. sed tu dic, quod istud potest intelligi tribus modis.

Primo, an pater volens dare dotem filia, possit ipsam dotare de feudo.

Secundo, an si mulier successit in feudo, possit dare in dotem ipsum feudum.

Tertio, an maritus recipiens dotem, possit bona feudalia dare vxori in donatione propter nuptias. & de isto vltimo loquitur tex. in dicto capi. nuper. & ideo de ipso non expedit aliud dicere.

Examino ergo tantum primum, & secundum dubium.

Et quo ad primum, scilicet an pater possit dotare filiam de bonis feudilibus. & dicendum est, quod non. de hoc est text. in cap. 1. §. donare. qualiter olim feudum alien. & in cap. 1. de prohib. feu. alien. per Feder. & hoc tenet Iacob. de Beluio, & Nicol. de Neapo. & Bal. & communiter omnes scribes in dicto §. donare.

Quo ad secundum dubium, scilicet an mulier possit dare feudum in dotem. & in hoc dic, quod si non successit in feudo, sed ad dominum, vel agnatum est reuersum, & clarum est quod non potest se dotare de feudo, sed si successit in feudo, verbi gratia, quia feudum fuerat concessum pro masculis, & feminis. & hoc casu dicendum est, quod ipsa mulier possit feudum dare in dotem absque consensu domini. & hoc tenet Iac. de Ardizonibus, & And. de His. & Bal. in dicto §. donare. pro quo facit cap. 1. de inuestit. quam accepit Titius a Sempronio. Sed Iac. de Belui. ibi tenet contrarium. & idem tenet Io. And. in dicto cap. nuper. Mouetur, quia maritus efficitur dominus rei dotalis, ut in l. doce ancillam. C. de rei vendic. & sic mulier transferret dominium feudi in maritum sine consensu domini, quod non videtur posse fieri, vt in dicto capit. 1. de prohib. feu. alien. per Feder. Sed mihi placet prima opin. quæ est magis communis. Nec obstat illud capi. 1. de prohibi. feu. alien. per Feder. quia loquitur in alienatione voluntaria, sed mulier dat dotem ex necessitate matrimonij, nec ista est vera alienatio, quia mulier habet naturaliter dominium rerum datarum in dotem, vt in l. in rebus. C. de iure dot. & pro ista opin. multum facit tex. in cap. nuper, præalleg. nam tunc potest vassallus constituere vxori donat. propter nupt. de feudo, eadem ratione mulier poterit dare feudum in dotem absque consensu domini, & hoc videtur esse de mente Doct. hic, præsertim Ioan. de Imo. & Dom. Abb. De ista tamen quaestione, videlicet, an feudum possit dari in dotem, late disputat Ioan. de Imo. in dicto cap. 2. de feu. de qua etiam vide in Spec. de feu. §. quoniam. versic. 19. Et an emphyt. possit dari in dotem. vide per eundem Specul. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versic. 209.

43 Inferunt etiam Doct. hic, an feudum possit relinqui pro anima. de quo per Hostien. in summa de immun. eccles. §. in quantum. sub versic. vel illa immun. vbi concludit, quod aut feudum est temporale, vel etiam perpetuum, requirens seruitium personale, & tunc non potest pro anima relinqui. Aut non requirit seruitium personale, & tunc poterit relinqui pro anima, etiam si sit perpetuum. & idem dicit, si requirit seruitium, quod possit per alium impleri. facit quod not. Ioann. And. & Doct. in cap. in præsentia, infra de probat. & istam distinctionem sequitur But. & Ioan. de Imo. qui tamen dicit, quod

etiam si seruitium possit impleri per alium, non poterit feudum relinqui ecclesie, licet possit relinqui alicui personæ pauperi cum ecclesia censetur de personis prohibitis, vt in illa transferatur feudum, vt est tex. in ca. j. de alie. feu. allegat etiam tex. in ca. §. similiter, de lege Cōradi. vbi dicit, quod feudum non potest dari alteri personæ, per quam fieret deterior conditio domini. Sed contra istam opinionem videtur tex. quod indistincte non possit feudum relinqui pro anima, in ca. j. §. donare. qualiter olim feu. possit alic. & in cap. j. de prohib. feu. alic. per Feder. nisi dicatur, quod illa iura loquuntur in feudo requirente personale beneficium, quod per alium non potest impleri, sed illa iura non patiuntur illam restrictionem, quia indistincte volunt, quod feudum non possit donari, nec alienari, nec pignori, nec pro anima iudicari absque licentia domini. ^a

44 Sed si quaeritur, an si vassallus ingreditur monasterium, an tunc monasterium succedat in feudo pro tempore quo viuunt ingressus. tunc bene distinguitur, an feudum requirat personale seruitium, quod non potest impleri per alium, vel ne. de quo per Ioan. And. & Doct. in d. c. in præsentia, de probat. & est bo. tex. & ibi per Bald. & Iac. pe Alua. in cap. j. de milite vassal. qui arma bel. deposuit. Et ex his sum expeditus de quarto. Quintum dictum est clarum, nec indiget aliqua suppletionem.

45 Venio ad sextum, scilicet an vassallus possit renunciare feudo inuito domino. & de hoc videtur tex. in cap. 1. de vassal. qui contra constitutionem Lotha. beneficium alic. vbi tex. dicit, quod vassallus potest renunciare feudo inuito dño, & quod post renunciationem non tenetur ei seruire, tamen non debet eum offendere in memoriam præstiti sero præteriti beneficii: hoc tamen intelligit, dummodo non nimis intempestiue renunciet, vt in l. sed & si socius. §. fin. ff. pro socio. puta si renunciet, postquam dominus exigit ab eo seruitium, facit glo. not. in l. incola. ff. ad municip. quæ dicit, quod volens recedere de villa, vel de castro post collectas impositas non liberatur a collectis impositis, secus si recederet, antequam essent impositæ. Dicit etiam Hostien. quod debet renunciare in manibus domini, quia si renunciaret in manibus alterius non valeret renunciatio. l. seruitutes. ff. de seruit. & in cap. quod in dubiis. infra de renunc. & sic habes duas limitationes ad illud cap.

Prima est, quod si intempestiue renunciet, non valet renunciatio.

Secunda est, quando renunciat in manibus alterius, quam domini, quia tunc etiam non valet renunciatio.

Tertia limitatio est, quando feudum datur respectu certi seruitij, quia tunc etiam non potest renunciare inuito domino, vt dicit glo. no. in cap. fin. de Capita. qui cur. vend. & idem tenet Iac. de Are. & Bart. in l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcen.

47 Quartam limitationem potuit hic dom. Cardin. scilicet quando in inuestitura interuenisset stipulatio, quia tunc feudum esset contractus innominatus, quia stipulatio est contractus nominatus, vt in l. iuris gentium. §. j. ff. de pact. cum ibi notatis. Et sic videtur velle dom. Cardin. quod contractus feudi dicatur innominatus contractus. Sed hoc non videtur esse verum, quia videtur contractus nominatus sicut contractus emphyteuticus. de quo tamen dic, vt in l. 1. C. de iure emphyt. & in cap. 1. infra de precar. sed Bal. in præalleg. feudo, dicit, quod quando interuenit stipulatio potest renunciare, sed agitur ad interessè, sed fm Ioan. de Imo. hic, & glo. in præalleg. c. fin. de capi. qui. cu. vendi. seruaretur in practica, & quod si esset vera opi. quod quando interponitur stipulatio, vassallus teneretur ad interessè, vel non posset renunciare, nunquam haberet locum renunciatio inuito domino, quia semper in quolibet instrumento interponitur stipulatio. & per hoc concludit, quod poterit renunciare feudo absque aliquo damno, etiam si sit interposita stipulatio, & istud puto esse verius, ex quo sequitur, quod ista limitatio non est bona.

48 Quinta limitatio est, quando iuramentum interuenisset, quia tunc iuramentum impedit renunciationem domino non consentiente, quia iuramentum obligat præcisè ad factum, & hoc tenet Bal. in præalleg. feudo. & in cap. fin. de capi. qui cur. vendi. & hic: tamen de hoc, quod incidenter tangitur. scilicet quod iuramentum obliget præcisè ad factum, vide quæ dixi post But. & Dom. Abb. in capit. veniens. infra de iureiur. Sed contra istud facit, quod iuramentum debet intelligi secundum materiam contractus, vt l. fin. C. de non nume. pecun. & per Innoc. in cap. pertuas, de arbit. nam Bal. respondet, quod aliud est iuramentum fidelitatis, quod debetur ex natura contractus

A D D I T I O.

a Domini. Adde tñ, quod si feudum fuit dato sine præstatione seruitij domino concedenti potest donari, & legari etiam ecclesie. Hostien. & Io. And. in cap. ult. de rebus eccles. non alien. & Alex. Imo. consil. 2. 2. col. uersic. 7. §. uol. & in consil. 30. 2. col. uersic. septimo considero. 1. uol.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

contractus feudi alia est fidelitas, quae non debetur ex natura feudi, nam fides promissorum est obseruanda. vult dicere Bal. quod iuramentum super capitulis fidelitatis, de quibus 22. q. 5. de forma. & in cap. 1. & 2. de noua forma fide. non alterat naturam feudi, unde non obstante tali iuramento poterit renunciare feudo inuito domino, secus vbi extra capitula feudi vasallus se obligat iuramento ad retinendum feudum, nam tunc non potest renunciare inuito domino, & idem vbi apparet, quod vellet se obligare specialiter ex promissione, nam tunc teneretur ad interesse, si non seruaret promissionem. & hoc modo posset saluari limitatio D. Card. de qua supra dixi. quam limitationem sequitur hic Bal. & in d. proce. feudor. & in cap. fin. de capit. qui cur. vendi. in quibus locis Bal. notat de ista materia, & in l. i. ff. de rer. diui. in 12. q. & per glos. & Bal. in cap. 1. §. callidis, de prohib. feu. alien. per Fed. Io. tamen Imo. hic, & in l. is cum quo. ff. de aqua pluui. arcen. & in capi. 2. infra de feu. dicit, quod communiter tenetur ista distinctio, an feudum sit datum simpliciter, an respectu certi seruitij, prout distinguit glo. in dicto cap. fin. de capit. qui curiam vend. Plus dicit Ioan. de Imo. in cap. ad audientiam, de rebus eccl. non alien. quod etiam si feudum valeret multo plus, quam ius percipiendae pensionis, uel seruitij, quod praestatur ex eo, nihilominus non potest renunciare inuito domino, ex quo est datum praetextu illius pensionis, & sic respectu certi seruitij, sed mihi placet limitationes supradictae. Nec illa glo. obstat, quia loquitur, quando feudum conceditur simpliciter. Limitationes autem supradictae, quando vasallus se obligat specialiter per promissionem, vel per iuramentum ad retinendum feudum. De primis autem duabus limitationibus non est dubium, quia Doct. communiter tenent, quod vasallus non debet nimis tempestiue renunciare feudo, nec in manibus alterius, quam domini.

Nunquid autem emphyteuta possit renunciare emphyteuta si inuito domino. vide glos. in dicto capit. 1. de vasal. qui contra constitutionem Lotha. benef. alie. in verbo, refutare. & ibi Bal. qui determinat, quod non. idem tenet Iac. de Arc. Dyn. & Bartol. in d. l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcen. nam si feudum concessum respectu certi beneficii non potest reuocari, ergo nec emphyt. ratione cuius exsoluitur pensio.

In glo. fin. nota bene istam glo. quia videtur velle, quod in casu istius cap. non valuisse alienatio, non interueniente solennitate requisita in alienatione, de qua in cap. sine exceptione. 12. quaest. 2. & in cap. 1. de rebus eccl. non alien. in vj. licet consensus omnium interuenisset. & sic glo. videtur velle, quod etiam quando agitur de alienatione vtilis domini pertinentis ad laicum requiratur omnis solennitas, quae requiritur in alienatione. Sed contra glos. fortiter facit cap. potuit, de loca. vbi videtur probari, quod ecclesia possit concedere emphyteuta licentiam alienandi absque solennitate, quae requiritur in alienatione. Ad istum tex. potest responderi, quod statutum disponebat, quod vasallo alienanti feudum propter inopiam transferretur in emptorem etiam directum domini, quod erat penes ecclesiam. & dicit Ioan. de Imo. quod communiter sequuntur hoc Doct. & tandem Ioan. de Imo. concludit, quod sicut emphyteuta potest alienare suas meliorationes cum consensu ecclesiae sine aliqua solennitate, vt in dicto capit. potuit, de loca. ita etiam eodem modo debet posse feudatarius alienare vtile dominium cum consensu ecclesiae: nam eadem est ratio, & per consequens debet esse idem ius. supra eod. translato.

51. Extra glo. examinant hic Innoc. & Doct. an valeat statutum, vel rescriptum contra ius diuinum, vel contra ius naturale, vel ius gentium, vel contra ius ciuile, de quo per Bart. in l. omnes populi, in 3. quaest. principali. ff. de iustit. & iu. & per Doct. in l. fin. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam, & per Bal. in multis locis. Sed referam communes conclusiones, quantum breuius potero, & faciam tria membra principalia.

Primo, quando statuit, vel rescribit contra ius diuinum.

Secundo, contra ius naturale, vel gentium.

Tertio, contra ius ciuile.

Venio ad primum, circa quod distingue duos casus principales.

Primus est, an per statutum, vel rescriptum possit lex diuina in totum abrogari. & omnes concludunt, quod non, ex defectu Potestatis, quoniam inferior non habet tollere legem superioris, de maior. & obediens. cum inferior, cum similibus. hinc dicit glo. not. in c. a nobis. infra de deci. quod licet Papa non possit tollere praecipuum de non soluendis decimis, tamen potest alios eximere per priuilegium a soluendis decimis.

Secundus casus est, an ius diuinum possit distinguui, uel in aliquo ei detrahi, & in hoc discurre per casus.

Primus est, quando reperitur aliquando fuisse permissum, vel ius fuisse limitatum, vt est de illo praecipuo, Non occides:

nam illud praecipuum reperitur fuisse limitatum, de quo vide bo. tex. 23. quaest. 5. §. hinc apparet. versic. sed obiicitur. vbi dicitur, quod Deus illud praecipuum limitauit, dum dixit: Maleficos non patieris viuere. Item, Qui coierit cum iumento, morte moriatur. Item adulteri, & blasphemii iubentur lapidari, & in multis aliis casibus in testamento veteri fuit a Deo permissum homicidium, vt potest apparere in testamento veteri, praesertim in libro Exodi. Item in Euangelio: Qui gladium acciperit, gladio peribit. In hoc ergo casu, ex quo ius diuinum reperitur fuisse limitatum, patitur per legem humanam limitari, & ideo ex causa potest permitti homicidium per legem ciuilem. l. 2. C. quando lic. sine iudi. se uin. & in l. 3. ff. de ficar. Sed hoc debet intelligi, quando interuenit iusta, & sufficiens causa, vt quis mereatur mortem, alias non valeret statutum permittens homicidium.

52. Et ex hoc potest inferri ad quaest. an valeat statutum disponens, quod bannitus possit impune occidi. de qua quaestione tangit Bart. in praalleg. l. omnes populi. ff. de iustit. & iu. & in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. diminu. & in l. vbi patitur. C. de transact. & in l. 2. §. fin. ff. de ficar. & per Bal. in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publ. & in l. vt vim. ff. de iustit. & iu. & in l. data opera. C. qui accusa. non poss. & in l. Gracchus. C. de adult. & in cap. 1. §. si quis, de pace iuram. firm. & per San. Th.

53. 2. 2. q. 64. articulo. 2. & 3. vbi concludit, quod sicut licitum est occidere animalia bruta, in quantum ordinantur naturaliter ad hominum vsum, ita licitum est occidere malefactorem, in quantum ordinatur ad salutem totius communitatis, & dicit quod ad illum solum pertinet, cui committatur cura communitatis conseruanda, sicut ad medicum pertinet praescindere membrum putridum, cui est commissa cura salutis totius corporis. Cura autem communis boni commissa est Principibus habentibus publicam auctoritatem. & subdit, quod homo propter peccatum decidit dignitate humana, & incidit in seruitutem bestiarum, vt scilicet de ipsis ordinetur, secundum quod est vtile aliis, secundum illud Psalmistae: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. & Prouerb. 11. Qui stultus est, seruiet sapienti. & ideo concludit, quod quamuis occidere hominem manentem in dignitate, sit secundum se, malum: tamen occidere hominem malefactorem, qui est periculosis, & corrupturus communitatem, propter aliquod peccatum laudabiliter & salubriter occiditur, vt bonum commune conseruetur: modicum enim fermet totam massam corruptam, vt j. ad Corinth. 5. capi. & dicit, quod occidere hominem malefactorem potest esse bonum in se, sicut occidere bestiam, quia homo malus, est peior quam bestia, & plus nocet, vt dicit Philosophus in j. praalleg. & 7. Ethic. tamen Sanc. Tho. in loco praalleg. licet dicat, quod propter bonum commune licitum sit occidere hominem malum, non tamen permittitur hoc priuatis personis, sed solum illi, cui cura communis commissa est, vt Principibus habentibus publicam auctoritatem. sed Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de constit. in fi. suae addit. versic. incipien. secundum, ex quo auctor versatus est in quaestionibus statutorum, qui versic. est in penult. col. istam quaestio.

54. examinat. vbi concludit, quod valeat statutum disponens, quod bannitus, vel rebellis, vel alterius male conditionis homines possint occidi, mutilari, vel depraedari, vel aliqd simile: quia sicut ille, cui salus communitatis est commissa, habens merum Imperium, licite per se occidit, ita per alium poterit occidere, quia quod per se potest, & valet, ita potest aliis committere ad bonum commune. facit l. 2. C. quando lic. sine iud. vin. in fi. pro quiete communi, nam ideo statuta permittunt, vt poena inferatur talibus per priuatas personas, quia iudices frequenter sunt negligentes, vt de facto videmus. & ista conclusionem sequitur Bartol. in praedictis locis. sed Butr. hic, & Ioan. de Imo. secundum eum distinguunt. Tu facias conclusiones.

Prima est, si statutum disponit, quod propter maleficium, ex quo potest inferri poena mortis, possit impune occidi, & hoc est licitum secundum omnes, & voluit Hostien. in c. fin. infra de consuet.

Secunda conclusio, si quis est bannitus propter maleficium, pro quo non potest imponi poena mortis, sed poena pecuniaria, non valet statutum permittens bannitum occidi, vt dicit Hostien. in praalleg. cap. fina. & sequitur Butr. hic. & videtur etiam transire Ioan. de Imo. idem dixit M. de Fano, vt refert Ioan. And. in loco praalleg. Sed Io. And. ibi dicit, quod communiter tenetur contrarium, & ita etiam seruatur de consuetudine, a qua non est recedendum, vt in cap. cum dilectus, de consuet. & sequitur etiam Bart. in locis praalleg. sed possunt concordari opin. quod aut pro hoc non prouideretur communi vtilitati, & tunc tale statutum non valet: est enim iniustum, quod pro poena pecuniaria imponatur poena mortis. vbi autem

tem prouideretur publicæ utilitati, vel communi salutem: puta tales banniti etiam pro pœna pecuniaria solent multa uel na inferre, ut quia simul colligantur, & bona aliorum rapiunt vel homines interficiunt, vel alia grauius damna inferunt, & hoc casu valet statutum, quod bannitus possit impune offendere, licet sit bannitus pro delicto exigente pœnam pecuniariã. & hoc modo procedit illud, quod dixit Bal. in l. vt vim. ff. de iu. 55 sit. & in. vbi dixit, quod si aliquis est bannitus qui est malpagus, id est non soluit onera communis, non poterit talis impune occidi, stante statuto, quod bannitus impune occidatur. pro hoc facit glo. notabilis 4. q. 1. in summa. vbi dicit, quod inobedientia tunc morte puniebatur, vbi quis erat præuaricator legis, vel non obediens iudici in his, quæ spectant ad vindictam malefactorum. 23. quæstio. 5. miles. esset enim absurdum, quod talis contumax puniretur morte, qui nollet solvere ad mandatum secundi iudicis. secus dicas, si esset contumax in causa criminali: nam valeret statutum, quod contumax in causa criminali possit impune offendi. pro hoc facit, quod notat Bart. in l. absentem. ff. de pœn. vbi dicit, quod valet statutum, quod contumax in causa capitali habeatur pro confessio. idem dicit Bal. in cap. 1. §. furtum. ff. de pace iuram. firm. vbi dicit, quod ex sola contumacia etiam vbi non constat aliter de delicto poterit reus condemnari ad mortem, allegat nota. in Specul. de accusat. §. 2. versic. sed pone. & Ioan. And. in c. veritatis, de do. & contu. & idem voluit Bal. in c. 1. qui succ. teneã. facit optime tex. 11. quæst. 3. rursus. & c. quicumque. vbi patet, quod contumax in causa criminali per annum, habetur pro confessio, quæ tamen capitula declarata, prout declarat glo. 2. in cap. contingit, de do. & contu.

Tertia conclusio, si statutum disponit, quod bannitus possit impune offendi ratione vindictæ, statutum non valet, ut dicit Ioan. And. in præalleg. tit. de constit. in addit. Specul. & sequitur hic Buttr. qui dicit se in facto dixisse, quod non valent statuta, quæ permittunt confortibus vindictam contra illum, qui offendit confortem. dicit tamen, quod talia statuta vigent in ciuitate Floren. idem sequitur hic Ioan. de Imo. in 7. colum. Sed Bal. in l. 2. C. quando lic. vni. se si. iud. vind. & in l. actionis. C. quod met. cau. tenet, quod valet statutum disponens, quod possit se quis vindicare contra offendentem. & plus ibi dicit, 58 quod statutum concedens potestatem se vindicandi videtur concessisse per se, & non per alium. facit l. cum fundum. iuncta glo. ff. de vi & vi arma. & per l. seruus si heredi. ff. de sta. lib. idem dicit in c. de cætero, de re iudic. vbi dicit, quod statutum permittens alicui occidere hostem, vel inimicum, videtur permittere ei, ut faciat in propria persona, non autem ut possit mandare alteri. sed contrarium dixit idem Bal. in l. Gracchus. C. de adult. Barto. etiam fuit sibi contrarius, quia in l. non solum. §. qui mandato. ff. de iniu. dixit, quod vbi conceditur facultas occidendi privilegio personæ, non potest hoc mandare alteri, nisi forte filiis. sed in l. vt vim. ff. de iust. & in. quod potest mandare etiam extraneis, quod nunc non examino, quia non est nostra materia. Sed quantum ad principale dictum mihi placet opin. But. & Ioan. de Imo. quia vindicta non potest sumi de delinquente, siue de consorte eius sine peccato. pro hoc allego glo. notabilem. 1. dist. consuetudo. quæ est in verbo, q. salutem. & incipit, licet ratio sit, vbi dixit, quod persequi inimicum est contra salutem. & illam glo. multum notat ibi Dom. Domin. in si. per quam glo. dicit, quod consuetudo disponens, quod quis possit se vindicare rancore vindictæ non tenet, tanquam disponens contra salutem animæ. & per hoc dicit, quod consuetudo, quæ est Florentiæ, non valet, & allegat Io. Andr. in Spec. de constit. & But. hic: nam hoc est contra doctrinam Euangelicam, & non contra orationem Dominicam. Mandatur enim nobis, quod debemus diligere inimicos nostros, & bene facere eis, qui oderunt nos, & orare pro persequenti bus nos, immo etiam si statutum promitteret bannitum occidi, volens prouidere per hoc salutem rei publicæ, si quis occideret amore vindictæ, vel odio, peccaret mortaliter, ut dixit Bal. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. & Albericus de Rosate in 4. parte statutorum. quæst. 19. vbi dicit, quod fundens humanum sanguinem amore vindictæ, vel odio, peccat mortaliter, secus si zelo Reipublicæ, vel animo exequendi statutum, qui tunc non peccat, cum facit auctoritate legis, ut in dicta l. Gracchus. C. de adult. & idem sentit Ioan. And. in addit. Specul. in præalleg. tit. de constit. ad fin. Non obstat l. 1. & 2. C. quando lic. vni cuique se sine iud. vindic. quia loquitur, quando quis facit vindictam in ipso actu flagrantis criminis, quando a latrone inuaditur.

60 Nunquid tamen si statutum permittit bannum impune offendi, possit occidi, & sic an offensio includat accusationem. Ioan. Andr. in præalleg. tit. de constit. dicit communiter teneri, quod sic. idem sequitur hic But. qui tamen dicit, quod talia statuta personæ ecclesiasticæ facere non possunt, excepto

Papa, ut in cap. sententi un sanguinis, ne cler. vel mona.

- 61 Nunquid tamen si dicit statutum, quod bannitus possit impune occidi, liceat furari res suas. Bal. in dicta l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publi. dicit, quod sic, sicut licet furari res publici hostis: tamen verba statuti dicentis, quod possit impune offendi, debent intelligi in re, & in persona. l. 1. §. quod autem. ff. de alea. quem tex. Bald. dicit esse meliorem, qui reperitur in corpore iuris. facit 14. q. 3. ab illo. & de ista quæst. an lex positiua possit permittere homicidium contra bannitum, vel contra furem, vel similes personas. vide in tract. Fratris Franc. de Platea, qui appellatur tractatus restitutionis. c. de restit. damnificantium in bonis corporis. versic. quid de legibus statutentibus occidi. vbi circa hoc allegat Scotum, & alios Theologos. & hoc de primo casu, scilicet quando ius diuinum reperitur limitatum.
- 62 Secundus casus est, quod quando ius diuinum non reperitur limitatum, & in hoc dicunt Doct. quod si subest iusta causa limitandi, & per illam excluditur peccatum, valet statutum contra ius diuinum, ut patet in illo exemplo, in ore duorum, vel trium stat omne verbum, in cap. licet, de testib. nam ius civile statuitur, quod in testamentis, & in aliis negotiis requirantur plures testes, ut in l. hac consultissima. & in l. si vnus. C. de testam. & in l. fin. & auth. ibi posita. C. si cer. per. nam ius civile statuit propter suspicionem falsitatis euitandæ, vnde dicendum est idem in aliis casibus, vbi statutum tenderet ad tollendum peccatum, secus vbi nullo modo excluderetur peccatum, quia tunc nec ius civile, nec rescriptum valeret contra ius diuinum, ut patet in cap. fina. de præscriptio. & in cap. cum contingat, de iure iur. vnde dixit Bal. in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publi. & in l. 1. ff. de constit. princ. quod statutum disponens, 64 quod mulier bannita possit impune adulterari, non valeret, quia est contra ius diuinum, & ex nulla causa potest iustificari. pro hoc est opt. tex. in cap. & si Christus. versic. quædam. et enim prohibetur, de iure iur. Sed dices tu, quod furtum est delictum, & tamen aliquando a iure permittitur, ut patet 14. quæstio. 5. dixit Dominus ad Moysen, & de consecra. dist. 5. discipulos. Item Innoc. in cap. olim, de restit. spoliat. dicit, quod si aliquis tenet rem meam, vel dedit mihi damnum, contra quem non possum probare, vel agere, licet mihi tantumdem furari de suo, si possum facere occulte sine scandalo. Sed tu dic, quod tunc non est furtum, quia tempore necessitatis omnia sunt communia, de quo etiam vide Sanc. Tho. 2. 2. quæst. 66. artic. 7. vbi dicit, quod quando quis ratione extremæ necessitatis occulte accipit rem alienam, siue pro necessitate sua, siue proximi, non committit furtum, de hoc dixi in dicto versic. quædam. vbi allegati Sanc. Tho. etiam in aliis locis. similiter quando aliquis tenet iniuste rem meam, vel dedit mihi damnum, si accipio tantumdem, non committo furtum, quia facio ob satisfactionem rei meæ, vel damni mihi dati. & hoc modo etiam potest intelligi, ut 14. quæst. 5. dixit Dominus. nam ut ibi dicitur. Habuerunt mandatum a Deo, cuius omnia sunt, & præstiterunt solum ministerium mandato diuino, vel aliter Aegyptij coegerant populum, & Israel portare lateres, & alios labores facere absque mercede, vnde in recompensationem mercedis laborum suorum potuerunt exportare illa vasa aurea, & argentea. & de hoc vide, quæ dixi in dicto capit. & si Christus. versic. quædam. vbi hoc latissimè declarauit. vide etiam quæ scripsi in capit. sicut. el secono, infra de iure iur. vbi declarauit, an liceat subtrahere furto res illius, qui detinet res meas, vel dedit mihi damnum. Item licitum est subtrahere furto res hostium: tamen quia cum permittitur in persona offendere, licitum est etiam ab eo res suas auferre, ut in cap. ab illo. 14. quæst. 4. & in l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. & hoc ita tenet Bal. in d. l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publi. vbi dicit, quod est licitum furari res hostium. de hoc tamen dic, ut plene per Innoc. & Doct. in capit. quod super his, de voto. vbi etiam plene scripsi post eum, & sic in effectu, quando peccatum non excluditur, non est licitum statuere, vel rescribere, contra ius diuinum, sed bene vbi peccatum excluditur.
- 66 Quid autem si est dubium, an subest iusta causa, vel non, ad statuendum contra ius diuinum, & in hoc Cy. in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publi. dicit, quod in dubio debet præsumi causa, si iusta causa potest iubesse, secus si nulla causa potest subesse, quia tunc non valeret lex, vel statutum contra ius diuinum, & hoc sequitur Ioan. de Imo. quia consuetudo, vel lex, vel statutum debent esse iusta, & honesta, & peccatum non nutrire. l. 3. C. de legib. & 4. dist. erit autem lex. Sed Dom. Abb. hic restringit dictum Cy. quod Legistæ communiter sequuntur duobus modis.
- Primo, in quantum Princeps secularis vellet limitare ius diuinum in his, in quibus habet iurisdictionem, secus in spiritualibus, in quibus interpretatio pertinet ad Papam, ut in capit. per venerabilem, qui filij sint legit. & allegat notabile dictum

Alex. de Neuo in primum Decretal.

67 *Ann. Franc. de Sen. † qui concludit non valere statutum laicorum, vt ex certis coniecturis quis conuincatur esse vsurarius, quia in talibus non habet potestatem statuendi, vel interpretandi. facit cap. tuam, de ordi. cognit. & quod not. Bal. in l. 2. ff. sol. matr. Sed de hoc, an tale statutum valeat, vide per Docto. in c. cum in diocesi, infra de vsur. vbi Doc. tangunt, & per Jo. Cald. in hoc tit. de constit. conf. 21.*

Secundo limitat, quando vellet interpretari ius diuinum, quia tunc non praesumitur causa, nisi de ea constet, quia non debet violare legem superioris sine causa apta, seu manifesta, & allegat notabile dictum Innoc. in cap. quanto, de consuet. vbi dicit, † quod etiam Papa necdum contra ius diuinum, sed etiam contra statutum vniuersalis ecclesiae non potest venire: vnde concludit, quod etiam Papa non potest interpretari ius diuinum, nisi appareat iusta causa interpretationis, & sic Domi. Abb. videtur reprobare dictum Cy. quod communiter sequuntur Doct. Legistae, & etiam But. & Io. de Imo. hic, qui uolunt, quod in dubio praesumatur causa. sed concordat opi. & dicit, quod aut constat, quod potest subesse causa, & tunc valet constitutio interpretans ius diuinum, qui in dubio debet praesumi constitutionem esse iudicatum in illa causa iusta quae potuit mouere constituentes, & hoc modo loquatur opi. Cyn. quam Legistae communiter sequuntur, & But. & Io. de Imo. hic. Aut non constat, quod possit aliqua causa subesse, quae habet excludere peccatum, & tunc procedit opin. Domi. Abb. qui etiam dicit, quod Papa in iurisdictione sua plus potest respectu laicorum, quam possit Imperator respectu clericorum in causis spiritualibus, quia Papa respectu laicorum potest statuere quod causam concernentem statum totius Christianitatis, vt in c. 1. de homic. in vj.

69 Et ex praedictis † dicit Ioan. de Imo. posse patere, an valeat rescriptum Papae, vel Imperatoris contra ius diuinum, quia potestas statuendi, & rescribendi procedit a pari potentia, vt notant Legistae, maxime Bart. in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publi. quod dictum tene menti. Innoc. tamen in cap. quanto, de consuet. dixit, quod fortior est prohibitio facta per constitutionem, quam facta per rescriptum. idem dicit Bal. in l. 1. ff. de constit. Princ. Et ex his sum expeditus de primo casu principali, scilicet an possit fieri lex, vel statutum, vel concedi rescriptum contra ius diuinum.

70 Venio ad secundum, † an possit statui, vel rescribi contra ea, quae sunt de iure naturali, vel gentium? Et in hoc dicit, quod aut vult tollere in totum ius naturale, vel gentium, & hoc non potest, quia talia iura hoc respectu sunt immutabilia, vt Insi. de iur. nat. gen. & cit. §. sed naturalia. & Insi. de leg. agn. tu. §. si. & 6. dist. §. his ita. Aut vult distinguere, vel limitare, & tunc vera, & communis conclusio Docto. est, vt dicit hic Domi. Abb. quod ex causa rationabili potest statuere: nam propter praesumptionem inductam a iure positivo interdum quis priuatur iure suo. facit de re iudic. cum inter. & cap. sicut, & de renuncia. in praesentia. Item propter delictum confiscantur bona alicuius, vt in cap. cum secundum, de haeretic. in vj. & in ca. ita quorundam. infra de iudic. vbi Papa certo casu inducit seruitium contra libertatem, quae est de iure naturali, secus si causa non subesset, quia tunc non potest Papa, vel Imperator statuere, vel rescribere contra ius naturale, vel gentium, secundum communem opin. Canonistarum, & Legistarum.

Et circa hoc vide pulchra verba Innoc. & scribentium in cap. quia plerique, de immun. eccles. & ad hoc allegat Domi. Abb. in clem. pastoralis, de re iudic. † vbi dicit, Imperatorem non posse statuere in his, quae sunt contra ius naturale, quia licet Imperator habeat iurisdictionem in vniuerso, non tamen habet Imperium rerum priuatarum.

72 † Et hoc etiam procedit secundum eum respectu bonorum infidelium: nam sine causa, nec Papa, nec Imperator potest auferre bona eis, de quo plene per Innoc. & Doct. in c. quod super his, de voto. Et adde notabile dictum Bart. in l. quicumque. C. de fide instrum. & iure haeretic. lib. 10. vbi dicit, quod illi, qui emerunt a communi Perusij solenniter vend. res bannitorum non coguntur restituere ex bannitis ex forma capitulorum pac. hoc disponentium, quia si non valet rescriptum Principis, ergo nec statutum, nec factum ciuitatis. idem dicit Domi. Card. in cap. quia diligentia, infra de elect. vt dicit se sic in facto consiluisse: † nam fiscus uendiderat bona confiscata emptoribus soluentibus pretium, deinde fiscus restituit illos delinquentes in forma plenissima, cancellando confiscationem, & omnia inde secuta. Dubitatum fuit, vtrum emptores tenerentur reddere bona, quae emerant. & ipse consiluit quod non, de quo vide hic per eum, quia latius loquitur. Et hoc tene menti.

74 Et dicit hic Do. Abb. communiter teneri, † quod Princeps non potest auferre bona alterius sine causa, & idem dicit hic But. & Ioan. de Imo. & Bart. & communiter Doct. in d. l. fin.

C. si contra ius, vel util. publ. & Dom. Cardin. hic in 6. quaest. concludit, quod Princeps sine causa non potest auferre dominium alicuius, & si sine causa tollat, non est sibi parendum, etiam si super hoc legem statuat, & dicit hoc singulariter notasse Innoc. in dicto cap. quia plerique, de immun. eccles. licet dicat Dom. Pet. de Anchar. tenere contrarium. Sed concordando dicit, quod in Principe sufficit quaecumque causa motiua, quia praesumptio est, quod mandatum sit iustum, vt in Authen. de consuet. ad fin. de Papa probatur in clem. 1. de probat. & hoc est verum, nisi expresse appareat, quod mandatum sit improbabile. In constitutione vero inferioris requiritur causa probabilis, quae possit iustificari constitutio, alias ipsa constitutio tollens dominium alterius non ualet. l. si priuatus. ff. qui & a quibus. Cessat enim illa praesumptio, quae est in Principe. hoc dictum etiam videtur sequi Domi. Abb. dicens, quod in dubio Princeps videtur motus ex iusta causa ad rescribendum, vel statuendum contra ius naturale, vel gentium, adeo quod non admittatur probatio in contrarium. pro qua opin. facit dicta clem. 1. de probat. intelligendo ipsam, quod loquatur, etiam quando Princeps scribit in his, quae sunt de iure gentium. dicit tamen, quod hoc dictum videtur sibi satis durum, quod in contrarium potest allegari clem. pastoralis, de re iudic. Dicit tamen, quod in practica seruatur opin. Legistarum, quam ipse limitat pluribus modis.

Primo in his, in quibus Princeps se obligat, quia alias de facili posset euacuare omnem contractum suum, quod est contra l. Caesar. ff. de publ. & contra cap. 1. de probat.

75 Et ex hoc inferit, † quod Imperator non potest vasallum priuare feudo sine causae cognitione, quia feudum est contractus, in quo ex vtraque parte nascitur obligatio, vt in §. de forma. 22. quaest. 3. iuncta l. Labeo. la seconda, ff. de verb. signi. Item quia natura feudi est, vt non auferatur sine causa. sed tu dic, quod hoc tenet glo. & Bal. in cap. 1. qui feu. da. poss. & ibi Bal. assignat rationem, quia bonae, & naturales consuetudines ligant Principem, quia potentius est ius naturale, quam principatus.

Tertio limitat Domi. Abb. vt praesumatur pro Principe respectu subditorum, non autem respectu aliorum, & ad hoc allegat notabile dictum Innoc. in cap. inquisitioni, infra de senten. excomm. vbi dicit, † quod si Papa mandat laico sibi non subdito temporaliter, quod alicui det rem suam, non tenetur ei obedire, si non appareat legitima causa obediendi, cum non sit de subiectis temporaliter. ad hoc etiam allegat clem. pastoralis, de re iudic. verum non fuit facta praesumptio pro processu Imperatoris, quia Rex Siciliae non erat ei subiectus. & istud dictum Domi. Abb. allegauit in facto in ciuitate Romana: nam

77 † Pius Papa acceperat mutuo a mercatoribus Florētinis quinquaginta milia ducatorum, dubitabatur, an Paulus suus successor teneretur eis satisfacere, quasi illud debitum fuisset contractum ex necessitate ecclesiae Romanae, iuxta cap. 1. de solu. & dicebatur quod sic, quia in Papa praesumitur iusta causa, vt in capit. non est, de voto. Ad idem: Illud, quod facit Princeps, praesumitur facere, vt Deus, in Authen. de haeretic. & Falci. in princ. notat Bart. in capit. 1. de forma fidelit. Sed ego respondi contrarium, & allegauit hoc dictum Do. Abb. qui dicit, quod praesumitur pro Papa, vel Imperatore quo ad subditos, non autem quo ad non subditos. successor enim non est subditus praedecessori, sed est ei par, vt in cap. innotuit, de electio. cum similibus.

Tertio limitat Domi. Abb. vbi ex mandatis Principis timetur scandalum, vel turbatio Christianitatis, vel aliud malum, vt voluit Innoc. in dicto capitulo, inquisitioni. Sed ista tertia limitatio non congruit, quia vbi timetur scandalum, vel turbatio Christianitatis, vel aliud malum, cessat praesumptio iustitiae.

78 Quarto limitat Domi. Cardin. in constitutione inferioris, quia non praesumatur iusta, nisi appareat, vt supra dixi. Quae autem dicatur iusta causa rescribendi, vel statuendi contra ius naturale, vel gentium, dicit, quod iusta causa dicitur, quando subest fauor publicus, vel utilitas publica, vt in l. item si verberatum. §. fin. ff. de rei vendic. & in toto tit. ff. & C. de bon. damna. Item quando fiscus habet rem communem cum priuato, vt in l. 2. C. de vend. r. r. ff. nam ratione conuentionis videtur esse iusta causa, vt possit rem ipsam vendere ipso priuato non requisito, quia melius eam vendet, vendendo totum, quam si venderet tantum partem suam. l. 1. & 2. C. quasi diu. debet tamen precium part. priuati sibi dare. Item si fiscus possidet rem alienam bona fide, & ipsam vender, dominus rei non potest illam reuocare, sed debet agere ad precium contra fiscum, vt in l. bene a Zenone. C. de quadrienn. praecip. & Insi. tu. de vlt. cap. §. edicto diui Marci. istud tantum colligatur ex iusta causa, quia indignum est, vt contractus factus a Principe retractetur. Item non agitur de magno praedicio priuati, ex quo

ex quo potest petere pretium a fisco: nam Princeps potest in ferre modicam læsionem etiam sine causa. l. quoties, C. de precib. imper. offer. & hoc sequuntur hic Docto. & etiam Dom. Abb. Sic. & vide pulchrum dictum Bal. in l. r. ff. de const. Princip. vbi dicit, quod si Princeps excedit iustitiam partis, nunquam videtur velle excedere nisi in modico.

79 Et ex prædictis potest decidi quæstio, si quidam de dominis terrarum, qui excæcant homines, vel mutilant propter lepores, vel huiusmodi quæ capiuntur contra eorum voluntatem nunquid peccent mortaliter tanquam effundentes sanguinẽ humanum, & præalleg. Frater Franc. in d. trac. restitutionum. in prædicto cap. de restitutione damnificatorum in bonis corporis, ad fin. vers. quid de dominis terrarum. refert Astensem in summa sua, in 5. lib. tit. 29. vers. concludit, quod in quatuor casibus mortaliter peccant.

Primus, si talis poena imponitur amore vindictæ.

Secundus, si faciunt amore huiusmodi animalium.

Tertius, si libidine huiusmodi animalium, quæ in nullius bonis sunt.

Quarto, si pp unicum actum hanc penam imponunt, cum non debeant ita seuerè procedere, nisi contra consuetos ad talia. & in hoc vult, quod etiam si subsit iusta causa prohibendi talia animalia capi, non debet imponi poena, nisi contra consuetos ipsa animalia capere. plus dicit vbi supra, quod etiam si sit consuetudo loci illius, quod pro vno actu infligatur tanta poena, consuetudo est iniqua, & non obseruanda, & obseruantes eam peccant mortaliter. facit c. fi. j. cod. Ego tamen nescio uideri, quomodo talis constitutio possit subtrahi, cum talia animalia in nullius bonis sint, & de iure nãli, & gentium cõcedatur occupanti, vt in §. singulorum. & in §. feræ. Infit. de rer. diuis. unde non uideo quomodo possit esse iusta causa prohibendi ne capiantur, & tales prohibitiones fiunt in locis, & terris tyrannorum, & non in aliis. Ex his sum expeditus de secundo.

80 Venio ad tertium, scilicet an Papa, vel Imperator possit rescribere ius ciuile, vel ius canonicum posituum, referendo singula singulis. & Inn. & cõiter Doc. vñr uelle quod sic, hic, & in d. l. fi. C. si ius, uel util. publ. sed D. Abb. quod vbi non est cã lra ueniẽdi ius posituum, Princeps peccat illud uiolando, quia debet facere vt bonus paterfã. & ei data est ptas pascẽdi oues, non autem turbandi, & debet ex rectitudine rationabili ueniẽdi ius, non autem ex diffinitione speciali. pro hoc uide opti.

81 tex. 9. di. in palea, iustum. vbi tex. aperte dicit, quod Princeps peccat, qui sine cã non obseruat iura sua, allegat et Do. Abb. ea, quæ Doct. not. post B. Tho. in c. de multa, de præb. vbi Doct. concludunt, quod ubi constitutio est fundata in publica utilitate, sicut est illa, quæ prohibet plura beneficia incompatibilia, Papa non potest dispensare absque causa rationabili.

82 Sed maius dubium est, si an Papa, uel Imperator possit tollere ius quæsitum ex actu mere ciuili: puta ex insã, quæ transiit in rem iudic. vel ex præscriptione. & in hoc et Inno. vñr uelle quod sic. Cy. tenet trium in l. rescripta. C. de precib. imp. offer. unde But. & Io. de Imo. distinguunt dicentes, aut ius est quæsitum nõ subdito: & tunc clarum est, quod Princeps non potest tollere ius quæsitum, vt no. Inn. in c. nouit, de iud. & dixi s. e. c. j. Aut uult tollere ius quæsitum ex causa legitima, & hoc constat, puta quia confiscantur bona ex delicto, uel si mandat snãm, quæ transiit in rem iudic. rescindi ex aliqua iusta causa, vt in c. cõ ex literis, de resti. in integ. & in c. suborta, de rei iud. & ibi dixi, & hoc potest. Aut uult tollere sine causa, & hoc cõstat, & nõ potest. In dubio autem debet præsumi iusta causa, vt supra dixi. & tenet Bal. in l. j. ff. de const. Prin. vbi dicit, quod nõ præsumit aliquid placere Principi, nisi iustum, & verum, & si excedit iustitiam, nunquam præsumitur uelle excedere nisi in modico, vt in l. quoties. C. de prec. imp. offer. Dñt tñ Bu. & Io. de Imo.

83 quod Imperator possit tollere ipsam actionem etiam sine causa, quia est de mero iure ciuili, sed nõ possit facere, quin reddatur iustitia, unde rediret ad putatiuum ius, quoniam non erant actiones, sed manu regia ministrabat iustitia, vt in l. 2. in prin. ff. de orig. iur. & hoc et uoluit Inn. & Compof. in arti. an Princeps possit ius gentium rescribere: nam dñt, quod Princeps non potest tollere actionem quæsitam ex actu iuris gentium, sed poterit agi ex sola obliõne iuris gen. sine actione. & no. istum casum, vbi quis potest agere sine actione. Et ex hoc inferit But. quod licet

84 ex pacto nudo non oriatur actio de iure ciuili. Liuris gentium. §. j. ff. de pac. tñ nãlis obliõ quæ surgit ex pacto, debet hñe executionem, sicut olim ante inuentas actiones ministrabat iustitia manu regia. & dicit Io. de Imo. quod istud vñr esse de mēte Inn. & Compof. dicit tñ, quod in practica non seruaret de iure ciuili, ex quo ius ciuile disponit, quod nõ habeat effectũ executionis, sed solam exceptionem, vt in Liuris gentium §. j. Dicit tñ, quod si adiret Imperator pro executione ipsius obliõnis nãlis peccaret, si non faceret illam executioni mandari, per viam autẽ de nunciõnis Euangelicæ, nõ est dubium, quod possit petere exe-

cutiõnem obliõnis nãlis descendens ex pacto nudo nõ licet, vt in c. nouit, de iud. & Bar. in extrau. ad reprimendum. in verb. denunciatiõnem. & hoc in terris Imperij. In terris autem ecclisie clarum est, quod ex pacto nudo oriãt actio, vt in c. j. de pac. Et prædicta procedunt, quoniam constat de mente Principis, quod uult derogare iuri alterius, in dubio autem non præsumit uelle derogare nisi circa ea, quæ sunt leuis præiudicij: puta circa dilatiõnes, & circa appõnes remouẽdas, quia sæpe rescribit cum clã, appõne remota, vt in c. secundo requiris. & in c. inquisitiõni, de appell. facit l. quoties. C. de prec. imp. offer. ¶ Nunquid autem, quoniam rescribit totaliter auferendo ius alterius, sit necesse quod ponatur clã, ex certa scientia, & an sufficiat gñalis clã, an uero spalis requiratur, dic vt per Io. de Imo. & Bu. hic. & per Bar. & alios scribentes in l. fi. C. si ius, uel util. publ. sed de hoc dicam in c. nonnulli, de rescrip. vbi melius cadit.

Quærit etiã Bu. & Io. de Imo. an inferiores a Principe possint statuere contra ius. & concludunt, quod si habent iurisdicciõnẽ meri & mixti Imperij possunt, nisi uelint statuere circa reseruata Principi, quia tunc nõ possent, vt in l. j. §. de qua. ff. de postul. nisi forte esset populus liber, qui non recognosceret superiorem, vt not. Bar. in d. §. de qua. & in l. hostes. ff. de capt. & in c. infamem. ff. de publ. iudi. Et dicit Io. de Imo. esse intelligendum, quod inferiores a Principe possunt statuere contra ius. scilicet contra ius posituum. Contra autẽ nãle, uel gentium non possunt statuere nisi ex causa, per ea, quæ supradicta sunt. Postea dicit Io. de Imo. quod inferior hñs potestatem legis condende non potest statuere ius, si non est populus, vt in l. formam. C. de off. præfec. præto. ubi patet, quod præfectus prætorio licet possit facere leges gñales, non tñ potest facere leges, quæ essent ius. & pro hoc facit, quia legatus de latere nõ potest statuere, nec rescribere ius, vt dicit gl. mag. in c. fi. de hæ. in vj. & plene dixi post D. Abb. in c. fi. de confir. vt. vel inut. pro hoc allego gl. not. in l. i. in glo. antepen. ff. de off. præfe. præto. quæ dicit, quod ep̃i & Cardinales sunt similes præfectis prætorio, præterquam in retinendis sceminis, unde facias tres conclusiones.

Prima sit, populus liber, non recognoscens superiorem, potest statuere contra ius, quemadmodum Papa, uel Imperator.

Secunda conclusio, populus recognoscens superiorem, licet possit statuere ius, vt in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. & Infit. de iu. na. gen. & ciu. §. ius aut ciuile. non tñ potest statuere circa ea, quæ sunt de reseruatis Prin. vt in d. l. j. §. de qua. ff. de post.

Tertia conclusio, licet populus possit statuere ius gentium, non tñ potest sine cã, sicut et non potest Papa, uel Imperator subsistente tñ cã, dummodo de ea cõstet, quia in dubio nõ præsumit iusta causa in inferioribus a Principe, vt dicit D. Cardi. in 6. q.

Quarta conclusio, alius inferior a Principe, nisi sit populus non potest statuere ius, vt d. l. formam. C. de off. præf. præto. hinc est, quod legatus de latere nõ potest statuere ius, vt in c. fi. iuncta gl. de hæ. in vj. sed dic, quod alia etiam vniuersitas ecclisistica non potest statuere ius, vt in c. j. de off. Archipresby. & in c. quod super his, de maio. & obed. Dicit tñ hic Io. de Imo. quod dñi terrarum faciunt statuta ius, licet de iure facere non possint, si superiorem recognoscunt, vt d. l. formam. C. de precib. imper. offer. & hæc sufficiant. Sequitur c. cum accessissent.

S V M M A R I V M.

- 1 Dignitas sublata de ecclesia per statutum capituli, confirmata per Papam, non censetur ulterius vacare, nisi per contrarium actum statutum fuerit reuocatum.
- 2 Nomen appellatiuum, seu cognomen, an in literis, seu compromissionibus Papæ exprimeret sufficiat.
- 3 Dignitas, personatus, & officium sinonima sunt large sumpta.
- 4 Manus denotat potestatem, item dominium.
- 5 Ponere extra manus, & exire de manibus, quid si uiscent, & num. 6.
- 7 Collatio beneficii large dicitur donatio.
- 8 Dare, & donare, qualiter differant.
- 9 Impetrans beneficium ecclesiasticum, an debeat facere mentionem de specie, seu qualitate, & modo vacationis.
- 10 Vacatio verbum, simpliciter prolatum, omnem vacationem, etiam in materia penali includit.
- 11 Actus capituli, seu collegij capitulariter, seu collegialiter fieri debet.
- 12 Dignitatem, uel præbendam supprimendi vna legitima causa in ecclesia ponitur.
- 13 Capitulum ecclesie Cathedralis non potest suppressere dignitatem de ecclesia sine superioris auctoritate.
- 14 Vterius verba, & nullatenus, quid significant, num. 15.
- 16 Dignitas suppressa non censetur amplius vacare, vbi casus similes referuntur.
- 17 Statuentes an possint reuocare statutum etiam a Sede Apostolica confirmatum.
- 18 Canonici an possint statuere, & statutum reuocare, & contrauenire absque superioris auctoritate.

Alex. de Neuo super j. Decret.


D

19 Ar-

Alex. de Neuo in primum Decretal.

- 19 *Archiepiscopus absoluit ab excommunicatione, quam ipse tulit, licet per Papam confirmatam.*
- 20 *Statutum tollitur per unum actum contrarium, non sic in consuetudine, num. 24.*
- 21 *Statutum primum, an tollatur per secundum, non faciens de eo mentionem.*
- 22 *Suo robore permanere, quid importet.*
- 23 *Pacta inita suam firmitatem obtineant, quid significet.*
- 25 *Tempus currere incipit post moram petendi licentiam a superiore.*
- 26 *Episcopus cum consensu capituli an possit ex causa augere, & diminuire, creare, & extinguere numerum prebendarum sine Papa, ubi ex distinctione sunt tres casus.*
- 27 *Romana ecclesia sola instituit dignitates cuiuscunque ordinis.*
- 28 *Canonici Cardinales, qui sint.*
- 29 *Cardinalatus canonici dignitas, si per Archiepiscopum, seu capitulum suppressa, seu extincta sit, ipsum erigere non possunt.*
- 30 *Capitulum cum consensu episcopi, an possit augere numerum prebendarum causa subsistente, ubi per casus discurretur.*
- 31 *Clausula decreti qualem in se tacitam conditionem habeat.*
- 32 *Actus spiritualis contra iuramentum factus secundum communem opinionem tenet.*
- 33 *Mulier, vel minor si iurant non alienare, & postea alienant iurantes non contrauenire, alienatio, & iuramentum non valent.*
- 34 *Iurans seruare contenta in Statuto, licet illud renouetur, remanet tamen ex iuramento obligatus.*
- 35 *Prebendarum numero Statuto per episcopum cum capituli consensu, si restringit, vel ampliat sine causa, tenet fractionum numeri, si omnes consentiunt.*
- 36 *Dignitas an possit supprimi, vel numerus restringi absque superioris auctoritate, vel alterius pretendenti presentandi potestatem, vel confendi ad se pertinere.*
- 37 *Episcopus cum capitulo non potest alterare beneficium inuito patrono, seu eo non consentiente.*
- 38 *Episcopus cum capitulo non potest dispensare, ut beneficium dari possit, non existenti in sacris.*
- 39 *Patronus licet per negligentiam potestatem presentandi perdidit, non poterit tamen aliter conferri, quam habeat institutio beneficii.*
- 40 *Episcopus dispensare in beneficio sine patrono potest, quando ex necessitate ecclesie dispensatio fieri deberet, & similiter permutare.*
- 41 *Episcopus non potest unire beneficium patronatum sine consensu patroni.*
- 42 *Ecclesie patronate res, an possint alienari sine consensu patroni laici.*
- 43 *Confirmatio actus nullius si petatur, & illa fieret in forma, actus non recipit validitatem a tali confirmatione.*
- 44 *Privilegium, an & quando perdat per actum contrarium, ubi plures opiniones recitantur, & num. 48.*
- 45 *Privilegium an tollatur per non usum.*
- 46 *Princeps si concedit privilegium tenendi Studium generale, & ciuitas non utitur per decennium, perdit illud.*
- 47 *Rescriptum concessum ad obseruantiam iuris communis, non perditur per non usum spatio decennii, sed perpetuo durat.*
- 49 *Privilegium quandiu natura actionis durat.*
- 50 *Privilegium quando datur ad excipiendum, an perpetuo duret.*
- 51 *Privilegium quando datur ad extraiudicialia, quamdiu durent.*
- 52 *Privilegiatus ne soluat prestantias, sponte soluens absque protestatione, sibi preiudicat in futurum.*
- 53 *Dignitas extincta, si postea erigatur, noua dignitas, an dicatur.*
- 54 *Statuto stante, quod futurus Potestas habeat arbitrium puniendis maleficiis, & finito officio refirmetur, non habebit tale arbitrium.*
- 55 *Ecclesia destructa, an perdat privilegia, remissiuè.*

C A P. VII.

- 1  **Vm accessissent.** † Dignitas sublata de ecclesia per statutum capituli confirmatur per Papam, non censetur ulterius vacare, nisi per contrarium actum statutum fuit reuocatum, hoc dicit. Diuiditur in tres partes.
In prima ponitur allegatio pro primicerio.
In secunda allegatio pro capitulo contra istum primicerium.
In tertia, diffinitionis commissio. secunda ibi, fuit in super. tertia ibi, quo circa.
- 2 Nota primo ibi, Archidiaconus Tullinen. ar. † quod sufficit exprimere in literis, seu commissionibus Papæ nomen appellatiuum, seu cognomen, nec requiritur, quod proprium nomen exprimat. Sed dicit Ioan. de Imo. quod hodie hoc non seruatur de consuetudine curiæ, secundum quam apponitur nomen proprium, & cognomen ad euitandam equiuocationem, de quo infra titu. i. capitulo primo. allegat etiam l. secundam, circa principium vltimæ glos. C. de vet. iu. enuclean. ubi patet, quod in legibus scribendis incurrit crimen falsi, qui signis literarum scribit nomina prudentium, qui leges condiderunt.

Secundo nota ibi, illius personatus, & ibi primiceriatus dignitas, & ibi primiceriatus officium, † quod dignitas personatus, & officium sunt synonyma, idest idem significantia. & ad hoc quotidie allegatur iste tex. Sed Ioan. de Imo. & Dom. Abb. dicunt, quod hoc est verum late sumpto vocabulo, quia stricto sumpto vocabulo inter ipsa est differentia, de quo dicitur per Ioann. Andr. & Docto. in capit. de multa, de preben. & in capitulo primo, de consuetud. in vj. ubi per Archid. Ioann. Andr. & Dom. Domin.

4 Tertio nota ibi, ad manus nostras. † quod istud manus, denotat potestatem ad se traslatam, seu reuersam, & sic manus hic accipitur pro potestate. ad idem est bon. tex. in l. manumissiones. ff. de iustitia, & iure. & Instit. de liber. in princip. ubi dicitur, quod manumissio dicitur quasi missio a manu, quia per manumissionem seruus mittitur, idest liberatur a manu domini, idest a potestate domini.

5 Et ex hoc infert Bald. † quod si quis promittit rem non ponere extra manus suas, non potest alienare in extraneum. Sed Bal. in dicta l. manumissiones. dicit, quod manus ponitur pro dominio.

6 Ex quo infert, † quod si promitto, quod res non exibat de manibus meis, intelligitur, quod non exibat de dominio meo. & per hoc dicit, quod si Rex concedit mihi castrum, ut non exeat de manibus meis, poterat illud locare, nisi faciam in fraudem, vel nisi locatio fieret petenti sine spe recuperationis, nam tunc diceretur exisse de manu mea, & idem Bald. in l. voluntas, C. de fideicommiss. dicit, quod ille qui pignorat rem, dicitur illam ponere extra manus suas, si debitum equiualeat pignori, quia non est spes, quod res redimatur, & allegat tex. cum glo. not. in l. qui habebat. ff. de legat. 3. & Guil. de Cuneo in dicta l. manumissiones.

Quarto nota ibi, esset donatio deuoluta, † quod collatio beneficii dicitur donatio, concordat capitulum fina. de officio vicar. in vj. Sed vide glo. nota. in capitulo, relatum. de prebend. quæ dicit, quod collatio beneficii est donatio, in cuius dādo, hoc est respectu illius cui confertur beneficium.

7 Sed Dom. Abb. dicit, quod largo modo, quia proprie non est donatio, cum episcopus, seu collator teneatur oīno conferre. pro hoc vide glo. notab. vigesimatertia quæstio. sexta. §. si ex his. in verbo, mutus. quæ incipit, sed qualiter. † quæ dicit, quod est differentia inter dare, & donare: nam donum dicitur illud, quod quis dat ex mera liberalitate, & ex certa scientia, & quando nulla necessitas impellit ad donandum, sed sola liberalitas. l. prima, ff. de donatio. dare vero dicitur ille, qui tenetur ex aliqua necessitate.

Et ex hoc infert, quod episcopus non dicitur donare prebendas, sed dare.

9 Quinto nota in verbo, deuoluta. secundum Bal. † quod impetrans beneficium ecclesiasticum debet facere mentionem de specie vacationis, puta an vacet morte, vel renunciatione, vel priuatione, tamen iste tex. hoc non probat, quia hic non fit mentio de specie vacationis, sed solum exprimitur species, seu modus, per quem deuoluta fuit potestas conferendi ad Papam. & vide glo. nota. in capitulo, cupientes. in princip. in verbo, vacationibus. de electio. quæ videtur sentire contrarium. dum dicit, † quod verbum, vacatio, simpliciter prolatum includit omnem vacationem etiam in materia poenali, & sic limita capitulum, susceptum. de rescrip. in vj. sed de hoc, an de qualitate, seu de modo vacationis teneatur impetrans facere mentionem. dicitur in dicto capitulo, susceptum. & in clem. j. de preben.

Sexto nota ibi, communi assensu canonicorum Tullinen. & ibi ex causa communiter statuisse, † quod actus capituli, seu collegij debent fieri collegialiter, seu capitulariter, & sic debent esse congregati in simul, & per consequens non teneat actus capituli, si canonici consenserint singulariter extra capitulum. vnde Dom. Cardin. dicit hic esse tex. pro his, quæ notat glo. & Doct. supra eod. cum omnes.

12 Septimo nota ibi, ex causa. † vnam legitimam causam supprimendi aliquam dignitatem, vel prebendam in ecclesia, sicut licet ut redditus conuertantur in vtilitatem canonicorum, quibus prebendarum redditus non sufficiebant.

13 Octauo nota, † quod capitulum ecclesiæ Cathedralis non potest supprimere dignitatem de ecclesia sine auctoritate superioris: nam hic mandatur inquiri, an interuenerit confirmatio Sedis Apostolicæ, sed an sufficiat auctoritas episcopi infra dicitur.

14 Nono nota ibi, ne primiceriatus dignitas ulterius non esset in ecclesia, secundum Bald. quod per ista verba tollitur dignitas ipso iure. † & sic istud verbum ulterius, inducit canonem late sententiæ.

Ex quo infertur ad statutum dicens, quod ludens ad azardum non se immisceat ulterius de iuris beneficiis, quod inducit

- 15 eit canonem late sententiæ. pro hoc facit, quod notat glof. notab. in authen. si mulier, C. ad Velleia. quæ dicit, quod verbum, nullatenus, inducit canonem late sententiæ, quam glo. sequitur Dom. Cardin. in capit. super literis. infra de rescript. quod tene menti.
- 16 Decimo nota, quod postquam dignitas est suppressa, non censetur amplius variare. alios duos, casus addit Ioannes de Imo. hic.
- 17 Secundus ergo casus est, in quo præbendæ non dicuntur vacare, scilicet quando non sunt distinctæ, vt in capitulo, dilecto, infra de præben. de quo etiam vide bon. tex. & glo. in cap. fin. de concess. præben. in vj.
- Tertius casus est, quando beneficium est de mensa prælati: nam mortuo clerico non vacat beneficium, de quo vide bonam glo. in verbo, ad mensam. quæ incipit, no. in clemen. 1. de excess. prælat. & per Innoc. & Doct. in cap. vt super, de rebus eccles. non alien.
- Vndecimo nota, quod statuentes possunt reuocare statutum, etiam si sit confirmatum a Sede Apostolica, seu ab alio superiore. & istud tenet Bart. in l. prima. §. omnium, C. de testamen. sed Bal. ibi tenet contrarium, sed Bar. in dicta l. omnes populi, ff. de iustit. & iure, in octaua colum. versic. iuxta prædicta quæro. dicit, quod aut statuentes poterunt statuere sine auctoritate superioris, & tunc poterunt reuocare statuta confirmata absque licentia superioris, aut non poterunt statuere sine auctoritate superioris, & adhuc possunt, si volunt redire ad ius commune. pro hoc optime facit iste tex. & capit. pro il
- 18 lorum, de præben. nam canonici non possunt statuta facere absque auctoritate superioris supprimendo dignitatē, quæ est in ecclesia, & tamen possunt contravenire tali statuto absque auctoritate superioris. secus dicit Bart. si vellent statuere alio modo non redeundo ad ius commune, quia sicut non possunt statuere sine auctoritate superioris, ita non possunt reuocare statutum absque auctoritate superioris, quia eadem solēntas requiritur in destruendo, quæ requiritur in consentiendo. Bald. vero vbiq. tenuit contra Bart. licet variis modis loquutus fuerit. Sed Domin. Abb. hic concordat opiniones eorum. dicit enim, quod opinio Bart. procedit, in quantum vult, quod possit statutum reuocare sine licentia superioris, quando statutum principaliter concernit fauorem ipsorum statuentium, & hoc modo loquitur iste tex. & ca. pro illorum, de præben. opinio vero Bal. procedit, quando statutum concernit fauorem aliorum, vel ius publicum, & non simpliciter ipsos statuentes: nam ex quo superior confirmat, videtur illa statuta fecisse, quia omnia nostra facimus, quibus auctoritatem impartimur. l. prima, C. de vet. iu. enuclean. & in capit. si Apostolica, de præben. in vj. vbi est bon. tex. idem probatur in capit. hi qui, eodem titulo, & libro. hoc tamen debet intelligi, quando confirmatio esset facta ex certa scientia, secus si in forma communi, quia confirmatio facta in forma communi parum operatur, vt hic in glo. & bene dixi in capitulo primo, & secundo, de confirmatione vt. vel inuti. & istud voluit Bal. in capitulo, ea quæ de re iudic. & in prima constitutione Codic. §. quibus. & in l. Rubrica. C. de precib. impera. offer. & in l. ex placito, C. de rerum permut. & in l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. & idem sequitur ibi Ange. sed Ioan. de Imo. tenet contrarium, nisi sit apposita clausula decreti: puta si dicatur, si quid in contrarium actum fuerit, sit irritum & inane. & pro opinione Bart. facit, quod notat Ioan. Andr. in capitulo tertio, de instit. vbi dicit, quod Archiepiscopus potest absoluere ab excommunicatione, quam ipse tulit, licet fuit confirmata per Papam. mihi tamen satis placet distinctio Domi. Abba. dum tamen statuta sint confirmata ex certa scientia Papæ, vel alterius superioris, etiam si non sit apposita clausula decreti per dictum capitulum, si Apostolica. & per capitulum, hi qui. de præben. in vj. Bal. tamen hic voluit limitare, dicens, quod ideo ista statuta poterunt reuocari inconsulto Romano Pontifice, quia fuerunt confirmata ad petitionem canonicorum, & allegat l. secundam, C. de iu. dominij imp. & ista esset pulchra limitatio ad ea, quæ dicit Domin. Abb. si essent vera, sed non puto, quod sint vera: si enim Papa confirmauit ex certa scientia dicuntur statuta Papalia, licet sint confirmata ad postulationem ipsorum statuentium, vt dicto capitu. Apostolica. & dicto cap. hi qui, de præben. in vj. quia ergo inferior non poterit reuocare legem superioris, vt in capitulo, cum inferior, de maior. & obediē. cum simil.
- Vltimo nota, quod per vnum actum contrarium statuto tollitur statutum. idem probatur in capitulo, pro illorum, de præben. & tenet Hostien. & Ioan. Andr. in capitulo, ad audientiam, de cleric. non residen. & dicit Dom. Abb. quod hoc facit ad quæstionem Bart. quam ponit post Cynum in l. omnes populi. ff. de iustit. & iu. vbi quærit, an per secundum statutum tollatur primum, si de primo non fiat mentio in secundo. &
- 19 dicit quod sic, & hoc probatur in capitulo primo, de constitutio. in vj. hoc tamen intelligit Bart. procedere, nisi primum statutum haberet clausulam derogatoriam ad secundum, quia tunc de primo statuto esset faciendā mentio in secundo, argum. l. si quis in principio testamenti, ff. de legatis tertio, & de rescrip. nonnulli. & ita transit hic Dom. Abb. circa quod me non extendo, quia non est materia nostra, sed quando sit faciendā mentio de clausula derogatoria, dicam in capite. nonnulli. infra de rescrip.
- 22 Sed antequam perueniam ad glo. quæro, quid operantur illa verba, illud in suo robore permanere. Bal. hic dicit, quod simile verbum habetur in l. vt liberis, C. de collat. nec tamen declarat, quid hæc verba importent. sed tu vide Ang. in l. omnes. in verbo, suo robore. C. de præscriptio. triginta annorum. vbi dicit, quod per ista verba non confertur nouum robur, & dicit de hoc esse casum in l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. & in authen. quas actiones, C. de sacrosanct. eccles. & in corpore, vnde sumitur. & dicit hoc esse valde vtile pro statutis, & contractibus, in quibus aliqua reseruantur cū clausula, quod durent in suo robore, quia talis reseruatō non tribuit ius de nouo. & idem dicit Ang. in l. fin. in princ. C. de tempor. appel. per illum tex. vbi dicit Iacob. Butr. dixisse, quod statutum, vel contractus loquens de alio contractu per ista verba in suo robore perdurent, nullam vim per hoc conferunt, nisi illud statutum fuisset propter hoc abrogatum, quia tūc illa verba tollunt abrogationem, quæ possit inferri ex verbis statuti, vel ex verbis positus in instrumento contractus. & ita dicit se vidisse infinitis vicibus praticari. hoc tamē intelligas, nisi appareat, quod velit dare nouum robur, vt in capitulo primo, infra de pact. vbi illa verba pacta inita suam firmitatem obtineant, important nouum robur in pactis, quia ex dispositione illius capituli pactum nudum perducit actionem, & sic illa verba inducunt nouum robur, vt patet ex aliis verbis, quæ ponuntur in illo capitulo, maxime dum dicitur, ibi pax seruetur, pacta custodiantur.
- 23 Secundo contra tex. opponitur, in quantum dicit, quod statutum istud tollitur per vnum actum contrarium, nam cōsuetudo non tollitur per actum contrarium. l. nemo. §. temporales. ff. de reg. iur. vbi glo. & in clement. attendentes. §. statui-mus. in verbo, solita. de statu monacho. quæ dicit, quod consuetudo, quæ fuit seruata per quadraginta annos non tollitur licet postea seruatum fuerit contrarium. & idem dicit Innocent. in capitulo, accedentibus. de priuileg. vbi volunt, quod ius quæsitum ecclesiæ ex consuetudine non tollatur ecclesiæ nisi spatio quadraginta annorum. idem Ioan. Andr. & Doct. in capitulo finali, infra de consuetud. sed aliud est in consuetudine, aliud est in statuto, nam consuetudo non inducitur ex vnico actu, sed requiritur pluralitas actuum, vnde sicut ad inducendum consuetudinem requiritur pluralitas actuum, ita etiam ad eam tollendam, vt dicit Ioan. Andr. & Doct. infra de consuetud. capitulo finali. vnde dicit hic Butr. quod si consuetudo esset, quod nulli reciperentur in canonicos, nisi essent in sacris, quamuis aliqui recipiantur non existentes in sacris, nō per hoc videtur renunciatum cōsuetudini, in qua diu est perseveratum. & idem sensit Bal. in capitulo primo, ad finem. qui feud. dare poss. & in capitulo primo, de feud. cogni. vbi tenet, quod consuetudo non tollatur vnico actu contrario, quia cōsuetudo contraria non inducitur vnico actu, & hoc tene, licet Ioan. de Imo. in si. penul. seu in princ. vltimi versic. & hoc hic sequitur Dom. An. tenet contrarium.
- 24 In glo. prima Doct. dicunt, quod incipit currere tempus, postquam fuerit in mora petendi licentiam a superiore, & hoc probatur in dicto capitulo finali. vbi dicitur, quod currit tempus, si poterunt obtinere licentiam a superiore, & fuerunt in mora petendi: nam qui potest tollere impedimentum, non censetur impeditus. l. qui potest. ff. de reg. iur. negligentibus enim iura non subueniunt. l. non enim. ff. ex quib. caus. maio. & l. pupillus. ff. quæ in fraud. credit.
- In glo. tertia diuide ipsam in duas partes.
- In prima parte glo. tractat referendo opinionem, an episcopus cum cōsensu capituli possit creare, vel suppressere dignitatem, vel beneficium sine auctoritate Papæ.
- In secunda parte tractat quid operetur confirmatio Papæ. secunda ibi, nota quod constitutio, siue confirmatio.
- In prima parte glo. refert tres opiniones.
- 25 Prima est opinio Io. qui tenuit, quod episcopus cum consensu capituli possit ex causa augere, & diminuerē numerum præbendarum, & dignitates similiter creare, vel extinguere etiam sine licentia Papæ.
- Secunda fuit opinio ex toto contraria, scilicet quod capitulum nullo modo potuerit aliquod prædictorum facere absque licentia Papæ.
- Tertia fuit opinio, vt distinguatur inter dignitates, & præbendas. Alex. de Neuo super j. Decret. D 2 bendas,
- 26

Alex. de Neuo in primum Decretal.

bendas, vt sic in dignitatibus non possit capitulum augere, vel minuere sine licetia Papæ, numerum vero præbendarum possit augere, vel minuere sine licetia Papæ, nisi numerus esset iuratus, & per Sed. Apost. confirmatus adiecta clâ decreti, q̄ si secus fieret, non valeret. sed Ioann. Calder. cum quo transeunt Butr. Ioan. de Imo. & Dom. Abb. distinguit, ex qua distinctio ne facias tres casus, quorum primus est, an episcopus cum capitulo possit creare nouam dignitatem.

Secundus casus est, an possit augere numerum præbendarum, seu canonicorum.

Tertius casus est, an episcopus cū capitulo possit diminueri, vel suppressere dignitatem, vel numerum canonicorum, & præbendarum.

Venio ad primum, in quo facias tres casus.

Primus est, an episcopus possit creare nouam dignitatem in ecclesia, quæ alias non reperitur fuisse institutam per Romanam ecclesiam. & dicendum est, quod non. 22. dist. c. j. vbi patet, quod sola Romana ecclesia est illa, quæ instituit dignitatem cuiuscunque ordinis. non possit ergo inferior a Papa creare nouam dignitatem, quæ nunquam fuisset instituta a Romana ecclesia.

Secundus casus est, quando dignitas fuit instituta a Romana ecclesia, & est dignitas excellens, vt est dignitas Cardinalatus. & idem dicendum est, quod non possit talis dignitas creari in ecclesia sine licetia Papæ, & reperitur tamen Papa in aliquibus ecclesiis cathedralibus creasse canonicos Cardinales, vt in ecclesia Rauennate, Compostellana, & Ianuæ. in quibus sunt aliqui canonici, qui appellantur canonici Cardinales. facit quod habetur. 32. dist. cap. 1. in fi. & dicit hic Dom. Cardi. multum notabiliter, quod si talis dignitas Cardinalatus per Archiepiscopum, seu capitulum fuisset suppressa, seu extincta, quod postea non possunt ipsam de nouo erigere, quia cum cõpetat ex privilegio specialis, suppressendo illam dignitatem, videntur illam renunciare, & perinde esset, ac si nunquam fuisset creata illa dignitas in illa ecclesia, intellige tamen Do. Cardin. quando auctoritate Papæ fuisset suppressa: nam dignitas creata auctoritate Papæ non possit sine eius licetia extinguere, seu suppressi, vt infra dicam in tertio casu principali.

Tertius casus est, quando dignitas reperitur constituta per Romanam ecclesiam, & etiam reperitur in aliquibus ecclesiis. & in hoc concludunt Ioan. Calder. Butr. & dom. Abb. & Ioan. de Imo. quod episcopus cum capitulo potest ipsam creare, per id quod habetur in cap. sicut vnice. intra de excel. præla. & 16. quæst. j. cap. præcipimus. Nec obstat c. cum olim, de consuet. in quo se fundat glo. quia ibi ad cautelam, & non de necessitate fuit petita licetia Domini Papæ, vel forte ibi non interuenit consensus capituli, si solus episcopus volebat inducere nouam dignitatem in ecclesia, idco fuit ibi necessaria auctoritas Papæ.

Et ex prædictis potest inferri, quod capitulum cum consensu episcopi potest antiquam dignitatem, quæ fuit suppressa, erigere, quia si potest nouam dignitatem creare, multo fortius poterit antiquam dignitatem extinctam resuscitare, per id quod notat glo. fin.

Venio ad secundum casum principalem. scilicet an capitulum cum consensu episcopi possit augere numerum præbendarum subsistente causa, & in hoc discurre per casus.

Primus est, si numerus fuit taxatus, & iuramento firmatus, & per Sedem Apostolicam confirmatus cum clâ decreti. & hoc casu non poterit episcopus cum capitulo augere numerum præbendarum, nisi facultates ecclesie superexcreuissent: & nã clâ decreti habet in se tacitam conditionem, nisi excreuerint ecclesie facultates, vt in c. seq. & in c. si de verbor. significat. & in c. dilecto, de præben.

Secundus casus est, quando solum iuramentum interuenit, vt quia episcopus, & capitulum, vel saltem capitulum iurauerunt de non augendo numerum præbendarum, & in hoc stat dubitatio, an actus spiritualis factus contra iuramentum teneat, de quo in c. dilecto. j. de præben. & in c. j. de his quæ fiunt a maio. par. capit. & communis conclusio est, quod sic, & probatur in c. si cut ex literis. j. de spoa. vbi tenet matrimonium quod iuramentum contractum, & tamen matrimonium est actus spiritualis. Non obstat gl. in c. licet, de iureiur. in vj. quæ dicit, quod si mulier, vel minor iuret, non alienare, & postea alienat, & iurat non contrahendo alienatione, quia sicut iuramentum contra primum non valet: nam illa glo. loquitur, quando primum est prestitum super eo, quod erat alias prohibitum de iure communi, quia de communi iure mulier, & minor prohibentur alienare, vnde si iurant de non alienando, augent prohibitionem iuris communis, & inuolidat actum, qui fit in contrarium etiam cum iuro. facit quod not. Legista in l. 2. C. de vitu. cap. pro empt. & in l. ea lege. C. de cond. ob. caus. & ita dicit Ioan. de Imo. in fi. saluari

posse illam glo. licet dicat aliquos in d. c. dilectos, de præben. reprobare illam glo. sed dicit, quod tutius sit illam saluari in casu suo. Tu autem dic, quod Domin. Abb. in c. intellectu. j. de iureiur. saluat illam glo. sicut saluat hic Ioan. de Imo. & eodem modo saluat illam glo. Ioan. de Imo. in repeti. c. cum contingat. j. de iureiur. distinguit tamen hic Do. Card. dicens, quod aut canonici iurauerunt seruare statutum, aut iurauerunt seruare id, quod continetur in statuto, non referendo se ad id, quod continetur in statuto, verbi gratia, iurauerunt non augere numerum canonicorum, nec præbendarum, non facta aliqua mentione de statuto.

In primo casu. scilicet quando iurauerunt seruare statutum, dicit, quod si collegialiter receperunt aliquem ultra numerum, intelliguntur substulisse statutum de numero, & per consequens est iubilatum iuramentum, quia vbi ligare quandiu durat statutum, & non ultra. facit ca. venerabilem, in fi. de elect. & secundum eum valebit receptio, nec erunt recipientes periuri.

In secundo vero casu, quando iurauerunt simpliciter seruare contenta in statuto recipiendo ultra numerum erunt periuri, quia etiam reuocato statuto non reuocatur iuramentum, vnde tunc erunt periuri, tenebit tamen receptio.

Et nota bene ista verba, quod iurans seruare contenta in statuto, etiam reuocato statuto, remanet obligatio ex iuramento, secus si iurasset simpliciter seruare statutum, quod tene mēti. de quo tamen dicit, vt in c. j. de his quæ fiunt a maio. par. capit. & in c. dilecto, de præben. & per Dom. Petr. de Anchar. in clem. j. de regul. in c. canonum statuta, in 34. char. in 1. col. vers. vlt. quæro, singulares de capitulo, de conslit.

Tertius casus est, quando numerus fuit iuratus, & per Sedem Apostolicam confirmatus non adiecta clâ decreti. & hoc casu Dom. Card. & Io. de Imo. dicunt, quod ista duo simul coniuncta non plus operabuntur, quam alterum eorum de per se operarentur, quia hoc non reperitur iure expressum. & ad hoc allegat Io. de Imo. l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excus. tur. vbi patet, quod multe exculationes imperfecte non faciunt vnam exculationem perfectam, seu integram. vnde hoc tertio casu tenebit augmentatio numeri. Ex quo non vnâ conclusionē, quod tenet augmentatio numeri, etiam si sit iuratus, & per Sedem Apostolicam confirmatus, nisi adiecta fuerit clausula decreti, quod si fieret in contrarium, sit irritum & inane, quia tunc non tenet augmentatio numeri, nisi superexcreuerint facultates ecclesie. immo plus dicit hic Ioan. de Imo. ad fin. vltimæ colum. vers. adde, quod si statutus est numerus, quod si statutus sit numerus & per episcopum cum consensu capituli, si restringit postea ipsam, vel ampliat sine causa, licet id facere non debeat, & per unum solum contradicentem posset impedire, vt notatur supra eod. cum omnes. & in cap. j. infra de his quæ fiunt a maiori parte capit. tamen si omnes consentiunt, licet male faciant, nihilominus tenet fractio numeri, ex quo omnes consentiant, quod non.

Venio nunc ad tertium casum principalem, scilicet an dignitas possit suppressi, vel numerus restringi absque auctoritate superioris, vel alterius prætendentis potestatem præsentandi, vel conferendi ad se pertinere, & in hoc discurre per casus.

Primus est, quando dignitas in principio fuit creata auctoritate Papæ, vel numerus fuit statutus in principio auctoritate Papæ, & tunc sine auctoritate eius non poterit dignitas suppressi, vel numerus diminui, vt in c. cum inferior, de maior. & obed. & in cap. j. de reg. iur. in fi.

Secundus casus est, quando dignitas fuit dotata ab alio, quam ab episcopo, vel capitulo, vel quando ad alium pertineat collatio illius dignitatis, vel beneficii, quam ad episcopum, & capitulum. & hoc casu dicit Innoc. quod non poterit suppressi absque eius licetia. facit regula, quod omnes. lib. vj. vnde dicebat hic Galp. Calder. quod non potest episcopus cum capitulo alterare beneficium inuito patrono, seu eo non consentiente. facit clem. quia contingit, de relig. dom. Sed de hoc est bon. tex. cum glo. 16. quæstio. 7. monasterium. vbi patet, quod episcopus non potest alterare statum beneficii sine consensu patroni, & hoc sequitur hic Ioan. de Imo. inferens, quod episcopus & cum capitulo non poterit dispensare, vt beneficium dari possit non existenti in sacris, seu in ordine requisito ad beneficium, iuxta statutum factum tempore foundationis beneficii per patronum cum consensu episcopi, nec etiam potest dispensare, quod promotus ad illud beneficium habeat aliud beneficium, si repugnat institutioni factæ a principio ab ipso patrono de consensu episcopi. immo plus dicit, quod licet patronus per suam negligentiam perdiderit potestatem præsentandi, tamen non poterit aliter conferri, quam habebat institutio beneficii, quod dicit tenendum menti. pro hoc optime facit tex. in clem. j. de suppl. negl. præl. hoc etiam sequitur hic Dom. Abb. qui tamen dicit, quod si dispensatio deberet fieri

ex necessitate ecclesie, & patronus nollet consentire, posset episcopus dispensare sine patrono. ad hoc allegat Domi. de Rota, decisio. 296. vbi dicunt, quod si patronus non vult consentire permutationi beneficii sine causa, poterit episcopus eam facere sine consensu patroni, quia patronus non debet impedire magnam utilitatem ecclesie. facit cap. 1. de his, que fiunt a maiori parte capituli. Sed pro dicto Gasp. Calder. allegat Pat. in clemen. ne in agro. §. ad hæc, de statu regula. vbi dicit,

41 quod si episcopus non potest vnire beneficium patronatum sine consensu patroni. adde etiam Bald. in l. si quis presbyter, C. de episc. & cler. vbi dicit, quod inuito patrono non potest simplex ecclesia erigi in collegiatam. idem sequitur Domin. Cardin. in cap. pastoralis, in fi. de donatio. vbi allegat Lap. dixisse, quod executor qui debet facere construere ecclesiam, poterit construere monasterium, seu ipsam ecclesiam erigere in monasterium.

42 Et ex his potest inferri, si res ecclesie patronata possint alienari sine consensu patroni laici. & Pet. de Anchar. consil. 91. & consil. 111. consiluit quod sic, quia non reperitur hoc expressum, scilicet quod debeat interuenire consensus patroni, vt in cap. sine exceptione. 12. quæst. 2. & in l. iubemus, ad fi. C. de sacrosanct. eccles. sed solum loquuntur de consensu clericorum ecclesie, non autem dicunt, quod requiratur consensus patroni laici. ad idem 10. quæst. 2. hoc ius porrectum. vbi dicitur, quod in alienatione debent requiri, qui seruiunt ecclesie, & nulla fit mentio de patrono laico. ad idem facit c. 1. de rebus eccles. non alien. & clem. 1. eod. titu. & hoc tene menti. Dicit tamen, quod si patronus laicus perpenderet, quod alienatio non fieret in casu non permisso, vel quod esset damnosa ecclesie posset contradicere, vt in ca. filiis, ac nepotibus. 16. q. 4. & hæc tene menti, quia sunt notabilia.

Tertius casus est, quando non pertinet collatio beneficii ad alium, quam ad episcopum, vel capitulum, nec aliquis habet ius patronatus in tali beneficio. & hoc casu distinguit Ioann. Calder. & post eum Ioan. de Imo. quod aut volunt sine causa suppressere dignitatem, vel diminuere numerum, & hoc non possunt, vt infra eo. ex parte. Aut volunt cum causa facere, puta propter diminutionem reddituum. & hoc casu si bona capituli sunt diuisa a mensa episcopi, poterit capitulum cum consensu episcopi diminuere numerum, vel suppressere dignitatem, per ea que habentur in capi. precipimus. 16. quæst. 1. & in cap. sicut vnire, de excess. prælat. & in cap. quoniam, de vita, & honest. cleric. quod dicit Ioan. de Imo. esse intelligendum, nisi obitaret iuramentum, & confirmatio Papæ cum clausula decreti. dicit tamen hic Domin. Cardin. quod si episcopus veller suppressere dignitatem, vel beneficium applicando eius redditus mensæ capituli non sufficeret auctoritas ipsius episcopi cum consensu capituli, vt in clem. si vna, in fi. de rebus eccles. non alien. secus si deputarentur ad fabricam, vel ad aliquem alium pium usum, quia tunc bene possent canonici suppressere cum episcopo. & istud etiam sentit hic Ioan. de Ligna. & But. & Ioan. de Imo. facit quod notat Ioan. And. in addit. Specula. de his que fiunt a maiori parte capituli. dicit tamen, quod in contrarium facit id, quod habetur in c. sequen. vbi ad utilitatem canonicorum fuit facta numeri diminutio, & tamē videtur statutum valuisse. & in effectu dicit, quod episcopus cum capitulo potest aliqua applicare ipsis canonicis, licet non possit mensæ capituli, vt in cap. 1. ad fin. vt ecclesiast. beneficia. vbi tex. videtur facere, quod sic. de quo dicit se plenius ibi scripsisse. pro hoc facit glo. in dicta clem. si vna. in verbo, capitulo. quæ dicit, quod episcopus cum capitulo potest vnire ecclesiam singulari præbendæ ipsius ecclesie Cathedralis. & sic videtur, quod possit fieri suppressio dignitatis, vel beneficii ad utilitatem aliquorum canonicorum, licet non possit applicari mensæ capituli, quia aliud sunt singulares canonici, & aliud est capitulum, vt supra eod. cum omnes. & ibi dixi. & hoc in effectu sequitur hic Ioan. de Imo. licet effundat multa verba. de quo tamen dic, vt in cap. 1. vt ecclesia. benef. & in dicta clem. si vna.

Quartus casus est, quando bona episcopi, & capituli sunt communia, & tunc non sufficit auctoritas episcopi cum consensu capituli, quia videntur auctorare in proprio facto, vt in dicta clem. si vna. vnde tunc recurrendum esset ad Archiepiscopum, vel ad Papam, secundum Ioann. Calder. idem sequitur hic Dom. Abb. Sed glo. in dicta clem. si vna. in verbo, mensæ, in fi. dicit, quod hoc casu esset recurrendum ad Papam: quia iste non est de casibus reſeruatis Archiepiscopo, qui enumerantur in cap. pastoralis, de offic. ordi. quam glo. Ioan. de Imo. hic dicit esse menti tenendam.

Et aduertendum est, quia licet episcopus cum capitulo ex causa possit augere, vel diminuere præbendas, tamen episcopus solus, vel capitulum solum hoc non potest, vt in cap. nouit. & cap. quanto, de his que fiunt a præl. sed episcopus cum

capitulo bene potest, per ea que dicta sunt. Non obstat illud cap. nec capitulum sequens, ad fin. nec cap. pro illorum, de præben. in quibus patet, quod tenet receptio canonicorum ultra numerum facta a solis canonicis: nam ista iura loquuntur, quando ex consuetudine legitime præscripta, vel ex privilegio spectabat ad solum capitulum receptio canonicorum, secus si spectaret ad episcopum, & capitulum, quia tunc non fieret præiudicium episcopo, nisi interueniret eius consensus, saluo nisi sedes vacaret, quo casu succedit capitulum in potestate episcopi in his, que pertinebant ad vtrumque, vt in cap. 1. ne sede vacan. in vj. ita dicunt hic Butr. & Ioan. de Imo. qui allegant Fed. de Sen. consil. 256. & hæc sufficiant circa primam partem glo.

In secunda parte glo. dic, vt dixi in cap. de cætero, post Innoc. de re iudic. & in cap. 1. & 2. & in cap. penult. de confirmat. vt. vel inut. & adde pulchrum dictum But. in cap. 2. de pactis. vbi But. dicit, si quod si petitur confirmatio alicuius actus nullius, & confirmatio fieret in forma communi actus non recipit validitatem a tali confirmatione, & refert se in facto consultum respondisse: nam remissio cuiusdam pœnæ fuit facta a quibusdam massariis Bononiæ, & talis remissio fuit inuvalida, antiani tamen confirmauerunt illam in forma communi, dubitatur, an ex tali confirmatione illa remissio pœnæ fuisset effecta valida. & respondet quod non. pro quo facit glo. ista, & in cap. 1. de confirm. vt. vel inut. & in cap. quia diuersitatem. in verbo, sub forma communi. infra de concess. præb. ad hoc facit, quod notat Bal. in l. qui testamento, de excus. tut. & quæ no. in Rubrica. C. qui admit. vbi dicitur, quod decretum appositum ex falsa causa super actu nullo, nullum est. Do. Ange. de Vbal. in dicta Rubrica distinxit, tamē in hoc concordando opin. Doct. in ista materia, quod si per confessionem vtriusque partis constat actum nullum, decretum nullum erit, per ibi not. si vero altera pars tamen hoc asserat ex post facto, quod per hoc nullum non erit, allegat tex. not. in l. j. C. de præd. curia. lib. 11.

In glo. in verbo, contrauerit. tractat articulum. §. quando 44 si privilegium perditur per actum contrarium, & refert quinque opin. quarum prima est, vt distinguatur, an privilegium detur ad faciendum, vel non faciendum, aut ad excipiendum.

In primo casu. §. quando datur ad faciendum, non perditur per non usum spatio decem ann. l. 1. ff. de nund.

In secundo casu, scilicet quando datur ad non faciendum, vt ad retinendum decimas, vel consimile, & tunc si Papa aliquid sibi reseruauit, non potest tali privilegio renunciare in præiudicium Papæ, vt de arbitr. cum tempore, sed si sibi nihil reseruauit, vt quia dedit privilegium de non soluendis decimis simpliciter, & tunc non perditur privilegium nisi legitimo tempore, id est spatio quadraginta annorum, vt in cap. accedentibus. & in cap. si de terra, de priuile. hoc tamen fallit in beneficiis competentibus ratione personæ, & non ratione ecclesie, quia tale beneficium perditur vnico actu contrario, vt in cap. quam periculosum. 7. quæst. 1. & hoc casu loquitur iste tex. & cap. pro illorum. infra de præben.

In tertio casu, scilicet quando datur privilegium ad excipiendum est perpetuum, quia que annalia ad agendum perpetua sunt ad excipiendum. l. pure, in fi. ff. de doli exceptio. & hoc est verum, si nemo agit: nam si aliquis ageret, & non exciperetur contra ipsum, perditur privilegium, l. Pomponius. §. rati. ff. de procuratoribus. & l. si is qui. ff. de conditio. indeb. hoc tamen intelligas respectu illius qui egit, nam contra alias personas posset uti privilegio. l. generaliter. & authentica, presbyteros. C. de episcopis, & clericis; & hoc sequitur hic Ioan. de Imo. facit optime l. voluntariè. C. de excusatio. tutorum. ista opinio satis appropinquat veritati, vt infra patebit.

Secunda fuit opinio Ioan. vbi dixit, quod si ille qui impetravit privilegium, directe obuiet privilegio, perdit privilegium vnico actu tantum, vt hic, & in fine capituli proximi. & de præbendis, pro illorum. Sed si conseruat illud, uel non tuetur se illo, tunc perdit legitimo tempore, vt de priuileg. capitulo, accedentibus. & capitulo, si de terra. quia magis delinquit ille, qui directe uenit contra privilegium, quam qui non utitur illo, argumen. trigesima quarta distinctio. si quis. & capitulo, contingit. sed ista secunda opinio non videtur bene respondere ad capitulum, si de terra. & ad capitulum, accedentibus, de priuilegiis. quia ibi dicitur, quod priuilegiatus de non soluendis decimis, si ipsas soluat, & sic facit contra privilegium, non perdit privilegium, nisi soluat per quadraginta annos.

Tertia fuit opin. Ioan. qui distinxit, quod aut privilegium est onerosum, & tunc perditur vnico actu, vt hic, & in fi. capit. sequen. & in cap. pro illorum, præalleg. facit l. secunda, C. de iure dominij impe. vbi patet, quod si creditor impetrat sibi Alex. de Neno iuper j. Decret. D 3 adiu.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

adiudicari sibi dominium rei sibi datæ in pignus, si postea recipit vsuras a debitore, perdit illud priuilegium, & sic ibi vnico actu perdit priuilegium: aut est fauorabile, & tunc non perditur vnico actu, vt dicto capit. accedentibus. & capit. si de terra, de priuileg. Ista opinio non videtur bona, quia priuilegium, de quo in tex. posset esse vtile ecclesiæ propter tenuitatem præbendarum, & tamen tale priuilegium, tollitur vnico actu tantum contrario, vt in capit. sequen. & in dicto cap. non solum.

Quarta fuit opinio Tanc. distinguens, an quando videtur fauore personæ, vel pro constitutione fuit hic, & in consimilibus concordatur huic vnico actu perditur, aut datur fauore ecclesiæ, siue intuitu religionis vtile priuilegium, de decimis non soluendis, & in genere, & tunc non tollitur nisi spatium quadraginta annorum. & nota bene istam solutionem, quia per ipsam concordatur istud capitulum, & cap. sequens, & capit. pro illorum, infra de præben. in quibus patet, quod priuilegium non perditur, nisi spatium quadraginta annorum. nam istud capit. & concord. loquuntur in priuilegio concessio fauore personarum principaliter. capit. vero, accedentibus. & capit. si de terra. loquuntur in priuilegio concessio ecclesiæ principaliter. & ista est vera solutio, licet Butr. & Ioan. de Imo. multum laborent in concordando istud capitulum, cum capit. accedentibus. & capitulo, si de terra. pro hoc vide glo. not. in clem. vnica, in glo. secunda, de restit. in integr. quæ dicit, quod si personæ ipsius ecclesiæ sunt læsæ, non autem ipsa ecclesia, quod non possunt petere restitutionem in integrum. & ex hoc dicit, quod si esset lapsus tempus ad eligendum, vel confirmandum, non possunt petere restitutionem in integrum, si tamen in casu huius capit. & similibus etiam ecclesia læderetur, vt puta propter diminutionem reddituum non facerent residentiam, licet priuilegium perdatur vnico actu quo ad ipsas personas, tamen non perditur quo ad ecclesiam, & ideo posset allegari priuilegium nomine ecclesiæ, & hoc tenet hic Butr. & Ioan. de Imo. & Dom. Abb. hic in fi. Ista tamen opinio licet sit vera in se, non tamen plene complectitur omnia contraria.

Quinta est opinio glo. quæ dicit, quod aut est vnum priuilegium concernens vnum casum tantum, & tunc perditur vnico actu, vt hic, & in cap. pro illorum, de præben. & infra eod. cap. proximo. Aut sunt plura priuilegia concessa in decisis casibus, & tunc quodlibet priuilegium habet locum in casu suo, sicut in præscriptione, quæ tempora requirit.

Et aduerte, quia mēs glo. fuit dicere, quod aut priuilegium habet causam momentaneam, seu effectum momentaneum, & tunc perditur vnico actu contrario, vt hic, & in concordantibus. nam non statutum de non recipiendo aliquem ultra numerum, vel ad aliquam dignitatem, eodem momento quo aliquis recipitur contra priuilegium, immediate rumpitur priuilegium, quia reperitur fractus numerus, vel illa dignitas, quæ erat suppressa, vel extincta esse in rerum natura: nam incontinenti inuenitur effectus contrarius: quia non reperitur ecclesia habere præstinum numerum canonicorum, sed reperitur, quod illa dignitas sit suppressa, facit l. 2. C. de iu. dom. impe. Aut priuilegium habet causam successiuam, seu effectum successiuum, vt est priuilegium de non soluendis decimis, quia singulis annis decimæ soluuntur, & colliguntur, & tunc non tollitur vnico actu. facit l. voluntaria. C. de excus. tut. vbi patet, quod tutor habens priuilegium, vt non compellatur recipere tutelam alicuius, si recipit tutelam vnus potest se excusare quo ad alios. & istam distinctionem, scilicet quod aut priuilegium habet effectum momentaneum, aut causam successiuam, facit Bart. in l. fin. in fi. ff. de constit. Prin. quam sumpsit ex ista glo. licet non vtatur verbis, quibus vtitur glo. Sed dicit, quod aut priuilegium habet causam momentaneam, aut successiuam, quod etiam in effectum voluit ista glo. & de ista materia tangit Bart. in l. fin. ff. de constit. Prin. & Cy. & Bald. in l. fallā. C. de diuer. rescrip. & plenius adhuc tractat Cyn. in l. voluntaria. C. de excus. tut. Tangit etiam Hofst. in summa huius tit. §. quando constitutio, versic. cum priuilegium. & in tit. de præscrip. rerum immobilium. §. 2.

Sed pro declaratione huius articuli facio duo membra principalia.

45 Primum est, an priuilegium tollatur per non vsuum.

Secundo, an tollatur per contrarium actum.

In primo casu Bart. dicit, quod si per priuilegium concedatur aliquod ius, vt est actio, & non durat nisi tanto tempore, quo ipsa actio finitur. l. secunda, C. de constitu. pecu. coniuncta l. omnes. C. de præscriptio. triginta annorum. Aut conceditur facultas: puta nundinarum, & tunc tollitur (spatio decem annorum, vt in l. prima, ff. de nundinis. Ita dicit Bart. in l. fina. in fi. ff. de constit. Prin. quod membrum non ponitur hic per Doct. Sed Doct. solum loquuntur, an priuilegium per

datur per contrarium vsuum immiscentes tamen vtrunque articulum. sed infra declarabo, an in casibus, quos Doct. tangunt, tollatur priuilegium per non vsuum, vel per contrarium vsuum. † & adde Bart. in l. prima, ff. de nundinis. vbi tenet per illum tex. quod si Princeps concedit ciuitati priuilegium tenendi studium generale, & ciuitas non vtitur per decennium, perdit priuilegium. & idem dicunt Ioan. de Imo. & Dom. Abb. hic. Sed Ioan. Andr. hic dicit, quod di. sta l. prima, ff. de nundinis. procedit, quando tale priuilegium concederetur priuatis personis, secus si concederetur ecclesiæ, quia ecclesia non perderet per non vsuum, nisi spatium quadraginta annorum. & istud etiam sequitur hic Butr. & Ioan. de Imo. & Dom. Abb.

47 Sed tu adde aliam limitationem ad dictam l. primam, quia non procederet in rescripto concessio ad obseruantiam iuris communis, vt sunt rescripta ad lites, quia non perduntur per non vsuum spatium decennij, sed durat perpetuo, nisi secundum rescriptum contrarium esset impetratum, quia non tollitur primum per negligentiam per annum, vt in capit. plerunque. infra de rescrip. & in cap. sin autem, eod. tit. iuncta l. falso. C. de diuer. rescrip. & istam limitationem ponit hic Barto. & etiam glo. & Doct. in dicto cap. sin autem, & dicto cap. plerunque. & hæc sufficiant circa primum membrum, quia cætera in sequenti membro declarabo.

48 Venio ad secundum, scilicet an priuilegium perdatur per actum contrarium. & in hoc Ioan. Andr. & Doct. distinguunt quod aut priuilegium datur circa iudicia, aut circa negocia. In primo casu dicunt, quod aut priuilegium datur ad agendum, aut ad excipiendum.

49 In primo casu dicunt Doct. † quod durat priuilegium tanto tempore, quanto tempore durat natura actionis. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. facit capi. si electio. cum ibi nota. de electio. in vj. & capit. ecclesia vestra, de electio. vbi patet, quod non est verisimile Principem velle, qui iura tuetur velle omnino iura tollere.

Sed aduerte, quia licet Doct. dicant, quod priuilegium per datur per actum contrarium tanto tempore, quanto durat actio, tamen in veritate perditur per non vsuum: nam ex eo, quod ille cui est concessum priuilegium agendi non agit, perdit ius agendi per non vsuum, non autem per contrarium vsuum, & si faceret actum contrarium priuilegio, ita quod induceretur renunciatio priuilegij incontinenti, perderetur priuilegium. facit 7. quest. 1. quam periculosum. cum simil. facit quod notat hic Bart. in regulis, quas tradit. dum dicit, quod si actus contrarius inducit validam renunciationem priuilegij, tollitur priuilegium, per istum tex. & per cap. pro illorum, de præben. & idem dicit Dom. Abb. in fi.

Et ex hoc inferendum est, quod si habens per priuilegium ius agendi, facit actum contrarium priuilegio, ex quo iudicatur renunciatio priuilegij, perdit ipso facto priuilegium. facit l. secunda, C. de iure do. imp. per quam Bart. in l. fin. in fi. ff. de constit. Prin. dixit, quod si priuilegium habet effectum momentaneum, perditur per vnicum actum contrarium. Item si ferretur sententia contra priuilegiatum, perditur ius agendi, postquam sententia transiret in rem iudicatam, dato quod nodum esset elapsus tempus quo durat actio. & ideo Doct. male dicunt, dum dicunt, quod priuilegium per quod conceditur ius agendi, non tollitur per actum contrarium, nisi tanto tempore, quanto durat actio, quia hoc est verum, quod non tollitur ante per non vsuum, sed bene tollitur ante per actum contrarium, & ideo prima opin. quam recitat ista glo. non ponit exemplum, quando per priuilegium concedatur ius agendi, sed solum quando conceditur priuilegium ad excipiendum, quasi senserit, quod per contrarium actum possit perdi tale priuilegium. & hoc de primo, scilicet quando per priuilegium conceditur ius agendi.

50 Venio ad secundum, scilicet † quando priuilegium datur ad excipiendum. & in hoc Doct. dicunt, prout dicit prima opin. quam gl. recitat, quod tale priuilegium durat perpetuo, quia quæ annalia sunt ad agendum. l. pure, in fi. ff. de dolo excep. hoc tamen limitat duobus modis.

Primo, nisi aliquid possit imputari excipienti, quare ante non exceperit, vt in c. plerunque, de rescrip.

Secundo, quando tempus excipiendi esset limitatum: puta si diceretur, quod non teneatur respondere creditoribus vsq; ad quinquennium. l. quoties. C. de precib. imper. offer. & hæc procedunt, quando vnus agit contra priuilegiatum: nam si alius quis ageret, & non exciperet, perderet priuilegium quo ad illum, contra quem non exceperit, non autem quo ad alios, qui nondum egerunt, vt in l. gñaliter. & auth. presbyteros. C. de episc. & cler. Sed tu dic magistralius, quod priuilegium datum ad excipiendum per non vsuum non perditur aliquo tpe, nisi possit aliquid imputari excipienti, vt j. tit. prox. §. sin aut. & c. plerunq; vel nisi priuilegium sit limitatum certo tpe, vel nisi cesserit causa

causa privilegij, vt in cap. suggestum, de decim. & in l. generaliter. C. de episc. & cleric. canonizata. i. 6. quæst. i. & in regula, decet. cum ibi not. per glo. de regul. iur. in vj. Sed per contrarium vsu tollitur quantum ad aduersarium, sed non quantum ad tertium, & qñ esset tpe limitatum per contrarium vsu perderet etiam ante finitum tempus, vt dicit hic D. Abb. & bene. Appello autem actum contrarium, quando ipse facit contra privilegium proprium. Et ex his sum expeditus de primo casu principali.

Venio ad secundum, scilicet quando privilegium datur ad extraiudicialia, & in hoc Doct. discurreunt per casus.

Primus est, quando per privilegium conceditur aliqua facultas.

Secundus, quando datur privilegium ad non faciendum, quando Princeps sibi aliquid reseruauit.

Tertius casus, quando Princeps nihil reseruauit, & privilegium est concessum priuatae personae.

Quartus casus est, quando conceditur ecclesiae.

In primo casu. s. quando privilegium conceditur ad faciendum. Ioan. And. & Doct. concludunt, quod tollitur privilegium per spatium decem ann. per l. i. ff. de nudi. Sed tu dic, quod illa lex loquitur, quando privilegiatus non vititur privilegio, non autem quando facit actum contrarium privilegio: nam si faceret actum contrarium, & esset talis actus, ex quo inducatur renunciatio privilegij, incontinenti perderetur privilegium, vt hic, & in c. pro illorum, præ alleg.

In secundo casu. s. quando datur privilegium ad non faciendum: puta vt quis non soluat decimas, vel quia non subeat alia onera, & Princeps sibi aliquid reseruauit, tunc privilegium non perderetur tempore, nisi quatenus ad renunciandum, nõ autem in præiudicium superioris, vt in c. cum tpe, de arbit.

In tertio casu. s. quando privilegium esset concessum ad nõ faciendum priuato, & Princeps sibi nihil reseruauit. & hoc casu d. cunt Doct. hic, quod privilegium perditur per vnicam contrauentionem, vt in l. 2. C. de iure dom. impe. & hic. Sed Bar. in l. si. in si. ff. de constit. Princ. dicit, quod aut privilegium habet effectum momentaneum, & tunc perditur vnico actu omisso in contrarium, vt in d. l. 2. C. de iure dom. imp. Aut habet effectum successiuum, & tunc non tollitur per vnicum actum contrarium. l. voluntariae. C. de excus. tuto. versic. privilegiatus. vt non teneatur suscipere aliquam tutelam, si suscipit vnam tutelam ipote potest vt privilegio suo quo ad alias personas. Barto. tamen in l. 1. C. de his qui sponte rem accip. lib. 10. dicit, quod privilegiatus ne soluat præstantias, si ipote soluit, præiudicat sibi in futurum, nisi fuerit protestatus, & tamen tale privilegium habet causam successiuam, quia in quolibet impositione, quam facit ciuitas, sunt soluenda præstantia, seu collecta, & tamen soluens sine protestatione sibi præiudicat in futurum. & istud dictum Bart. sequitur hic Ioan. de Jino. & Dom. Abb. qui dicit esse notandum illud, quod dicit Bart. de protestatione. Sed Dom. Abb. licet aliquantulum inuoluntate loquatur, & in hoc distinguit, quæ distinctio potest satis tolerari. dicit enim, quod aliquando quis directe facit contra privilegium, & tunc vnico actu perdit privilegium. aliquando quis non facit directe contra privilegium, vt quia privilegium est generale: puta ne quis subeat aliqua munera publica, vel honores, vel est privilegium, quod datur respectu plurium personarum, vel rerum.

In primo casu dicit, quod perditur privilegium vnico actu. & hoc modo loquitur Bal. in dicta l. 1. C. de his qui spon. mu. suscip. nam privilegium datum, ne quis teneatur soluere collectis, conceditur super vno munere tantum, & respicit vnã personam, ideo per vnicum actum tantum perditur privilegium. vnde hoc casu privilegium dicitur habere effectum momentaneum.

In secundo vero casu. s. qñ habet privilegium, ne subeat aliqua munera publica, vel honores, est privilegium generale, quod concernit plures articulos: vnde dato, quod acceptet sponte vnum, non præiudicat sibi in aliis, nec etiam in illo, si de nouo iterum eligatur, nisi acceptasset decurionatum, quia ex illo officio assumitur ad alios actus, vnde acceptando ipsum in aliis sibi præiudicat, vt est tex. in l. 1. C. de his qui spon. mu. suscip.

In tertio autem casu. s. quando privilegium datur respectu plurium personarum, vel rerum, loquitur l. voluntarie. C. de excus. tuto. vbi patet, quod licet veniat contra privilegium, quo ad vnum, non videtur præiudicare sibi quo ad alios.

In quarto casu. s. quando privilegium conceditur ecclesiae, non inducitur renunciatio per actum contrarium, nisi legitimo tempore prescribatur, vt in c. accedentibus, & in c. si de terra. j. de priu. & ratio est, quia singulares personae non possunt per factum eorũ renunciare privilegio concessio ecclesiae, sed est expectanda legitima prescriptio.

Et ex hac infert, quod attenda ratione non est facienda dña, an

privilegium concedatur priuato, vel ecclesiae, quia per contrauentionem perditur privilegium ex tacita renunciatione. & ita debemus considerare, an & quando contrauentione inducat renunciationem validam, vel inuvalidam, quia sicut expresse non possunt renunciare, ita nec tacite. vnde dicit, quod illud, quod dicitur in ecclesia, habet locum in alio, qui non potest renunciare privilegio ex contrauentione.

Et ex hoc infertur, quod vbi per vnicam contrauentionem perditur privilegium, contrauentione ponderatur ad inferendum tacitam renunciationem: nam rñ non est differentia, an aliquid fiat tacite, vel expresse. l. cum quid. ff. si cer. pet. cum simil. Et hæc sufficiant pro expeditione istius articuli.

53 In glo. vltima. Nota glo. ex qua habes, quod dignitas extincta, si postea erigitur, non vt noua dignitas, sed antiqua. pro hoc vide glo. not. in clem. si. in verbo, creatum. de rescrip. quæ dicit, quod beneficium extinctum ante datam impetratum, & post datam erectum, non dñ nouum beneficium, sed antiquum, & sic non comprehenditur in rescripto impetrantis. sed in contrarium facit, quod not. glo. in summa de eccles. edif. ad si. vbi dicit, quod ecclesia destructa, & reedificata non dñ esse eadem ecclesia, sed noua. & Dom. Abb. in ca. consuluit, de Iudæ. dicit, quod si ecclesia est funditus destructa, & reedificata, dñ esse noua ecclesia. & hoc tenuit glo. in c. 3. de iure patron. quod facit, quod not. Bart. in l. 4. in prin. ff. de dam. infec. vbi dicit, quod stante statuto, quod futurus Potestas habeat arbitrium in puniendis maleficiis, & functo officio reformetur, non habebit tale arbitrium, quia dñ esse nouum officium, seu nouus magistratus, secus si ante finitum officium fuisset prorogata eius potestas ad aliud tempus: puta ad alios sex menses, quia tunc esset idẽ officium. facit l. sed si manente. ff. de precar. idem dixit Bal. in l. meminisse. ff. de offic. procons. & lega. vbi etiam Bart. tangit prædicta q. idem dicit Bal. in c. 1. §. si inter duos, in 3. col. de lege Conradi. vbi querit, an compromissum prorogatum dicatur esse idem compromissum, vel non. Sed tu tene hanc glo. & glo. in d. clem. fin. de rescrip. in verbo, creatum. & dic, quod quando dignitas, vel prebenda supprimitur, non extinguitur in totum, quia suppressio habet in se tacitam conditionem, nisi excreuerunt ecclesiae facultates, vt in c. seq. & ideo si erigitur, censetur esse antiqua dignitas, vel antiquum beneficium, secus quando ecclesia deseritur in totum, vel funditus, quia tunc si reedificatur, nõ dñ esse eadem ecclesia, sed noua, quia cum ecclesia consistat in edificiis, & solo. l. eum qui edes. ff. de vsucapio. Dignitas autem suppressa non dñ funditus extincta pp illam conditionem, quæ tacite subintelligitur. s. qñ si excreuerunt ecclesiae facultates, quod iterum debeat erigi: hoc tamen intelligo, nisi esset dignitas habita ex privilegio: puta si Papa concederet canonicis alicuius ecclesiae, vt essent Cardinales: nam si illa dignitas postea supprimeretur, extingueretur in totum, & perinde haberetur, ac si illa dignitas nõquam fuisset in ecclesia, vt dicit hic Dom. Cardin. vnde si postea iterum erigitur auctoritate Pape, videretur esse noua dignitas. de hoc tamen articulo dic, vt in d. clem. si. de rescrip. vbi plene examinatur per Doct. & per Legistas, maxime Moder. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig.

55 Vtrum autem ecclesia destructa perdatur privilegia sibi concessa. vide glo. & Archid. i. 6. q. 7. & hic diximus. & Innoc. & Doct. in cap. 2. de noui oper. nunc. & hæc sufficiant. Sequitur cap. cum M. Ferrariensis.

S V M M A R I V M.

- 1 Capitulum si contra constitutionem suam de certo canonicorum numero aliquos receperit in canonicos, de superexcreuantibus fructibus eis providere tenetur.
- 2 Comparet talis nomine talis, vel compareat pro tali, paria sunt.
- 3 Redditus, an dicantur esse proprii beneficiati.
- 4 Suus, sua, suum, verbi significatum.
- 5 Canonici dicuntur habere solum vsu in prebendis.
- 6 Clerici in vita vsufructuarij, in morte autem vsuarij dicuntur, & quomodo faciant fructus suos, num. 7.
- 8 Capituli raso est omnium temporalium depositio.
- 9 Clericus si quis adquisierit, in vsus pauperum distribuere debet, & secundum dictum Bernardi, quicquid præter necessarium victum, ac simplicem vestitum de altari retinet, tuum non est, rapina est, sacrilegium est.
- 10 Clericus quæ faciat sua de his, quæ lucretur seruiendo ecclesiae, & de quibus testari possit.
- 11 Contrauentione voluntaria rumpit numerum, seu statutum, per quæ restrictus erat numerus prebendarum.
- 12 Restrictio numeri prebendarum, & canonicorum, quando valeat.
- 13 Reus quod dicat, ego excipio, non est necesse, sed propono, vel allego.
- 14 Protectio pro confirmatione, quandoque capitur.
- 15 Defendere cum armis an teneatur ille, qui recipit aliquem sub protectione sua.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

- 16 Receptus talis est ad instantiam, vel ad preces talis, quod idem sit.
- 17 Instantia significat quandam sollicitudinem.
- 18 Preces instantes non inducunt simoniam.
- 19 Protestatio contraria facto non valet etiam consecutio ex iuris dispositione, & quae non compatitur se cum facto subsequitio, latius num. 57-66. & 71.
- 20 Canonorum de certo numero constitutio facta etiam per Papam confirmata subintelligitur clausula, nisi redditus ecclesiae in tantum excrecant, quod pluribus sufficiant.
- 21 Clausula consueta de stylo curiae etiam non expressa subintelligitur, ubi ad multa consimilia infertur.
- 22 Consuetudine vna alij contraria existente ius commune seruatur.
- 23 Statuentes possunt venire contra propriam constitutionem, licet firmata per superiorem, continentemque materiam, super qua non potuissent constituere.
- 24 Praebendae nouae constituenda sunt de redditibus excrecantibus pro re-ceptis in canonicos, antiquis tamen nihil diminuitur.
- 25 Consortes eiusdem litis, quomodo sine mandato agere possit, & defendere ante, & post litis contestationem, num. 37.
- 26 Religiosus, qui procurator esse non potest sine licentia superioris, an possit agere pro consorte, & pro coniunctis sine mandato.
- 27 Iudices duo, si de eodem delicto inquirant, nec appareat de praeventione, quid agendum.
- 28 Exceptio quae potuit opponi ante litis contestationem, an possit opponi post.
- 29 Exceptio dilatoria, an possit opponi post terminum a lege statutum.
- 30 Exceptio dilatoria quandocumque opponi potest, quando habet causam successiuam.
- 31 Exceptio dilatoria post litis contestationem, quando iudex compellit rem ad litis contestationem, & quando ex officio vellet.
- 32 Iudex an & quando etiam post lit. contest. possit petere a procuratore, ut ostendat sibi mandatum, & an arbiter ex officio suo hoc possit.
- 33 Exceptio, tu non habes mandatum, an possit quando cunque opponi.
- 34 Exceptio dilatoria quae habet ortum post lit. contest. an & quando possit opponi, ibi regulam ponit & fallentias.
- 35 Iura volunt litem abbreviari, & non prolongari.
- 36 Exceptio peremptoria habens ortum post lapsum termini ad proponendum dilatorias, potest post terminum opponi.
- 38 Canonicus an agere possit pro canonico sine mandato.
- 39 Statutum contra consuetudinem non valet, nisi ex causa.
- 40 Episcopus licet non debeat statuere contra ius canonicum, ex causa tamen potest, ac etiam contra canones dispensare.
- 41 Sacerdos ex causa rationabili poenitentiam diminueret potest a Papa, vel episcopo iniunctam.
- 42 Potestas ciuitatis iuravit seruare statuta, potest tamen ex causa contra ipsa facere.
- 43 Canonici statuere possunt restringendo numerum praebendarum in praedictum futurorum tantum.
- 44 Statutum transiens in contractum, vel priuilegium, non potest reuocari, quando transit cum non subdito.
- 45 Episcopus an possit contra proprium statutum dispensare.
- 46 Statutum quando reuocat consuetudinem, nunquid opus sit mentionem facere de consuetudine.
- 47 Turpitudinem suam, an excipiendo quis possit allegare.
- 48 Pronomen, ad ea, quid importet.
- 49 Verba narrativa apposita in lege, non disponunt.
- 50 Clementinarum constitutiones sunt decisoriae, Gregorianae autem plures sunt narratiuae.
- 51 Praebenda vacante, quando duo simpliciter recipiuntur, & absque dubio valet receptio, cui primo assignanda.
- 52 Praebenda vacans, si duobus in canonicos receptis assignetur, an valeat talis assignatio contra concilium Turonense, & quid si duo recipiantur ad vnam praebendam, & sic sub vna oratione, num. 53.
- 54 Animus diuidendi praebendam in duas, expresse, & realiter fieri debet.
- 55 Canonici plures si eliguntur ad vnam praebendam vacantem per verba, eligimus vos ad praebendam vacantem, non valet electio, nisi prius illa fuerit diuisa in duas.
- 56 Protestatio quandoque plus valet, quam appellatio.
- 58 Protestatio quid, & quod fiat coram testibus, ut probari possit, requiritur. & an, & quando sit necesse, quod fiat in scriptis, numero 65.
- 59 Lex semper loquitur per scripturam.
- 60 Excommunicato nuncium, vel literas mittens, minorem excommunicationem incurrit, ac si persona loqueretur illi.
- 61 Doctor si promittit non aduocare, poterit in camera consulere, & allegationes in scriptis facere, & quid de Doctore legente, ex forma statuti aduocare prohibito, num. 62.
- 63 Bannito mittens nuncium, vel literas, an incurrat poenam statuti prohibentis illi loqui.
- 64 Loqui, vel mittere literas, vel nuncium, parificantur.
- 65 Protestatio & factum, quando sunt contraria, an valeat. & quid si fiat in his, quae dependent a potestate protestantis, num. 68.
- 69 Ecclesia vtile est plures habere consiliarios, & defensores.
- 70 Pactum non valet etiam de consensu partium, & canonicos non recipiat praebendam.
- 72 Protestans, quod nolit aliquid contra fidem dicere, si postea dicit, defenditur a crimine haeresis.
- 73 Haereticus quis non dicitur, nisi sit pertinax.
- 74 Mater cum teneatur usque ad triennium filium alere, si protestaretur, & intenderet petere expensas lactis & laboris, non poterit.
- 75 Protestatio, saluo iure addendi, & diminuendi, quid operetur.
- 76 Protestatio an & quando valeat, quando actus super quo ea fit, pendet a potestate protestantis, & alterius.
- 77 Fideiussor si protestatus fuit creditori tacenti, an valeat postea fideiussio facta.
- 77 Protestatio an tollat praesumptionem iuris, & de iure, si pars ei consentit.
- 78 Protestatio quando venit ad dandum intellectum facto multipliciter intelligibili, an tollatur per factum sequens.
- 79 Protestatio coram iudice, quod non intendit consentire in eum tanquam competentem, an & quando valeat.
- 80 Processus validitas ab officio publico dependet, non autem a partium consensu.
- 81 Excipiens de incompetencia iudicis, si apponat clausulam iustificatorem, an possit puniri, & num. 82.
- 83 Protestatio non tollit actum contrarium protestationi, qui fit ex interuallo.
- 84 Protestatio, compareo coram vobis non animo consentiendi in vos tanquam in iudicem competentem, tollatur, si postea compareat non repetita protestatione.
- 85 Rei respondentis libello actoris, si protestatur, quod non intendit litem contestari, an extendatur ad actum ex interuallo.
- 86 Protestatio heredis, quod non intendit adire hereditatem, licet se immisceat, non videtur recedere a protestatione, nisi dicat se poenitere factae protestationis.
- 87 Protestatio, quando sumus in iudicialibus, non extenditur ad actus qui fiunt ex interuallo, & si verba protestationis sint ad futurum.
- 88 Protestatio in extraiudicialibus, si fiat simpliciter, an extendatur ad actus qui fieret ex interuallo.
- 89 Protestans quis timens violentiam a vicino potenti sibi inferri, quod non intendit venditionem quam fecerat, valere ad venditionem quam fieret ex interuallo trahitur, si consueque potentia illius durauerit.
- 90 Protestatio contraria facto, vel eius actus, an vitietur, ubi distinguitur, & per casus discutitur.
- 91 Protestatio contra substantiam actus, contra substantiam rei in dispositione deductam, contra accidentalia, & naturalia contractus, quomodo vitientur. 96. 97. 98.
- 92 Donans causa mortis aliquid cum pacto, ut non possit reuocari, donationem inter viuos facit.
- 93 Ioannes de Imola fuit discipulus Francisci de Ramponibus.
- 94 Protestatio contra substantiam matrimonij spiritualis rejicitur, & non ualet illud, quod non est in carnali.
- 95 Respondens libello, si dicat, protestor, quod non respondeo, uel non animo contestandi litem, differt, & an valeat protestatio.
- 99 Praesentia partis, an & quando requiratur in protestatione.
- 100 Protestatio vtrum fieri possit procuratori, vel per procuratorem.
- 101 Protestatio an debeat exprimere causam protestationis, ubi distinguitur, & an specialis, an generalis exprimenda sit, num. 104.
- 102 Bannito, qui ex statuto impune offendi potest, si protestatur se restitutum, non teneor credere.
- 103 Offendens bannitum, an excusetur, si non inquirat diligenter, an sit rite bannitus, & an sententia banni reuocata fuerit.
- 105 Consensus expressus illius, cui fit protestatio, an requiratur, an vero tacitus sufficiat, ubi per quatuor conclusiones discutitur.
- 106 Caupo an teneatur venientes recipere.
- 107 Pater intelligens filium velle recipere certam pecuniam mutuo per literas, vel per nuncium ipsius filij, si non contradicit, videtur tacite consentire.
- 108 Mercator societatem habens cum aliquo, si protestetur specialiter quibusdam, quod de gestis illius nolit teneri, si eum retinet in societate, nec dissoluat eam, non iuuat eum protestatio, nisi expresse consenserint ij, quibus fuit protestatum.
- 109 Confessio qualificata, an possit pro parte acceptari, & pro parte rejici.
- 110 Protestatio an debeat fieri in principio actus, an vero sufficiat, quod fiat post actum inceptum.
- 111 Protestatio nunquid fieri possit die feriato, vel in ecclesia.
- 112 Canonica, & praebenda, quid sint, & quomodo differant.
- 113 Praebendae, seu portiones priuilegiatae in ecclesiis regularibus, an esse possint.
- 114 Laici, an habere possint praebendas in ecclesia.
- 115 Ecclesiarum bona, vel clericorum, pauperibus communia.
- 116 Papa canonicatum conferendo, praebendam conferre, & econuerso videtur, sufficitque, quod de altero mentio fiat.
- 117 Doctore si conceditur lectura, quando videatur promissum salarium consuetum attribui illi lecturae.
- 118 Vocem in electionibus non habet non existens in sacris, in ecclesia tamen Patavinus canonicus non existens in sacris, habet vocem.

Vm M. Ferrariensis. † Si capitulum
 ne suam de certo canonicorum numero aliquos
 receperit in canonicos, de superexcrecentibus fructi-
 bus eis prouidere tenetur. h. d. secundum Io. And. vel sic, se-
 cundum D. Abb. Non obstante canonicorum numero etiam
 per Papam confirmato, prouidendum est recept. ultra nume-
 rum de fructibus superexcrecentibus, maxime si volunta-
 riè per canonicos sunt recepti. hoc dicit. Diuiditur in tres par-
 tes: In prima ponitur allegatio pro M. & socijs. In secunda al-
 legatio canonicorum in contrariu. In tertia diffinitionis com-
 missio. secunda ibi, verum. tertia ibi, mandamus quatenus. hæc
 decret. habet longam & difficilem materiam, vtilem tamè. &
 Putr. hic, & Io. de Imo. post eum faciunt quædam euidentialia
 distinguendo, quid iuris, quando præbenda & canonicatus sunt
 distincti, & quid iuris, quando solæ præbendæ vel solus cano-
 nicatus sunt distincti, & quid si nec canonicatus nec præben-
 dæ sunt distincte, & quid de portionib. quæ dantur loco præ-
 bendæ, puta, si cuilibet canonico dantur 24. ducati loco præ-
 bendæ, an censeantur vacare. de quo articulo vide per scribē.
 maxime per Ioan. de Imo. & D. Abb. in c. dilectus filius. & in
 c. dilecto, de præb. & in c. si. de concess. præben. in 6. Istud enim
 euidentiale non est necessarium ad intelligentiam huius cap.
 quod est satis grauatum sua materia.

2 No. primò ibi, pro se ac quatuor socijs, † quòd paria sunt
 dicere, compareat talis nomine talis, vel compareat pro tali:
 quia utroque casu videtur comparere tanquam procurator.
 pro quo est bonus tex. in l. fideicommissa. §. interdum, ff. de le-
 ga. 3. & §. de appell. sua nobis. & hoc tenet Bar. in l. j. §. nuncia-
 tio. ff. de oper. noui nunc. idem Butr. in c. dudum, 2. & in c. que
 relam, de elect. sed Io. de Imo. dicit, qd hoc debet intelligi quan-
 do facit actum iudicalem vel extraiudicalem tanquam pro-
 curator, vel tanquam consors litis, & sic quando ratio subie-
 ctæ materiæ hoc suadet. facit quod not. gl. j. hic. sed si extra iu-
 dicialium aliquis faceret aliquid pro alio, vel nomine alterius,
 intelligeretur facere tanquam negotiorum gestor, vt in l. j. &
 per to. tit. ff. de neg. gest. & sic concludit, qd debet attendi qua-
 litas subiectæ materiæ, allegat quod habetur in l. post mortē.
 ff. quando ex facto tuto. & in c. dilecti. §. de fo. comp.

3 Secundò no. ibi, suos redditus augmentarent, † qd redditus
 dicuntur esse proprii beneficiati, sed hoc est falsum. vnde tex.
 loquitur impropr. ne, nam largo modo beneficiatus dicit bene-
 ficium suum, vt in c. si tibi abrenti. §. de præb. & tamè cenietur
 potius procurator, quam dominus, vt in c. 2. de donat. facit qd
 notat gl. in l. 2. post prin. ff. de orig. iur. vbi dicit, qd coloni rusti-
 ci dicunt possessiones suas quas colunt, & regatus dicit equū
 suum, † & de significato huius verbi, sius sua suum, dic vt per
 glo. in d. c. 1. in verbo, regium, §. de postul. præla. & in c. pro illo-
 rum, de præb. & de genitio, an importet dominium, vide Bar.
 in rubr. ff. de oper. noui nunc.

5 Tertio no. ibi, in vius cederet paucorum, † qd canonici dicū-
 tur habere solum vsum in præbendis, nō autem vsum fructū.
 & hoc tenet glo. in c. fin. §. de p. gn. sed gl. 1. in c. ex literis, §. de
 prob. & in c. fin. de pecu. de. tenet, † qd clerici in beneficijs cen-
 seantur esse usufructuarij. sed gl. in c. præsentis, de off. ordi. in 6.
 concordat opin. dicens, qd in vita cenietur usufructuarij, sed
 in morte viuarij, de quo vide ibi latè per D. Domin. & per In-
 noc. in c. in decorum, de eta. & qual. per Ioan. Cald. & Card.
 Io. de Imo. in c. vlt. de pecu. cler. per D. Card. in clem. gratie, de
 rescrip. & per D. Abb. in repet. c. cum esset, de testa. per Archi.
 in c. statutum, §. assessorum, de rescrip. in 6. per Butr. in c. fin. de
 causa poss. & propr. & in c. cæterum, de dona. & in c. relatum,
 & in c. requisisti, de testa. vide etiam per Io. de Imo. in c. perue-
 nit, de fideiuss. & in c. possessiones, de reb. eccl. non alien. & in
 c. cum olim, de re. permut. & in c. quia nos, de testa. per Bar. in
 l. sacrosanctæ, C. de sacrosan. eccl. & in l. diuortio. ff. sol. matri.
 per Bald. in auth. legitima. C. de episc. & cler. & in l. 2. C. de le-
 gib. & const. Princ. & in l. mandatum, C. manda. & in l. 3. C. de
 procur. per Ang. in l. si seruus communis M. quij. §. ff. de stip.
 seruo. per Salic. in l. plures, C. de episc. & cler. † Sed quòd cleri-
 ci non faciant fructus suos, nisi solum quantum est necessa-
 rium ad victum & vestitum, allego bonum tex. in cap. cleri-
 cus, 12. quæst. 1. in si. ibi, & altari seruiens altaris oblatione su-
 stentor, habens victum & vestitum, his contentus ero. idem
 in cap. duo sunt genera. vbi dicit, † quòd ratio capitis est om-
 nium temporalium depositio: quia clerici victu & vestitu cō-
 tenti esse debent, ad idem est bonus text. 12. quæst. 1. si ergo.
 vbi dicitur, quòd clericus de præbenda sua primo debet sibi
 necessaria percipere, & illa quæ superfluunt ultra necessitates
 suas, debet expendere in communes vsus ecclesie. ad idem est
 bonus tex. in l. 2. versic. si quid enim. C. de episc. & cler. vbi

9 tex. dicit, † quòd si clericus aliquid acquirerit, vel parcè viuen-
 do, vel aliqua prouisione, vel mercatura honesta, debet illa di-
 sribuere in vsus pauperum. vnde glof. not. 1. 2. quæst. 1. ca. res
 ecclesie. dicit, quòd equus vel alia res empta de bonis ecclesie
 est ecclesie: quia solum illud est clericorum, quod probabili
 ratione consumunt, & quòd quicquid habent ultra, violenter
 detinetur. & adde Bernardum in quibusdam dictis suis, quæ
 habentur in quodam libro, qui intitulatur flores Bernardi li-
 bro 10. c. 4. circa fin. vbi dicit, Quicquid præter necessarium vi-
 ctum, ac simplicem vestitum de altari retinet, tuum non est,
 rapina est, sacrilegiū est. & in c. seq. Nō enim ordinatit Deus
 his qui Euangelio seruiunt, de Euangelio dititias quærere vel
 ornatum, sed viuere ex eo, videlicet vt sint contenti alimento
 corporis, non gulæ irritamenta libidinis, & quibus tegantur,
 non quib. ornatur accipere. & in prin. huius ca. multum dete-
 statur clericos, qui dant de bonis ecclesie non pauperib. dicēs,
 qd res pauperum non pauperib. dare, sacrilegij crimen esse di-
 gnoscutur. quòd verò contra clericos, qui quotidie faciūt con-
 uitiua de fructibus, qui super sunt, quos debent conuertere in
 vsus pauperum, vnde committunt crimen sacrilegij, vt dicitæ
 10 allegationes probant, † qd ea quæ lucratur clericus seruiendo
 ecclesie vel altari, non faciunt sua, nisi quātum ad illud quod
 est necessarium pro necessitate victus. Ista tamen videtur esse
 communis conclusio, qd in his quæ percipit clericus de fructi-
 bus præbendæ, etiam si sit simplex beneficium, non facit suū,
 nisi quatenus probabiliter consumit. Ea verò quæ percipit rati-
 one seruitij personalis, puta distributiones quotidianas, fa-
 cit sua, & in his potest testari, & si decedit ab intestato, perti-
 nent ad heredem. vnde capellani, quibus ecclesie non dantur
 in titulum, sed possunt ad nutum remoueri, & ratione seruitij
 quod impendunt circa ecclesiam, habent certum stipendium
 singulis annis, de ipso possunt testari. & hoc tenet D. Domin.
 per Pau. in d. c. præsentis. & post Io. And. in regu. nemo potest,
 in mercur. in 6. & idem dicit Io. de Imo. in c. quia nos, de testa.
 Sed prædicti tex. vltimi faciunt in contrarium, dum dicunt, qd
 de seruitio vel oblatione altaris clerici debent habere solū vi-
 ctum & vestitum, & non ultra: quia illud quod est ultra, debet
 pauperibus erogare. & vide S. Thom. 2. secundæ, q. 185. art. 7.

11 Quarto no. ibi, voluntariè venientes, † qd voluntaria contra-
 uentio rumpit numerum seu statutū, per quod erat restrictus
 numerus præbendarum. Ex quo inferitur à contrario sensu, qd
 si venissent contra numerū necessitate restricti, puta, ex mæ-
 dato Pape, qd tunc talis receptio non frangeret numerum. &
 hoc tenet gl. in c. pro illorum, in gl. antep. §. de præb. que tamè
 dicit, qd secus esset, si canonici aliquem reciperent auctoritate
 legati, quia tunc frangeretur numerus: quia legatus ad hoc nō
 potest compellere. quod tene mēti pro declaratione istius tex.

12 Quintò no. † qd valet restrictio numeri præbendarum & cano-
 nicorum, quando redditus præbendarum non sufficiunt
 ad sustentandum canonicos: nam tot sunt instituendi in eccle-
 sia, quot de redditibus eius commodè viuere possunt, vt in
 cap. 1. Et ex hoc infert D. Abb. quòd Episcopus cum capitulo
 potest restringere antiquum numerum præbendarum ex plu-
 ribus præbendis constituendo pauciores: tendit enim in dede-
 cus ecclesie, quòd canonici qui constituunt vnum corpus cū
 Episcopo, non possint de redditibus congruè sustentari.

13 Sextò no. ibi, ex aduerso fuit propositum, † quòd non est
 necessarium, quod reus dicat, ego excipio, sed sufficit quod
 dicat, ego propono, vel allego, ita colligit Bald. ex hoc tex. &
 istud est verum quando additur verbum, ex aduerso, vel simi-
 le, puta, si dicatur, ex aduerso proposuit, vt in cap. bonæ memo-
 riæ, el 2. de postulat. prælat. ibi, ex aduerso proposuerunt. & in
 cap. cum dilectus, de consuetu. ibi, proposuit ex aduerso. & in
 cap. cum inter canonicos. ibi, propositum est ex aduerso, se-
 cus si hoc verbum proferatur simpliciter, non adiuncto hoc
 verbo, aduerso, vel simili, quia tunc congruit actori non reo,
 vt in cap. ex parte M. de restitut. spoliat. & in cap. ex parte de-
 canij, de rescrip.

14 Septimò nota ibi, Apostolicæ protectionis præsidio robo-
 rato, † quòd protectio aliquando accipitur pro confirmatione:
 nam tale statutum fuit roboratum protectione Apostoli-
 ca, idest confirmatione Papali: aliquando autem aliter accipi-
 tur, vt in cap. recepimus, de priuileg. nam ibi accipitur prote-
 ctio pro defensione. † Vtrum autem ille, qui recipit aliquem
 sub protectione sua, teneatur defendere eum armis, vide Bar-
 to. in prima constitutione fforum, de quo dixi in cap. ad ar-
 dientiam, de appell.

15 Octauò no. ibi, ad quorundam instantiam, & postmodum
 16 ibi, ad preces Episcopi, † qd idē est dicere, talis receptus est ad
 instantiam talis, vel ad preces talis. nam ista verba idem signi-
 ficant, vt probat iste tex. nam primo dicit, qd duo fuerunt rece-
 pti ad instantiam quorundam, & postmodum quidam Marti-
 nus, & quidā alius ad preces Episcopi: nam ideo dixit primò
 ad

Alex. de Neuo in primum Decretal.

ad instantiam, & postea ad preces, ut euitaret cacophaton. est enim quodammodo turpe id nomen bis, repetere incontinēti. vnde causa ornatus primo dixit ad instantiam, & secundo ad preces, nam instantia fuit præstita solum in deprecando, ut illi duo reciperentur. vnde dicit Butr. & Ioan. de Imo. hoc esse notandum, quia legitur sæpius in actis, & in instrumentis, talis ad instantiam talis promisit vel fecit tale quid: debet enim intelligi, quod ad preces eius promisit vel fecerit: instantia tamen significat quandam sollicitudinem, ut est glossa in clem. 2. in verbo, instantes. de appell. & in c. cum inter R. seniores, de elec. in princ. ibi, sententiam cum instantia postulant. nam petebat sententiam cum instantia, i. cum sollicitudine. Et ex hoc inferitur, quod etiam preces instantes, id est sollicitæ, non inducunt simoniam, de quo vide bonam glossam. 1. quæst. 1. sunt nonnulli. & in c. tuam, de æta. & qual. vbi latè per Innoc. & Doct. & per Hostien. in summa, de simo. §. qualiter committatur, sub §. lingua.

17 Nono no. ibi, sine præiudicio dictæ constitutionis, quod protestatio contraria facto non valet, & quotidie ad hoc allegatur iste tex. Amplius probat iste tex. quod non solum non valet protestatio contraria facto, quod principaliter agitur, sed etiam si est contraria facto consecutio ex iuris dispositione: nam hic isti erant recepti in canonicos, nec protestatio erat facta ut non essent canonici, sed facta fuit protestatio, quod nihil deberent recipere ex canonica, donec duo primi recepti essent affecti integras præbendas. non valet ergo protestatio derahens facto consecutio ex iuris dispositione, vide tex. cum glossa in clem. gratiæ, in verbo, renuntiare, de rescrip. quæ dicit, quod recipiens secundum beneficium incompatible cum primo ipso facto perdit primum, vel gratiam ad primum beneficium, etiam si protestetur, quod per hoc non intendit renunciare beneficio vel gratiæ concessæ ad obtinendum beneficium.

20 Decimo no. quod in constitutione de certo numero canonicorum facta, etiam confirmata per Papam, subintelligitur clausula, nisi redditus ecclesiæ tantum excreuant, quod pluribus sufficiant. Ex quo inferitur secundum Io. de Imo. & D. Abb. quod augmentatis redditibus ecclesiæ, numerus canonicorum debet augmentari, & antiqua consuetudo tolli. Et dicit Ioan. de Imo. quod statutum per quod tollitur consuetudo, censetur illam tollere iuxta limites causæ ipsius statuti. facit §. de renun. post translationem. & ex hoc inferitur, quod statutum factum circa restrictionem numeri propter penuriam reddituum superuenientium augmenta, cessare debet, quia cessat causæ statuti. facit optimè de verb. sign. c. fin.

Undecimo no. ibi, sicut consuevit esse expressum, secundum Ioan. de Imo. & D. Abb. quod clausula consuetæ de stylo curiæ debet subintelligi, etiam si non fuerit expressa. facit cap. 2. infra de rescrip. vbi est bonus in simili. Ex hoc inferit D. Abb. quod etiam in contractibus dicendum est, ut in dubio videntur agi secundum consuetudinem, licet non sit expressum, pro quo allegat bo. tex. in l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de edil. edi. & quod notat Bar. in l. nemo. ff. de duo. reis. vbi dicit, quod si est consuetudo in loco studii, ut quis legat per substitutum, intelligitur Doctor simpliciter conductus ad legendum, intelligitur conductus, ut possit legere per substitutum. & pro hoc allegat bo. tex. in c. causam, §. de rescrip. vbi clausula solita apponi in certo loco, si transponatur in rescripto, intelligitur apposta in loco solito. Bald. verò hic dicit istum tex. esse meliorem de iuris corpore, quod illud quod consuevit apponi in instrumento de consuetudine, videtur esse appositum, licet non fuerit scriptum. Adde etiam Bald. in addit. Specu. in tit. de locato. vbi dixit, quod si emphyteusis consuevit concedi usque in tertiam generationem, & prælatus superior concedit emphyteusim, intelligitur concessa usque in tertiam generationem, ex quo ita consuevit concedi, & idem voluit in simili And. de Her. in c. j. quib. modis feud. amitt. vbi dicit, quod si feudum conceditur alicui, nec in inuestitura exprimitur de filiis, nihilominus intelligitur concessum pro se & filiis, ac deicendentibus masculis, ex quo ita consuevit fieri inuestitura feudorum. adde etiam Bal. in rubr. C. de fide instrum. in 3. col. vbi dicit notarium præsumi esse rogatum de eo quod est consuetum fieri. & in l. fin. C. de fideicom. dicit, quod concessa potestate testandi, intelligitur concessa secundum quod in loco consueuerunt fieri testamenta &c. Bald. in l. liberi. C. de ope. liber. dixit, quod si ciues conducunt aliquos ad operandum, & promittunt dare victum, videntur promississe secundum consuetudinem loci. & hoc etiam voluit Bar. in l. j. C. de pascuis publ. vel priua. lib. 1. i. dicit, quod si officiales deputentur ad vendendum gabellas alicuius communis, quod omne pactum initum per istos officiales cum emptoribus gabellarum citra solitum modum vendendi, non valet. Adde etiam Salic. in l. excepto. C. loca. vbi per illum tex. dicit, quod si in locatione domus non est facta mentio de certa mercede, illa pensio debetur, quæ consuevit dari pro illa do-

mo. adde etiam Bald. in rubr. C. de reuo. his quæ in frau. credi. vbi dicit, quod ex tacito mandato possunt apponere in instrumentis omnes renunciationes, quæ sunt de consuetudine, allegat l. fin. C. de fideiussor. vbi dicit esse casum singularem. idem voluit Barto. in simili in l. fin. in prin. ff. quæ in frau. cred. adde etiam Bart. in l. ex ea parte, ff. de verbo. oblig. vbi dicit, quod si aliquis vendit rem vel dat dotem, notarius debet facere instrumentum secundum consuetudinem ciuitatis, de quo etiam vide Barto. in l. si prius. §. j. ff. de aqua plu. arcen. & per Io. And. in tit. de instrum. edi. §. instrumentum. verum quid si a contrahentibus. sed instrumenta diuersimodè conficerentur, tunc si notarius esset rogatus simpliciter deberet conficere secundum ius commune, hoc tenet Bar. in l. 2. ad fin. princ. ff. sol. matrim. pro hoc facit quod dicit ibi Bald. in lectu. antiqua. vbi dicit, quod si vna consuetudo est contra aliam, debemus seruare ius commune. facit quod notat glossa in clem. attendentes. §. statuimus, in verbo, solita. de sta. regul.

22 Duodecimo no. ibi, in derogatione suæ constitutionis, quod statuentes possunt venire contra propriam constitutionem, licet fuerit firmata per superiorem, & contineat materiam, super qua non potuissent constituere, quod dicit Do. Abb. esse notandum, sed hoc debet intelligi quando statutum concernit commodum eorum, qui veniunt contra ipsum statutum.

23 Vltimo no. ibi, cum integritate percipientibus, quod de redditibus excreuantibus constituenda sunt nouæ præbendæ pro illis, qui sunt recepti in canonicos, sed tamen antiqui canonici retinent suas præbendas integras, quæ nullo modo debent diminui: sed tamen si noui canonici possunt esse pares, redditus, qui superiunt, conuertendi sunt in communes vniuersorum canonicorum, hoc est ad communes redditus, qui vulgari appellatur mensa capituli. Ex quo inferitur, quod vbi præbendæ canonicorum sunt, sufficientes redditus super excreuantibus sunt deputandi communi mensæ, hoc tamè debet intelligi quando communis mensa indiget talibus redditibus, alioquin essent conuertendi in utilitatem ecclesiæ, vel in vius pauperum, ut 12. q. 1. expedit. & §. si ergo res. & 16. quæst. 1. ca. fin. vbi dicitur, quod quicquid habent clerici, pauperum est. idem habetur 23. q. 8. conuenior.

In glo. 1. quæ glo. in effectu dicit quatuor.

Primo, quod M. & socij erant confortes eiusdem litis, qui agebant ut eis fieret communicatio de fructibus super excreuantibus. sed in quarto dicto dicit contrarium, ut in eo dicam.

Secundo dicit, quod confortes eiusdem litis potest agere sine mandato, cauendo tamen de rato, alias non admitteretur ad agendum sine mandato, nisi esset coniuncta persona, ut in l. sed & hæ. ff. de procur. Immo plus dicit, quod etiam ad impetrandum quis non admittitur, nisi sit coniuncta persona, ut in cap. nonnulli. §. tit. proxi.

Tertio dicit glossa, quod est speciale in consortibus eiusdem litis, ut ab etiam lite contest. petatur cautio contra illud, quod habetur ff. de procur. l. Pomponius, §. rati. Sed glossa respondet, quod illa lex loquitur quando fuit lis contest. cum procuratore, quasi velit dicere, quod aut exceptio dilatoria oritur contra lit. contest. & non potest postea opponi: aut oritur post lit. contest. & potest opponi post lit. contest. nam ista exceptio, si non admittatur procurator, nisi caueat de rato, est dilatoria.

Quarto dicit glossa, quod ista non est talis cautio, ut vnus possit agere pro alio sine mandato: quia quilibet potest agere pro se sine alijs. & dicit, quod iste M. habebat mandatum ab alijs, alias non fuisset admissus. Vnde glossa in hoc vltimo dicto reuocat illud, quod dixit in prin. nam ibi dixi, quod erant confortes eiusdem litis, sed hic dicit contrarium, quasi velit dicere, quod non dicatur esse consortium eiusdem litis, nisi circa rem indiuiduam. Sed illud non est verum, quia etiam si res sit diuisibilis, dicuntur confortes eiusdem litis illi, quibus competit ius agendi communiter, ut sunt duo vel plures socij eiusdem rei vel actionis, vel obligationis, ut sunt duo vel plures coheredes, vel plures excōcati ex eadem causa, ut in l. j. & 2. C. de confor. eiusdem litis. Butr. autem hic dicit, quod isti erant confortes in quantum prætendebant communionem in fructibus super excreuantibus. Sed tu dic, quod istud idem dicit glossa in prin. licet in si. dicat contrarium: nam dicit, quod isti erant confortes, qui agebant ut fieret eis communicatio de fructibus super excreuantibus. & sic in effectu opin. quam sibi attribuit Butr. est glossa. sed D. Card. Io. de Imo. & D. Abb. dicunt, quod isti erant confortes in quantum intendebant infringere statutum, per quod erat restrictus numerus præbendarum, & ex hoc sum expeditus de primo dicto.

Venio ad secundum, in quo glossa tenet, quod confortes eiusdem litis admittitur cum cautione de rato, sed coniuncta persona admittitur absque cautione rati. Sed D. Abb. intelligit hoc vltimum, nisi vellet petere solutionem sibi fieri: quia tunc etiam in coniuncta persona requiritur speciale mandatum, ut no. gl. & Bar. in l. vero procuratori. ff. de sol. de quo est bo. tex. secundum

dum eum in l. qui hominem. §. si gener. ff. eo. sed tu dic, q. Bar. idem dicit in l. 2. ff. sol. matr. sed quantum ad primum dictum, s. an consors admittatur sine mandato, facias duo membra. Primum est, quando vult admitti ante litis contest. Secundum est, quando vult admitti post litis contest.

In primo casu facias regulam, quod non debet admitti sine mandato, vt in l. j. C. de contor. eiusd. lit. Fallit quando res est indiuidua, vt in l. si cum vno. ff. si ex noxa. causa agatur. & in l. loci corpus, §. si fundus, ff. si serui. vend. Item licet consors eiusdem litis non possit agere sine mandato, tamen potest defendere consortem sine mandato. l. soluendo, ff. de neg. gestis.

In secundo autem membro, s. quando vult agere post litis contest. & potest sine mandato praestita cautione rati, vt dicta 26 l. 2. C. de confor. eiusd. lit. vbi est tex. cum glo. Immo etiam religiosus, qui non potest esse procurator sine licentia superioris, potest agere pro consorte absque superioris licentia, vt in clem. religiosus, de procur. Sed Pau. ibi requirit, quod habeat mandatum a consorte, alias dicit, q. non potest agere pro ipso consorte, sicut nec potest agere pro coniunctis, vel defendere coniunctos, & hoc sequitur hic Butr. Sed D. Card. & Guil. de Monte Laud. in d. clem. religiosus, tenent contrarium: quia ex quo monachus est habitatus a iure, quod fit consors eiusdem litis: ergo videtur habitatus vt agere possit pro consorte post litis contest. absque mandato. & ista opi. vt esse verior.

Sed limita in quantum dixi, q. post lit. contest. potest agere pro consorte: nam hoc est verum, nisi appareat de contraria voluntate consortis, vt in l. si petitor. ff. de iudi.

Secundo fallit secundum But. hic, quando consortes diuersas instantias inchoassent, vt puta, quia quilibet per se dedisset suam petitionem, tunc enim non essent consortes in eadem lite. Sed dicit Ioan. de Imo. q. hoc facere non possent inuito reo, quia reus potest excipere ne super eadem re diuersis instantiis fatigetur, vt in l. in hoc iudicio. ff. fam. etc. & in l. j. ff. de quib. re. ad eundem iud. iri. opor. & ad de notabile dictum Bal. in l. nulli. C. de iudi. vbi dicit, q. quod si duo iudices inquirunt de eodem delicto, nec apparet de praeventione, vnus debet remittere ad alterum, alias se inuicem impediunt: dicit tamen, q. reus debet esse cautus, quod non opponat exceptionem praeventionis, sed opponit exceptionem ad eundem si eadem remissionis, quam si non opponit sibi imputet: quia processus tenet, & dicit hoc colligi ex not. per Innoc. hic. Tu autem dic, q. si constaret de praeventione, posset reus opponere exceptionem praeventionis: quia vbi ceptum est iudicium, ibi finire debet, vt in l. vbi ceptum, ff. de iudi. & in c. proposuisti, §. de fo. comp. ordi. tamen declara, vt ibi dicit D. Abb. Aut non constat de praeventione, vt quia eodem tempore ceperunt inquirere, & tunc poterit excipere ne fatigetur diuersis processibus. arg. c. tuam, de ordi. cog. sed quod inuicem concordent in deferendo vnus alteri, & si volunt ambo procedere poterit appellare: quod tamen intellige, nisi simul vellent procedere faciendo ambo vnū processum, quia tunc non posset excipere: possunt enim plures ordinariē simul procedere, vel simul ferre sententiam, vt in c. fin. §. de re iudic. & in l. Pomp. si vni. & in l. duo ex tribus. ff. de re iudi. & hoc modo declara Bal. in d. l. nulli. Adde etiam notabile dictum Ioan. Cald. in repet. c. post cessionem, de probat. vbi dicit, q. si sunt duo excommunicati ex eadem causa, potest alter de excommunicatis constituere consortem procuratorem ad impetrandum rescriptum in causa excommunicationis, & hoc operatur consortium causae, quod no. pro limitatione c. r. de rescript. in 6. & per hoc sum expeditus de secundo dicto glossae.

28 Capiō tertium, ex quo no. duo ex glo. Primò, q. exceptio quae potuit opponi ante lit. contest. non potest opponi post. Secundò, quod exceptio dilatoria quae fuit orta post lit. contestata. potest opponi, non obstante quod lis sit contestata. Primum limita pluribus modis.

Primus est, quando exceptio dilatoria deuenisset ad notitiam post lit. contest. vt dicit gl. not. 3. quaest. 6. exceptio. & sequitur D. Abb. in c. insinuante, de offi. deleg. & in c. pastoralis, de except. vbi tex. multum bene facit. nam ibi dicitur, q. exceptio dilatoria potest opponi post terminū statutum ab homine ad opponendum dilatorias, si de nouo peruenerit ad notitiam. ergo idem dicendum est in termino statuto a lege, pro quo est bonus tex. in c. vt circa. vers. nisi aliquid. de elect. in 6. & in cap. praesentium, §. de testam. de hoc vide bonam glo. & Doct. in cap. ad audientiam, infra de rescript.

30 Secundus modus seu etiam limitatio est, q. quando exceptio dilatoria haberet causam successiuam, nam posset quandoque opponi, vt in l. j. ff. de ferijs. & ibi hoc tenet Ange. per illum tex. vbi dicit, quod licet exceptio feriarum sit dilatoria, tamen respectu actus consummandi potest opponi post triennium, & post lit. contest. quandoque, & idem est in exceptione, q. bannitus no. audiatur, nam licet sit dilatoria, potest

quandoque opponi, vt dicit Bal. in l. peremptorias, C. sent. rescin. non posse. & But. in c. dilectus filius I. Sarracenus, §. de rescript. & de tali dilatoria, s. quae habet causam successiuam, plenè dixi in cap. ex parte, de appell.

31 Tertia limitatio est, q. quando iudex compulisset reum ad lit. contest. nam tunc etiam posset opponere post lit. contest. vt dicit glo. sing. in c. ex conquestione, in 3. gl. de restit. spol.

Quarta limitatio est, quando causa esset materialis quia tunc exceptio dilatoria posset opponi etiam in causa appellationis, vt dixit Inno. in c. 2. de causa poss. & propr.

Quinta limitatio est, quando tertius veller opponere pro suo interesse, potest post lit. contest. opponere exceptionem dilatoriam, vt est tex. notabilis, & ibi hoc not. Ange. in l. si quis libertam, ff. de pet. hære. facit quod not. glo. notabilis in l. creditor, post princ. ff. mand.

Sexta limitatio in minore xxv. annis, vt in l. minor xxv. annis omissam. ff. de minorib. & idem dicendum est in ecclesia, vt in cap. auditis, de restit. in integ.

Septimò fallit in exceptione dilatoria solutionis, vt in l. exceptionem. & ibi hoc tenet gl. & Bar. C. de proba. de quo dixi in cap. exceptionem, §. de except.

Octauò fallit, quando iudex ex officio suo veller dilatoriam opponere. & hoc tenuit gl. notabilis in c. r. in verbo, absentia. de elec. in 6. Sed Bald. & Ange. in l. filiusfam. §. veterani. ff. de procur. tenent contrarium, per illum tex. vbi dicitur, q. si dilatoria fuit omissa ante lit. contestata. non potest postea opponi quocunque casu. vnde dicit ibi Bal. q. quemadmodum est clausum os parti, quod non possit opponere exceptionem dilatoriam post lit. contest. eodem modo est clausum os iudici vt no. possit illam opponere. & idem dicit ibi Ange. vt dixi. Sed possumus concordare opi. nam aut est exceptio dilatoria, quae no. reddit iudicium retro nullum, & illa non potest opponi post lit. contest. nec per partem nec per iudicem, & hoc modo loquitur tex. in d. §. veterani. & ita debet intelligi Bald. & Ange. ibi. aut reddit iudicium retro nullum, vt est exceptio falsi procuratoris, & ita potest opponi post lit. contest. per iudicem, & hoc modo loquatur gl. in d. c. r. in verbo, absentia. pro quo vide glo. notabilem in c. cupientes, §. ceterum. in verbo, contumacia, de elec. in 6. quae dicit, q. iudex potest supplere ex officio vbicunque vertitur periculum animae, vel offenditur publica utilitas, vel processus redderetur nullus, vel in his quae constant iudici vt iudici. Et ex hoc etiam potest inferri, q. an iudex possit petere a procuratore, vt ostendat sibi mandatum. & Bar. in l. inter quos, §. qui alieno, in vltimis verbis suis, ff. de dam. infec. sentit q. non. Dicit enim, q. iudex non potest dicere procuratori, quod litiget sub hac exceptione, q. iudicium non valeat, si apparebit ipsum non esse procuratorem. & Ioan. de Imo. ibi hoc sequitur quando causa est priuata, nec exceptio concernit publicam utilitatem. secus dicit, si sit exceptio, q. miles non sit procurator: nam talis exceptio potest opponi per iudicem, etiam parte non opponente, vt voluit gl. in lita demū. C. de procur. & in d. l. filiusfam. §. veterani. ff. eo. tit. & hoc etiam tenuit glo. in d. c. cupientes, §. ceterum. in verbo, contumacia. de elec. in 6. sed glo. in d. c. r. in verbo, absentia. de elec. in 6. tenet contrarium, s. q. etiam post lit. contest. iudex possit petere a procuratore, vt ostendat sibi mandatum. Sed Io. de Imo. in c. innotuit, de elect. in quodam suo notabili dicit, q. illa glo. est intelligenda in causis beneficialibus, in quibus exuberat officium iudicis, vt in c. cum nobis olim, de elect. Sed idem Io. de Imo. in c. causam quae, de iud. & in c. ecclesia. §. vt lite pend. simpliciter tenuit, q. iudex possit petere a procuratore vt exhibeat sibi mandatum, & mouetur per glo. praal. & sic ibi intelligit ipsam generaliter: quia in rei veritate illa glo. generaliter loquitur. idem tenet D. Abb. in d. c. causam quae, de iudic. & in cap. innotuit, de elect. & in c. ecclesia. §. vt lite pend. & in c. r. & in c. nulli, de accus. idem dicit Bald. in auth. offeratur, C. de lit. contest. & in l. licet. C. de procur. vbi dicit, q. non solum iudex, sed etiam arbiter ex officio suo potest petere procuratorium sibi ostendi. idem sequitur D. Domin. in praal. c. r. super glo. posita in verbo, absentia, in fi. & mouetur per glo. in d. cap. cupientes, §. ceterum. in verbo, contumacia, de elec. in 6. quae dicit, q. vbi iudicium redderetur retro nullum, potest iudex ex officio suo supplere. dicit tamen, q. opin. Bar. posset saluari, intelligendo in casu in quo loquitur: nam aut iudex dicit, sum contentus vt compareas, sub protestatione, q. si apparebit te non esse procuratorem, iudicium sit nullum: nam hoc opponere non est iudicis, sed partis, quae potest petere, quod caueat de rato. & ibi refert Io. de Imo. ita ibi dicere: Aut iudex petit, q. exhibeatur sibi mandatum, & tunc potest hoc facere ex officio. & dicit de hoc esse tex. in c. r. de procur. & in cap. causam quae vertitur, de iud. & ista distinctio mihi placet, quando opponitur exceptio, seu dubitatur, an sit verus vel falsus procurator. In exceptione verò, tu non potes esse procurator, quae

exceptio

Alex. de Neuo in primum Decretal.

exceptio regulariter non reddit iudicium retro nullum, & in hac die q̄ aut talis exceptio concernit publicam utilitatem, vt est exceptio, q̄ miles non sit procurator, & potest opponi per iudicem, vt tenuit glo. in l. ita demum, C. de procura. & in l. filiisfam. §. veterani. ff. cod. tit. & in d. c. cupientes, §. ceterum. in verbo, contumacia. de elec. in 6. quod tamen intelligas ante lit. contest. quia post lit. contestata. etiam iudex repelleretur ab opponendo, vt superius dixi. Aut non concernit publicam utilitatem, nec reddit iudicium retro nullum, & tunc iudex talem exceptionem non potest opponere.

33 Examinant etiam hic Butr. & Io. de Imo. si an hæc exceptio, tu non habes mandatum, possit per aduersarium quando cūque opponi. de quo vide per eos, & per D. Domin. in d. cap. 1. super dicta glo. in verbo, absentia, de elec. in 6. per Barto. & alios scribentes in l. licet. C. de procur. tangit etiam Bart. in dicta l. inter quos, §. alieno. ff. de dam. infec. & per Inno. & Doct. in c. in nostra. §. de procurat. vbi dixi. & ex hoc est expeditum primum, quod dicit glo. in isto tertio dicto.

34 Venio ad secundum, s. si an exceptio dilatoria, quæ habet ortum post lit. contest. possit opponi. & in hoc glo. dixi q̄ sic, & probatur in c. insinuante, §. de offic. deleg. & communiter hoc tenent Legistæ. licet Io. de Imo. hic referat Barto. tenere contrarium. sed tu tene dictum glo. quia clarè probatur eius dictum in d. c. insinuante, de offic. deleg. Dic tamen, quod exceptio dilatoria, quæ habet ortum post lit. contest. non potest semper opponi vique ad sententiam, sed debet opponi antequam merita causæ incipiant tractari, aliàs non posset postea opponi. vnde si confors litis comparet post lit. contest. nō potest ab eo peti cautio postquam ceperunt merita causæ tractari, vt dicit Bar. in l. 2. in fi. C. de confor. eius. lit. Sed glo. in d. c. 1. in verbo, absentia. de elec. in 6. dicit, q̄ non potest opponi exceptio dilatoria postquam est processum ad aliquem actū, ad quem non proceditur, nisi li. contest. vt puta, si est processum ad receptionem testium, vel ad aliud simile, & illam gl. multū not. ibi D. Domin. dicens, q̄ in causis in quibus potest procedi li. non contestata. non tamen semper potest opponi exceptio dilatoria. sed sicut in iudicijs ordinarijs li. contestata. est terminus præcludens viam opponendi dilatorias, sic in iudicijs summarijs terminus præcludendi dilatorias est primus actus, qui est de illis, qui non possunt fieri in ordinarijs li. non contest. & istud originaliter fuit dictum Innoc. in c. præterea, de dilat. & in c. si duobus, de appel. & idem dicit Pau. in d. c. 1. de elec. in 6. vbi dicit, q̄ cum hodie in beneficalibus non fiat lit. contest. vt in clem. dispendiosam, de iudi. iuncta cle. sape, de verb. sign. statim præstito iuramento calumniæ est præclusa via opponendi dilatorias, & idem dicit Pau. in d. clem. sape. & Spec. in tit. de appell. §. qualiter. ver. sed pone, q̄ D. Domi. vbi dicit bene notandum. sed istam regulam quam ponit glo. ista multum mirabiliter limitauit Inno. in c. 2. de ordi. cogn. vbi dixi, q̄ vbiunque exceptio dilatoria potest deduci per viam agendi potest post lit. contest. etiam si post lit. contest. superuenisset, & cum isto dicto transit Ange. in l. j. in fi. ff. de except. & in l. Poinpo. rati. ff. de procur. sed istud dictum Inno. reprobatur hic Butr. & Io. de Imo. & Butr. & D. Abb. in d. c. 2. de ordi. cogn. & Ioan. Cald. in c. fin. co. tit. & Ioan. de Lign. in c. sollicitè, de restitu. spol. & Spec. in tit. de recusa. §. si autem, circa princ. nam omnes isti tenent, q̄ licet exceptio dilatoria possit deduci per viam agendi, tamen potest opponi post lit. contest. si tunc habeat ortum: & ratio est, quia cui datur actio potius datur exceptio, vt in regula, cui damus, ff. de reg. iur. & in l. j. ff. de super. vic. nam facilius quis obtinet per viam excipiendi, quam per viam agendi: quia ei non est necesse incipere nouum iudiciū.

35 si iura autem volunt lites abbreviari, & non prolongari, vt in c. finem litibus, de dolo & contu. & l. quidam aestimauerunt. ff. si cer. peta. vnde ista limitatio non est vera, & ideo concludere, quod exceptio dilatoria habens ortum post lit. contestat. potest opponi, etiam si per viam agendi deduci possit.

Secundo limitat Butr. in peremptorijs superuenientib. post terminum datum ad opponendum peremptorias: nam talis peremptoria non poterit opponi post terminum, quia præfixio talis termini habet vim interlocutoria. l. qualem, ff. de arbit. & post talem interlocutoriam quis nō auditur, nisi appellet, vel nisi per viam restitutionis in integrum retractetur, & dicit hoc esse mirabile dictum Compo. & Host. in cap. quod sicut, de elec. Dicit tamen, q̄ iudex de facili debet reuocare talem terminum ex hac causa, vt in cap. consuluit, cum ibi not. de offic. deleg. & in c. 2. de dilat. quia interlocutoria non transit in rem iudic. quantum ad iudicem, vt in c. cum cessante, de appella. & in l. quod iussit. ff. de re iudic. Sed Io. de Imo. hic tenet contrarium: si quia si dilatio, quæ est minoris præiudicij potest opponi post lit. contest. quando tunc habuit ortū, multo fortius debet posse exceptio peremptoria, quæ est maioris præiudicij. arg. cap. vbi periculum, de elec. in 6. & idem tenet Pau. in

36

clem. constitutionem, de elec. vbi reprehendit opin. Compo. & Host. & idem tenuit Spec. in tit. de except. §. dicto. ver. quid si datus. Nec obstat ratio quam allegauit Butr. s. q̄ præfixio termini ad opponendum peremptorias est sententia interlocutoria: nam idem est in præfixione termini ad proponendum dilatorias, vt dixit glo. not. in Auth. de litig. §. ad excludendas. & tenet etiam glo. 2. q. 6. §. diffinitiva. & per hoc concludere, q̄ exceptio peremptoria habens ortū post lapsum termini ad proponendum dilatorias potest opponi post terminum. & idem dicendum est quando peruenisset ad notitiam post lapsum termini, de quo per gl. & Doct. §. de rescri. ad audientiam, vbi dicā.

37 In quarto dicto glo. si hæc glo. dupliciter potest intelligi: Primo, q̄ iste M. nō poterat agere pro alijs, quia causa erat diuidua, quia quilibet agere poterat pro se sine alijs, qui videt esse intellectus glo. quia non requiritur quod causa sit indiuidua, sed sufficit q̄ sit communis, vt dixi in primo dicto glo. §.

Secundo modo potest intelligi, q̄ non poterit iste M. agere pro alijs, quia lis nondum erat contestata: nam ante lit. contest. confors eiusdem lit. nō potest agere pro alio consorte sine mandato, vt in l. j. C. de confor. eiusdem lit. & superius dixi in secundo dicto gl. Tamen iste intellectus, s. q̄ iste M. habuisset mandatum, videtur conuenire literè, quia non apparet ex text. q̄ lis fuisset contest. per alios consortes eiusdem litis, hoc est per alios quatuor. & nō istam glo. in fi. quia videtur velle, q̄ canonicus non possit agere pro canonico sine mandato. sed ista glo. potest restringi in beneficalibus, & hoc tenuit glo. in c. coram, de offic. deleg. quæ dixit, q̄ canonicus non potest agere pro canonico, nisi in beneficalibus, quia in beneficalibus etiam coniuncta persona ratione sanguinis non admittitur sine mandato, sed gl. in c. si. §. de postul. simpliciter tenet, q̄ canonicus possit agere pro canonico. Contrarium tenuit glo. in c. fin. de procur. sed dic vt dixi in d. c. fin. de postul.

In glo. in verbo, contra consuetudinem, quæ est glo. 2. nō ipsam, q̄ non valet statutum contra consuetudinem, nisi ex causa, & sic ubi subest causa potest statui contra consuetudinem. Plus dixit Bald. in l. omnes populi, de iust. & iur. q̄ licet Episcopus debeat esse custos canonum, & non debeat condere statutum contra ius canonicum, tamen ex causa potest contra ius canonicum statuere, & mouetur per tex. in l. si hominem. ff. manda. vbi procurator generalis potest reuocare specialem ex causa rationali, quæ si fuisset cogitata per dominum verisimiliter non constituisset, sed reuocasset illum procuratorem specialem. & istud dictum sequitur D. Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs, §. de iudi. Adde decis. Dominorum de Ro. dicentium, q̄ ex causa rationali superueniente potest Episcopus dispensare contra canones. argum. d. l. si hominem. ff. mandati. & ex hoc habes duas singulares limitationes.

Prima ad ea quæ notantur in c. fin. de offic. archipresby. & in cap. quod super his, de maior. & obed. & in clem. ne Romani. de elec. in quibus dicitur, quod Episcopus non potest statuere contra canones: nam hoc est verum, nisi subsit causa rationalis, per quam Papa verisimiliter concederet potestatem statuendi contra canones.

Secundo limitatur cap. dilectus, de temp. ord. & c. at si clerici. §. de adulterijs. in quibus habetur, quod Episcopus non potest statuere contra canones, nisi reperiatur expressum: nā hoc est verum, nisi subsit causa rationalis, propter quam Papa si sciret, dispensationem concederet, & ad hoc faciunt duæ gl. notabiles, l. 26. quæst. 6. cap. tempora. & 33. quæst. 2. latorem. quæ dicunt, q̄ quod ex causa rationali potest sacerdos diminuerè penitentiam iniunctam a Papa vel Episcopo, pro hoc etiam facit quod notat Barto. in prima constit. Cod. §. quibus. verfic. extra glo. quæro: vbi dicit, q̄ si est datum arbitrium aliquibus super abundantia ciuitatis, vel super alio negotio, non possunt corrigere antiqua statuta, nisi de nouo superuenit causa rationalis correctionis, quæ causa non suberat tempore statuti, vel si suberat ignorabatur. & mouetur per d. l. si hominem. ff. mandati. & idem voluit Bart. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ord. fac.

42 idem dixit Bald. in rubr. C. qui admit. in 1. col. vbi dicit, q̄ licet potestas ciuitatis iurauerit seruare statuta, nihilominus potest ex causa facere contra ipsam, & ponit exemplū: statutū disponit, q̄ non liceat portare arma per ciuitatem sub certa pena: nam Potestas potest dare licentiam ad portandū arma ad defensionem, dando bonam securitatem de non offendendo aliquem, si videt quod propter obseruationem statuti aliqui homines occidantur in ciuitate, & de hoc dixi supra c. 1. post Inno. q̄ iudex ex causa potest transgredi iura. & hæc tene mēti, quia sunt notanda. Aduerte tamen, q̄ quod Butr. hic limitando istum tex. dicit, quod canonici possunt facere statutum restringendo numerum præbendarum in præiudicium canonicorum futurorum, sed non in præiudicium canonicorum existentium, quia talis consuetudo quo ad receptos tanquam concernens ipsorum commodum videtur transiisse in contractum,

43

- tractum, & ideo non videtur posse reuocari, nisi omnes consentiant, per id quod notat glo. in c. cum omnes, §. eo. & Bart. in l. quod semel. ff. de decre. ab ordi. fac. & in l. omnes populi, ff. de iust. & iure. & Inno. in c. nouit, de iud. & dixi in c. i. §. eo.
- 44 Dicit tamen, q̄ licet communiter dicatur, quod statutū transiens in contractum, vel in priuilegium non potest reuocari, hoc procedit quando transit in contractum, vel priuilegium cum non subdito, secus si transeat in contractum vel priuilegium cum subdito, quia posset reuocari subsistente causa, per ea quæ notantur in c. quæ in ecclesiarum, §. eod. & in c. constitutus, de relig. dom. & quod notat Innoc. in c. in nostra, de in iur. & secundum prædicta dicit esse intelligendum illud quod notat Inno. in c. cum dilectus, de temp. ordi. vbi dicit, q̄ Episcopus non potest dispensare contra proprium statutū, quod dictum communiter reprobatur: nam dictum Inn. potest procedere quando transit in contractum cum non subdito, sed Ioan. de Imo. dicit, q̄ etiam si transit in contractum cū non subdito, tamen ex iusta causa potest reuocari, & ponit exemplum, si ille cui conceditur priuilegium committit ingratitude, per c. fin. §. de donat. & in l. fin. C. de reuoc. donat. Sed tu dic, q̄ reuocatur remedio iuris cōmunis, quia libertas propter ingratitudinem poterit reuocari, vt in dictis iuribus. sed cessantibus remedijs iuris communis non potest reuocari statutum etiam ex causa, ex quo transit in contractum, vel in priuilegium cum non subdito, vt plenè dixi in cap. i. supra co. & hoc nota.
- 46 ¶ Nunquid autem sit necesse facere mentionem de consuetudine quando statutum reuocat consuetudinem. But. hic dicit, q̄ non, per istum tex. quia in isto statuto nulla fit mentio de consuetudine, allegat no. in c. i. co. tit. in 6. vbi vide per D. Domin. facit optimè quod notat Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verbo, non obstante. vbi dicit, q̄ illi qui sunt de municipio, si faciunt statutum contra consuetudinem, videtur illam tollere, quia præsumuntur illas scire.
- In gl. in verbo, duos ad eam. hæc gl. dat quatuor solutiones ad cap. maioribus, & ad cap. tuæ, de præb.
- Prima est sol. quod forma receptionis non fuit probata.
- Secunda, quod non poterant obijcere, quia allegabant turpitudinem suam.
- Tertia, quod fuerunt duo recepti præbenda non vacante, non autem ad dictam præbendam vacantem, & exponit ad eam, id est prædicta præbenda vacante.
- Quarta sol. est, q̄ exponatur ad eam, iad ecclesiã Ferrariensem, & sic non erit relatio specifica, sed simplex seu in genere, sicut alibi habetur in simili. Mulier que nos damnauit, nos saluauit, vt dixit gl. in l. dominum. C. de iniur. D. Abb. dicit, q̄ prima vel tertia vel quarta solutio glo. est tenenda, & sic sentit, q̄ secunda sol. gl. non est vera in quantum dixit, quod isti nō admittuntur ad opponendū, quia allegabant turpitudinē suam:
- 47 ¶ nam quis potest allegare turpitudinem suam excipiendo, vt dicit glo. not. in c. ex tenore, in gl. fin. de concess. præb. Sed Bar. in l. iurandū quod ex conuentione. §. procurator. ff. de iure iur. hoc intelligit quando agens est in pari turpitudine, & ita erat hic, quia erat in pari turpitudine. Item isti potuissent allegare turpitudinem suam in fauorem ecclesiæ, vt dixit glo. notabilis in c. inter dilectos. in verbo, turpitudinem. quæ incipit, argm̄, q̄. §. de donat. & ideo ista secunda solutio non est vera.
- Tertia etiam solutio non congruit literæ, quia textus dicit, quod præbenda vacante, ad quorum instantiam duos ad eam
- 48 in canonicos receperunt: ¶ na n̄ illud p̄ nomen, ad ea, est relatiuum, quod debet referri ad proximum antecedens, vt est tex. in Auth. de filijs ante do. instr. na. §. fin. vnde illud verbum ad ea, debet referri ad verbum præbenda, quod proxime præcedit, & sic debet intelligi, q̄ duo fuerunt recepti ad eam, s. præbendam quæ vacauerat.
- Quarta sol. similiter per eandem rationem non congruit literæ: vnde tene primam sol. s. q̄ non fuit probatum qualiter fuissent recepti isti canonici. nam M. dicebat, q̄ ipse & socij fuerunt recepti nullis præbendis assignatis. Nec obstat, q̄ procurator capituli in responsione dixit, quod receperunt duos ad præbendam vacantem & c. nam hoc non fuit probatum, nec ex verbis narratiuis partium inclusis in aliqua lege vel constitutione resultat ius, vt dicit glo. singularis in l. j. C. quando non pet. partes. ¶ qui voluit, q̄ verba narratiua apposita in lege nō disponunt. idem tenet Io. And. in c. dilecto. §. de præb. & Guiliel. de Monte Lauduno in d. clem. i. in versic. præsentatos per exemptos, de excess. prælat. vbi dicit, ¶ quod omnes constitutiones clementinarum sunt decisoriae, secus in constitutione Gregoriana, vbi pluries factum recitatur. quod dictū D. Card. ibi dicit esse notandum ad multa. Potes etiam dicere ultra gl. quod hic non disputabatur, an teneat vel non teneat receptio, sed solū disputabatur an fructus superexcrecetes deberent assignari istis receptis contra statutum ecclesiæ, per q̄

- erat restrictus numerus præbendarum, & contra statutum, per quod redditus excrecetes erant deputati communi mensæ: super hoc ergo erat disputatio, & non super hoc, an tenuisset vel non tenuisset receptio in canonicos. Tene ergo istam sol. vel primam sol. glo. Butr. tamen & Ioan. de Imo. pro declaratione glo. distinguunt, ex qua distin. facias quatuor casus.
- 51 Primus est, quando aliqua præbenda vacante duo simpliciter recipiuntur, & absque dubio valet receptio, & præbenda debet assignari primo recepto, & si non apparet de prioritate erit in electione capituli, cui debeat præbenda vacans, vt in c. duobus, de rescrip. in 6. & hoc etiam sequitur hic D. Abbas.
- 52 Secundus casus est, ¶ quando duo recipiuntur in canonicos, & eis assignatur præbenda vacans, vt quia dicitur, recipimus vos in canonicum & in fratrem, & vobis assignamus præbendam vacantem, & tunc non valet assignatio præbendæ, quia est facta contra concilium Turonenle: valet tamen receptio in canonicos, quia vtile per inutile non vitiatur, vt in reg. vtile, lib. 6. facit optimè c. dilectus filius C. canonicus, §. de præb.
- 53 Tertius casus est, ¶ quando duo recipiuntur in canonicos ad vnam præbendam, & sic sub vnica oratione, puta, recipimus vos in canonicos ad præbendam vacantem, & tunc aut constat, quod noluerunt præbendam diuidere in duas præbendas, & tunc vitiatur ipsa receptio, ex quo sunt recepti sub vno, & eodem constructu. i. in vna oratione. facit quod habetur in c. tuæ, §. de præben. Aut constat, q̄ voluerunt de vna præbenda facere duas, & tunc valet receptio, & assignatio præbendæ, per id quod habetur in c. vacante, §. de præb. Sed Io. de Imo. dicit, quod hoc procedit, dummodo concurrant illa quæ solent notari in d. c. vacante. nam quatuor requiruntur, vt ibi probatur.
- Primum est, quod interueniat intentio creandi duas præbendas, & per cōsequens augmentandi numerū præbendarū.
- Secundum est, quod fiat de consensu illorum ad quos spectat, hoc est capituli & Episcopi.
- Tertium est, quod fiat ex causa rationali.
- Quartum est, q̄ redditus præbendæ, de qua constituuntur duæ, iufficiant duobus. ista quatuor probantur in d. c. vacante. & ibi hoc not. Host. qui dicit, q̄ si aliquod ex his deficeret, non valeret diuisio præbendæ. vult ergo Ioan. de Imo. q̄ istis concurrentibus valeat receptio, & assignatio præbendæ. & hoc modo intellige D. Abb. dum dicit, ¶ quod nō sufficit animus diuidendi præbendam in duas, nisi expressè fiat diuisio ipsius præbendæ: quia cum præbenda consistat in rebus corporalib. oportet, q̄ interueniat diuisio actu, aliàs non sufficit animus: licet secus sit in canonicatibus, vt notat Inno. in c. maioribus, §. de præben. & probatur hic: nam præsumitur animus creandi tot canonicatus quot sunt recepti in canonicos ultra numerum statuto firmatum. In præbendis verò non sufficit, q̄ vna præbenda vacante multi recipiantur ad eam, nisi realis fiat diuisio concurrentibus quatuor, de quibus dixi.
- 54 Quartus casus est, quando duo simpliciter recipiuntur in canonicos ad vnam præbendam, & sic sub vna oratione, & non constat de mente, an voluerint diuidere præbendam in duas vel non. & hoc casu Butr. videtur velle, licet dubitet, q̄ videantur recepti animo constituendi duas præbendas, & idē dicit Host. pro quo facit, quia gerēs actum videtur velle illum valere, immo est afflictio agentis actum facere actum nullū, vt in l. Senatus, ff. de cōtrah. emp. & in l. nemo martyres, C. de sacrosan. eccl. Sed Ioan. de Imo. hic tenet contrarium, videlicet q̄ non valet receptio, & quod in dubio intelligantur recepta contra concilium Turonenle. per id quod habetur in c. tuæ, §. de præb. Istud etiam tenet D. Abb. vt s. dixi, qui plus vult, q̄ e iam non sufficit animus, nisi realiter fiat diuisio præbendæ. idem tenuit Pet. de Ancl. in d. c. vacante, §. de præb. vbi dicit,
- 55 ¶ q̄ si plures canonici eliguntur ad vnam præbendam vacantem per hæc verba, eligimus vos ad præbendam vacantē, non valet electio, si illa præbenda non erat prius diuisa in duas, & hoc tene. Et nota bene ex supradictis, q̄ si fit receptio in canonicum, & fit assignatio præbendæ sub diuersis orationibus, licet non valeat assignatio præbendæ, tenet tamen receptio in canonicum, sed si fit sub vna oratione seu sub vno constructu, si non valet assignatio præbendæ, non tenet etiam receptio in canonicum. quod tene perpetuo menti.
- In glo. in verbo, & quendam alium. dic quod solutiones gl. sunt veræ. sed secundam solutionem tenet Aegid. & Goff. sed Host. dicit, q̄ litera ibi, ad preces Episcopi dictum M. & quendam alium, debet suppleri, & adhuc quendam alium. sed ista suppletio

ADDITIO.

- a ¶ No. bene, quia Dominus meus ex hoc maximum honorem est affectus: nam quidam Florentini petebant multa miliaria ducat. à Paulo Papa; quos mutuasle dicebant pro suo; respondit quod non tenebatur per rationes hic signatas.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

- suppletio Host. est contra tex. in vers. mandamus. vbi solum fit mētio de quatuor. Ioan. de Imo. dicit, quod sibi placet plus expositio Aegid. & Goffr. scilicet, q̄ ille quintus habuerat p̄bendam quæ vacauerat, & iste intellectus etiam mihi magis placet, quia cum vacasset vna p̄benda, verisimile est, q̄ vnus de illis quinque habuit, ex quo Papa mādāt prouideri solum quatuor. vnde tene secundā sol. gl. prima etiam potest teneri.
- In glo. in verbo, sine p̄iudicio. aduerte ad illud, quod dicit gl. incidenter. f. q̄ quandoque plus valet protestatio, quā appellatio, vt in l. 2. C. de filijs fa. lib. 10. nam ideo ibi plus valet protestatio, quā appellatio: quia protestatio tollit p̄sensum, sed non appellatio. ibi enim dicitur, q̄ si filius fam. existens in potestate patris vocatur ad munera, si pater protestatur, quod non consentit, non tenetur pro filio: quia nullum tūc p̄stat consensum electioni factæ de filio ad munus publicum, sed si appellat a tali electione facit sibi p̄iudicium, quia videt̄ consentire, q̄ possit eligi, & dicere, q̄ electio sit iniusta, & ideo sibi p̄iudicat per talem electionem, sicut dominus appellans a sententia lata contra falsum procuratorem: quia videtur eam approbare tanquam latam, sed non tanquam bene latam. l. 3. §. falsus, ff. rem rat. habe. & ideo in casu illius legis plus operatur protestatio, quā appellatio: scilicet vbi requireretur appellatio, quia tunc non sufficeret protestatio sine appellatione, nisi absentia iudicis, vel iustus metus interueniat, vt in cap. si de appel. † Sed quantum ad articulum principalem mens glo. est, q̄ si protestatio non est contraria facto valet, sed si est contraria facto, tunc non valet, vt hic, nisi interueniat iusta causa, vt in cap. 1. quod met. causa. & in c. tua nos. vbi etiam est bona glo. de sponsa. Dicit tamen glo. quod protestatio profuit protestantibus, cum ipsi percipiant p̄bendas cōsuetas integras. vnde solum isti quinque percipiunt de superexcrecentibus. red ditibus, & sic p̄iudicatur antiquis canonicis solum quantum ad communem mensam. sed dic in quantum gl. dicit de quinque, quod solum erant quatuor, vt dixi in glo. p̄ced. Item illud quod dixit glo. non est verum: quia videtur sentire, q̄ nisi interuenisset protestatio, debuissent isti quatuor recepti communicari communi antiquæ p̄bendæ, nam hoc non est verum, secundum Doct. maximè secundum Ioan. de Imo. & D. Abb. nam licet quando aliqui recipiuntur ultra numerum, videatur frangi numerus canonicorum, non tamen frangitur, nec augetur numerus p̄bendarum, vt not. j. de p̄ben. pro illorum. & dicam j. in glo. in verbo, cum integritate. vnde etiam si non fuisset facta aliqua protestatio, debuissent prouideri de fructibus superexcrecentibus, nec eis debuissent communicari redditus antiquarum p̄bendarum. & hoc satis probatur in litera, quia tex. se fundat in duplici ratione.
- Prima est, quia statutū per quod restringitur numerus, etiā si sit confirmatus auctoritate Apostolica, habet in se tacitam conditionem, nisi superexcrecant ecclesiæ facultates.
- Secunda ratio, quia recipiendo ultra numerum, videntur derogasse suæ constitutioni. & in his rationibus se fundat tex. non autem in protestatione. Item illud quod dicit glo. scilicet quod protestatio contraria facto non valet, nisi sub sit iusta causa. Dicit Butr. q̄ in hoc glo. malè intellexit istum tex. licet ad hoc quotidie allegetur: nam protestatio non erat contraria facto: quia canonici receperunt illos in canonicos, nec protestatio repugnabat receptioni, sed veniebat ad ius consecutiuum ad ipsam receptionem: nam canonici debent de iure habere p̄bendas saltem ex redditibus superexcrecentibus, vt in cap. relatum, de p̄b. ad hoc ius consecutiuum tollendum tendebat dicta protestatio. Vnde colligit Butr. q̄ protestatio tendens ad tollendum ius consecutiuum descendens ex ipso facto ex iuris dispositione non valet, seu tollitur per actū contrarium. Sed tu dic, quod bene allegatur iste tex. cum gl. quod protestatio contraria facto non valet: quia si non valet protestatio tollens ius quod venit consecutiuè ex facto ex iuris dispositione, multo minus debet valere ipsa protestatio, quæ est contraria ipsi facto, quod principaliter agitur. Et antequā procedam ulterius videndum est, † quid sit protestatio. & Ioann. And. post Ioan. Monac. in regula, in generali. in mercur. lib. 6. dicit, q̄ protestatio est clamorosa testatio ad cautelam protestantium inuenta. Sed Bart. in l. non solum, §. morte, ff. de ope. no. num. vbi tractat istum articulum plenius quā alibi, reprehēdit istam definitionem, quia protestatio nedum fit voce, sed etiam in scriptis, vt in auth. hanc autem querelam, C. de non num. pec. & in l. fin. C. de nego. gest. & in l. vt perfectius, C. de anna. excep. Sed moderni in §. morte, saluati diffinitionē Io. Mona. & Ioan. And. quia non solum voce, sed etiam scriptura dicimur loqui 3. distin. perlectis. & 3. distin. qui in aliquo.
- 59 hinc dicitur, † quod lex semper loquitur. l. Arriani. C. de hæret. Lex enim semper loquitur per scripturam: a quia Iuriscōsultus & Imperatores, qui iura condiderunt sunt mortui, pro hoc facit quod notat glo. not. in cap. constitutionem, in glo. 3.
- 60 de sent. excomm. in 6. quæ dicit, † quod mittens nuntium vel litteras excommunicato, incurrit minorem excommunicacionem, b ac si persona loqueretur illi, pro quo etiam est bon. tex. cum glo. in clem. fin. de sent. excom. Dicit tamen propriè & strictè loquendo, ille qui scribit propriè non dicitur loqui, vt in l. j. ff. de verbo. oblig. vbi patet, q̄ si vnus interrogaret per scripturam, & alius promitteret per scripturam, non cōtraheretur stipulatio: quia de substantia stipulationis est, vt contrahatur voce. pro hoc facit quod notat Barto. in l. j. §. postulari. ff. de postula. nam ibi dicitur, † quod postulare est desiderium amicorum iudice exponere. & Barto. ibi dicit per illum textum, quod si Doctor ciuitatis promittit non aduocare poterit in camera consulere, & allegationes in scriptis facere. adde etiam Bart. in l. Paulus, §. Paulus, ff. de lega. vbi dicit, † quod si Doctores legentes nō possunt ex forma statuti aduocare possunt mittere cedula iudici. Dicit tamē, quod possunt etiam loqui iudici, dummodo in iudicio non p̄beant officium aduocationis. & ista faciunt ad quæ st. † nunquid si ex forma statuti imponatur poena illis, qui loquuntur cum bannitis incurrat poenā mittentis nunciū, vel litteras bannito. & Bal. & Lud. de Ro. & Modcr. in l. j. in princ. ff. de verb. obliga. dicunt q̄ sic, non ex eo, quia mittens litteras vel nuntium bannito, dicatur propriè loqui cum eo, sed quia hoc videtur includi ex mente statuti, nam interpretatio quæ comprehenditur ex mente cōstitutionis, habet locum etiam in p̄nalibus, vt in cap. si postquam, §. 1. de elect. in 6. & dixi supra eo. translato. † Item loqui vel mittere litteras vel nuntium, sunt parificata, vt dicit glo. in cap. constitutionem, de sent. excom. in 6. & est bonus tex. cum glo. in d. clem. fin. de sent. excomm. & etiam est bonus tex. in cap. vbi periculum. §. nulli, de elect. in 6. vbi ista parificatur. f. loqui, mittere nuntium vel scripturam. Ex identitate ergo rationis mittens nuntium vel scripturam bannito incurrit poenam statuti, sicut si ei loqueretur. & hæc tene menti. Et ex p̄dictis patet, quod potest saluari diffinitio Ioan. Mona. etiam capiendo vocem largo modo. sed Iuriscōsultus in l. detestatio. ff. de verbo. signifi. sic diffinit protestationem. † Protestatio est denunciatio facta cum testatione, i. cum testib. seu coram testibus: nam ad hoc vt protestatio possit probari, requiritur quod fiat coram testibus, vt dixit glo. in l. qui in alienam, §. Celus, ff. de acquir. hæred. & in l. pro hærede, eod. tit. & ista diffinitio, vt dicit Bart. in d. §. morte, non comprehendit protestationem quæ fit in scriptis, & illam quæ fit sine scriptis. & ex hoc patet, q̄ gl. in c. cupientes, §. quod si per viginti. in verbo, proposito. in si. de elect. in 6. malè dixit, dum dixit, q̄ est necesse, quod protestatio fiat in scriptis: nam non est verum, & illā glo. ibi reprehendit Pet. de Anchar. & etiam Bart. in d. §. morte. tenet, quod protestatio non requirit scripturam, nisi quando protestatio succedit in locum actionis, vt in l. vt perfectius, C. de anna. excep. & 16. quæst. 3. §. potest. vel in exceptione non numeratæ pecuniæ: quia etiam tunc protestatio debet fieri in scriptis, vt in auth. hanc autem querelam. C. de non num. pecu. & sequitur etiam ibi Ioan. de Imo. & communiter scribentes. Fallit etiam in alio casu, in quo protestatio requirit scripturam, de quo in auth. si quis ei. C. de adul. quando agitur de periculo personæ, vt dicit ibi Salic. vnde Lud. Rom. in d. §. morte, dicit q̄ quando est aliqua protestatio, ex qua causatur p̄iudicium irreparabile, tunc requiritur scriptura. & de hoc dicit esse tex. singularē in d. auth. si quis ei. tamen ibi nulla fit mentio de scriptura, & quod protestatio non requirat scripturā, puto me dixisse in c. ex ratione, de appell. His p̄missis opponitur contra tex. in quantum vult, † q̄ protestatio contraria iuri descendenti consecutiuè ex facto non valet. nam tex. videtur in contrarium in l. per seruum, §. vñus fructus, ff. de vsu & hab. vbi patet, quod si testator legat vñus fructum deducto vsu, non valet legatum. Vnde etiam hic dicendum, q̄ ex quo protestatio erat contraria iuri consecutiuo non diceretur vale rereceptio istorum in canonicos, & tamen tenet, vt hic. Idem probatur in cap. dilectus, el. j. de p̄b. huius timore D. Abb. succinctè pertransendo distinguit, & facit tria membra.
- 66 Primum est, quando protestatio venit ad tollendum factū, quod principaliter agitur.
- Secundum membrum est, quando factū principale non est contrarium protestationi, sed solum factum subsequens.
- Tertium membrum est, quando protestatio fit super facto multipliciter intelligibili.
- 67 Quo ad primum, i. † quando protestatio & factū sunt contraria, vt puta, protestor non contrahere matrimonium cum Berta,

ADDITIONES.

- a Hoc probat tex. Instit. de act. in princ.
- b Facit etiam glo. not. in c. Apostolica, de cler. minist. quæ dicit, quod aliquis potest per litteras, vel per epistolam excommunicari, & sic legendus erit excommunicatus.

Berta, tamen contrahere cum illa: ista enim sunt directo contraria. si non contrahere & contrahere, & in hoc membro post Butr. facio duos casus.

Primus est, quando fit protestatio super dependentibus a potestate duorum.

Secundus casus, quando fit super his, quæ non dependent a potestate partium.

In primo casu, si quando protestatio fit super dependentibus a potestate duorum, tunc protestatio non valet, nisi interueniat consensus partis, contra quam fit protestatio. nam sicut quis non potest facere actum parte inuita, ita non potest protestari: quia sicut non potest facere consequens in præiudicium alterius, ita non potest facere antecedens. facit quod no. in cap. fin. de condi. appo. sed si pars consentit, tunc valet protestatio, allegat Butr. c. diaconi. 28. dist. vbi text dicit, quod ordinandus in diaconum, protestatur Episcopo, quod non vult continere, sed uxorem ducere, & Episcopus ei consentiat, si postea uxorem ducat, tunc excusatur. sed D. Abb. dicit, quod excusatur quantum ad hoc, quod non deponitur, non tamen tenet matrimonium. absurdum enim esset, quod Episcopus possit dare licentiam contrahendi illis, quos ordinat ad sacros ordines, unde ibi solum valet protestatio respectu poenæ vitanda. & dicit quod hoc tenet Archi. in d. c. diaconi. idem dicit hic Ioan. de Imo. in pen. charta, in 2. col. unde D. Abb. ponit exemplum ex no. in c. Cumana, de elec. vbi si existens in possessione eligendi, admittitur ad electionem, cum protestatione, quod vox sua non computetur, nisi ad ipsum pertineat ius eligendi ex iure vel consuetudine facit sibi præiudicium, & tali protestationi consentit, & hoc de primo casu.

68 In secundo autem casu, si quando protestatio fit in his, quæ non dependent a potestate protestantis, sed ex iuris dispositione, & talis protestatio non valet. & in isto casu Butr. intelligit istum tex. nam non dependet a potestate canonicorum, ut quis sit canonicus sine præbenda, vel ut non prouideatur ei de superexcrecētibus redditibus, sed prouenit ex iuris dispositione, ideo protestatio in contrarium non valet. & ista sol. communiter tenetur per Doct. & dicit D. Abb. quod videtur ipsa veritas. sed postea dicit, quod hoc dictum multipliciter potest impugnari, nam iuri non repugnat, quod quis sit canonicus sine præbenda, si alias potest sustentari, immo hoc laudabiliter facit, allegat Inno. in c. fin. de cler. non resi. & c. sanctorum. 70. dist. vbi patet, quod quis potest esse canonicus in diuersis ecclesijs, licet non possit esse præbendarius in diuersis ecclesijs: si nam utile est ecclesie habere plures consiliarios & defensores. arg. 63. dist. obeuntibus. unde concludit D. Abb. quod quis possit habere in vna ecclesia præbendam, & in alia acceptare canonicatum sine præbenda: quia ius non resistit, dummodo cesset fraus, & sic protestatio debuisset valere: quia dependebat a voluntate ipsarum partium, unde dicit aduertendum. Aut enim fit protestatio inter recipiendum & capitulum, ut nihil possit petere, ita quod illi qui recipiuntur ex cupiditate acquirenti canonicatum renuntiant iuri præbendæ, & non valent tanquam simoniaci: quia remittunt ius spirituale, ut in c. per tuas, de simo. & dicit, quod hoc casu non haberet locum iste tex. quia actus ex eo inficeretur, quia simoniacus. Aut protestatio fit bono animo, quia recipiendi habent unde viuunt, nec ex cupiditate faciunt se recipi, & tunc secundum eum valet protestatio, ita quod nullo tempore poterunt petere præbendam. Ad istum textum respondet duobus modis.

Primo, quod canonici nouiter recepti non consenserunt huic protestationi, nec apparet ex tex. quod consenserunt: nam cum iste actus dependeret a voluntate vtriusque, non valet protestatio, nisi pars consentiat, allegat glo. in c. Cumana. j. de elect. & in l. cum in plures, §. locator horrei. ff. loca. secundum vnum intellectum. & dicit, quod hoc tenet Bar. in d. §. morte. Et no. bene verba D. Abb. quia sentit, quod in actibus dependentibus a voluntate duorum, requiritur quod pars expressè consentiat protestationi, & quod non sufficit tacitus consensus, quod an sit verum, infra dicam.

Soluit Dominus Abb. quod protestatio, de qua in tex. fuit facta respectu bonorum communium tunc existentium, ut apparet ex tex. nunc autem petebantur redditus ex postfacto superexcrecentes, ut patet in petitione in prin. huius cap. quam faciebat M. & locij. ergo non veniebant in aliquo contra protestationem, quia protestatio non extenditur ad futura, ut in c. cum inter P. de renun. maximè cum isti redditus superexcrecentes habeant hanc clausulam ex dispositione iuris. si ut prouideatur ipsis nouis canonicis, & dicit, quod per has duas solutiones remanet clarus, & planus iste tex. Sed tu dic, quod communiter intelligitur, quod protestatio non valuerit: quia erat contraria facto subsequituo ex iuris dispositione, quod non pendebat ex

70 potestate partium: si nam non valet pactum, etiam de consensu partium, quod canonicus non recipiat præbendam, ut in

cap. dilectus, el. j. de præben. & in cap. detestanda, iuncta glof. de concess. præb. in 6.

Nec obstant allegata in contrarium per D. Abb. quia non constabat, quod dictus M. & locij haberent locum in alijs ecclesijs sufficientes redditus, ex quibus viuere possent, sed si habuissent sufficientes redditus in alijs ecclesijs, fateor quod non debuisset eis assignari præbenda, pro quo allego bon. tex. in cap. conquerente, de cler. non resid. & in c. dilectus, el. 2. j. de præb. Dic tamen, quod iste tex. non loquitur quando protestatio est contraria facto, seu non compatitur se cum facto principali, sed quando est contraria facto consecutiuo, ut supra dixi, & ideo melius caderet in sequenti membro.

Item D. Abb. omittit tertium casum, si quando protestatio contraria facto fit in dependentibus a voluntate protestantis, sed de hoc dicit in sequenti membro. & ideo quæ j. dicam in protestatione facta in his, quæ dependent a voluntate protestantis habent locum, etiam si protestatio sit contraria facto, quod principaliter agitur.

71 Venio ergo ad secundum membrum principale, si quando protestatio est contraria facto subsequituo, seu non compatitur se cum facto subsequituo. & in hoc D. Abb. facit tres casus.

Primus est, quando protestatio fit in actibus dependentibus a mera potestate protestantis.

Secundus casus est, quando actus dependet a voluntate protestantis & alterius.

Tertius casus est, quando protestatio fit super actu, in quo ius facit præiudicium iuris, & de iure.

In primo casu, si quando protestatio fit in dependentibus a voluntate ipsius protestantis, potest poni exemplum in protestatione facta circa testamentum, vel circa aditionem hæreditatis, vel quando quis gerit negotia alterius, & protestatur, quod gerit animo repetendi, & non animo donandi, ut in l. Nescennius. ff. de nego. gest. nam talia dependent a voluntate protestantis, & idem dicendum est in similibus, & in his dicit D. Abb.

72 quod valet protestatio, si & ponit exemplum in protestante, quod non velit aliquid contra fidem dicere: nam si postea dicit aliquid contra fidem protestatio cum defendit a crimine hæresis. 24. quæst. 1. hæc est fides Papa Beatissime. & in c. firmiter. §. damnamus. & §. penult. de sum. Trin. & fide cath. vbi Abbas Ioachin defenditur a crimine hæresis in his, quæ dixit contra fidem: quia protestatus fuit se tenere illam fidem, quam tenet Ecclesia Romana. Unde Innoc. & Doct. ibi dicunt, quod talis protestatio defendit a crimine hæresis, si quia quis non dicitur hæreticus, nisi sit pertinax in opinione sua volens tenere contra ecclesiam, licet sciat vel monitus sit ecclesiam aliter dicere, de quo vide bon. tex. in c. qui in ecclesia. 24. quæst. 3. & plenè dixi in cap. cum quidam, de iureiur. Ponit aliud exemplum D. Abb. in testatore dicente, cui bis legauero, semel volo esse legatum, & demum bis legat: nam talis protestatio valet, & non debetur legatum, nisi semel, ut in l. si ita scriptum. ff. de leg. j. & in l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. 3. Idem in herede protestante, quod per actum quem faciet non intendit adire hæreditatem, nam protestatio defendit eum, ut non videatur adiunxisse se, licet se immiscuerit hæreditati. & hoc probatur in l. pro herede, in princ. ff. de acquir. hæred. & in l. si quis. §. plerique. ff. de relig. & sumpt. fune. Idem in administrante bona alterius, seu expendente, seu faciente expensas in rebus alicuius: nam licet ius in dubio præsumit tales expensas fieri causa pietatis, puta mater vel auia expendit aliquid circa filium vel nepotem, protestatio tamen tollit istam præiudicium. & iste est casus in l. Nescennius, ff. de nego. gest. hoc tamen est intelligendum quando protestans non tenetur ad tales expensas, si ut est mater, quæ tenetur alere filium usque ad triennium, ut in l. alimenta. C. de nego. gest. nam tunc si mater protestaretur, quod intendere petere expensas lactis & laboris, quæ impendit circa filium, vel etiam aliarum impensarum, ad quæ ipsa mater tenetur, talis protestatio ipsam non iuuaret: quia non obstante protestatione, non poterit tales impensas repetere, ut dicit gl. & Barr. & Doct. in d. l. alimenta. & in d. l. Nescennius. & in d. §. morte.

73 unde in d. §. morte. & in d. l. Nescennius. dicit, si quia protestatio saluo iure addendi & diminuendi, nihil operatur: quia non obstante ista protestatione non poterat accedere vel minuere, nisi in quantum ius permittit, iuxta not. in l. edita. C. de eden. & in c. 2. de libel. obla. de quo etiam vide bon. glo. in cap. inter dilectos, in verbo, saluo iure. j. de fide instrum. Sed Ioan. de Imo, aliter limitat istam conclusionem: dicit enim, quod debet intelligi, nisi protestans expediret actum suum cum tertio, puta, si venderet rem hæreditariam: quia tunc videtur recessisse a protestatione, & hoc tenuit Barto. in dicto §. morte.

74 Circa primum membrum principale idem voluit Barto. in l. pro hærede. §. Papin. ff. de acquir. hæred. vbi dicit, quod si filius postquam abstinuit ab hæreditate, fecit actum contrarium abstentioni contrahendo cum alio, vel solutionem recipiendo, videtur

Alex. de Neuo in primum Decretal.

videtur recedere a protestatione, secus si simpliciter adiret non contrahendo cum alio: quia tunc non videtur velle adire, nec recedere velle a protestatione, nisi dicat se prioris protestationis penituisse, ut in l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. 3. & hoc de primo casu.

76 Venio ad secundum, scilicet quando actus super quo fit protestatio, pendet a potestate protestantis & alterius, & hoc casu si ille cui fit protestatio consentit protestationi, valet protestatio, & actus factus in contrarium non valet. Sed si alter, scilicet ille cui fit protestatio non consentit, non valet protestatio, & actus factus contra dictam protestationem tenet: nam quemadmodum conditio in mente retenta nihil prodest, ex quo pure cum alio contrahitur, ut in l. si repetendi. C. de cond. ob. causam. ita & protestatio facta parte ignorante non debet prodesse, ex quo postea pure fuit actum cum parte, & ista ratio fuit originaliter Bar. in d. §. morte. & in d. l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquir. ha. red. & ex his insert. Bart. in d. §. morte, ad quest. quotidianam. ¶ Quidam dixit se velle fideiubere pro amico, sed postea coram testibus protestatus est, quod per illam fideiussionem volebat obligari, deinde fideiussit apud creditorem, certe protestatio tollitur per contrarium factum, ex quo creditor non consentit protestationi, ut dicit Bar. in d. §. morte, & sequitur hic D. Abb. sed si creditor consensisset protestationi, tunc non valeret fideiussio postea facta, & hoc etiam sequitur hic D. Abb. & Pet. & Cyn. & Raph. Fulg. in l. pacta nouissima. C. de pact. vbi tamen dicit, quod si fideiussor protestatus fuit creditori tacenti, quod postea non valeret fideiussio, allegat glo. in l. si fideiussor, in princ. in verbo, recusare. ff. qui iurata. cog. & in l. si. Item si praedixerit, in verbo, consenserit. ff. nau. ta. caup. stab. secus dicit si creditor contradixisset protestationi, etiam si vterque, scilicet tam fideiussor, quam creditor permansisset in sua contradictione. & idem tenet Spec. in tit. de fideiuss. §. i. ver. quid si fideiussor prius. vbi tenet, quod fideiussor obligetur quando creditor contradixit. & hoc tenet clarius Bart. in d. §. morte, & sequitur hic D. Abb. Aduerte tamen in quantum dixi, quod quando creditor consentit protestationi, non valet fideiussio postea facta: quia hoc debet intelligi de fideiussione statim fienda: nam si ex intervallo fideiuberet, valeret fideiussio, non obstante protestatione, hoc tenet Fran. Fig. rini, & Pau. de Cast. in dicta l. pacta nouissima, dicentes, quod aut protestator non interuenit fideiubere, & tunc si incontinenti fideiubeat, non valet fideiussio, sed bene ex intervallo, nisi verba protestationis respicerent futurum, ut quia dixisset, nolo fideiubere, & si contingat me fideiubere, nolo teneri: nam tunc etiam si fideiuberet ex intervallo, non valeret fideiussio, ex quo creditor consentit protestationi, & hoc modo intellige glo. & Ange. ibi, qui videntur simpliciter sentire, quod vbi creditor consentit protestationi, non valet fideiussio postea facta: hoc tamen dependet ab illo articulo, in protestatio impediatur actum ex intervallo faciendum, de quo infra dicitur. Item in quantum Raph. Fulg. dicit, quod si creditor tacet, censetur consentire protestationi, hoc etiam dependet ab his, quae dicuntur infra, si an requiratur, quod aduersarius expressè consentiat protestationi, an verò sufficiat tacitus consensus. & ex his sum expeditus de secundo casu.

78 Venio ad tertium, scilicet an protestatio tollat praesumptionem iuris, & de iure, si pars ei consentit. & in hoc dicit D. Abb. quod aut non resultat aliqua turpitudine, & tunc protestatio tollit praesumptionem iuris, & de iure: nam sicut confessio partis tollit praesumptionem iuris, & de iure, ut in auth. sed iam necesse. & ibi hoc tangit Cyn. & Bart. & communiter Doct. C. de dona. ante nupt. & quod not. Innoc. in c. quia plerique, de immuni. eccl. ita haec protestatio, quae factum praecedat, debet multo fortius tollere praesumptionem iuris, & de iure. Aut veratur turpitudine, & tunc non valet protestatio, exemplum, post contracta sponsalia de futuro vir deuenit ad copulam carnalem, & protestatur, quod per illum actum non intendit, quod sponsalia transeant in matrimonium de praesenti: sed quod solum intendit cum ipsa sponsa sua fornicari, & sponsa consentit protestationi: nam hoc non obstantè reuocatur protestatio, & sponsalia transeunt in matrimonium de praesenti, ut in cap. is qui. de spons. pro hoc allego glo. not. in cap. per tuas, de condi. appo. quae dicit, quod si sponsalia sint contracta sub conditione, & pendente conditione sponsus cognouit sponsam praemissa protestatione, quod per hoc non intendit recedere a conditione, & sponsa consentit protestationi, hoc non obstante tollitur conditio, sub qua erant contracta sponsalia, & purificatur matrimonium: nam ius non admittit talem protestationem, cum contineat turpitudinem. scilicet quod sponsus cognoscat sponsam tanquam fornicariam, & non tanquam sponsam, ideo reuocatur talis protestatio, de qua vide per Innoc. in cap. veniens, de spons. & ex his sum expeditus de tertio casu, & de secundo membro principali.

78 Venio ad tertium, scilicet quando protestatio venit ad dandum intellectum facto multipliciter intelligibili, & tunc non tollitur protestatio per factum sequens, licet prima fronte videatur contrarium protestationi, sed debet intelligi factum subsequens recepto libello dicit, quod responder non tantum animo litem contestandi: nam haec protestatio valet, neque intelligitur facta contestatio, ut voluit hic notabiliter Innoc. cuius dictum quotidie allegatur. & idem tenuit Inno. in c. i. de litis contest. vbi etiam Butr. hoc sequitur. idem tenuit Barto. in l. j. C. de lit. contest. idem sequitur hic Butr. & D. Abb. & Ioan. de Imo. hic, & idem dicit in d. §. morte. & ad hoc allegat notabiliter D. Abb. dictum Innoc. in cap. Cumana, de electio. vbi dicit, quod si pars dicit coram iudice, protestor, quod non intendo consentire in vos tanquam in iudicem competentem, valet talis protestatio, adeo quod iudex non potest condemnare ipsum tanquam contumacem: quia non dicitur comparere, ex quo protestatur, quod non intendit comparere tanquam coram iudice competente: & ideo debet dicere excipiens ad hoc, ut non possit condemnari tanquam contumax, protestor, quod non intendo comparere tanquam coram iudice competente, nisi quatenus de iure teneor. & istud dictum sequitur hic Ioan. de Imo. idem dicit Ioan. de Imo. in d. §. morte. & in l. qui dam conuilebat, in pen. col. ff. de re iudi. & in l. si ita scriptum, ff. de leg. 1. & idem dicit Bald. in l. 2. C. vbi quis decur. idem tenet Ang. in Auth. de exhib. reis. §. 1. & in l. non videtur, la. 2. ff. de iudi. & dicit se ita praedixisse contra quemdam magnum aduocatatum, qui ex hoc fuit valde iratus. idem sequitur D. Abb. in d. cap. Cumana, de elect. qui dicit, quod Legistae & Canonistae communiter sequuntur dictum Inno. & reputant ipsum valde notabile. sed Butr. ibi istud dictum reprobatur dicens, quod etiam si non adderet illa verba, nisi quatenus de iure teneor, non potest dici contumax: nam cum iudicium reddatur in inuitum, non est curandum de protestatione, dummodo compareat inter stipulantem. §. 1. ff. de verbo. oblig. & in c. intelleximus, de iud. vult dicere Butr. quod ex quo non interest iudicis vel aduersarii, ex quo excipiens litigat, & iudex habet iurisdictionem, non licet fieri condemnatio in expensis, iuxta ea quae habentur in c. auditis, de procur. non enim requiritur consensus rei, sed satis est, quod reus de facto compareat, & litiget in iudicio. Sed D. Abb. ibi dicit, quod dictum Innoc. & dictum Butr. potest procedere: nam aut iudex vult condemnare reum ut contumacem, ex eo quia contemnit suam iurisdictionem, & sibi obedire tanquam iudici, & potest ratione contemptus iudicialis de illa contumacia condemnari, argum. l. vnica. ff. si quis ius dic. non obt. Poterit ergo eum excommunicare, vel ei imponere multam propter talem contumaciam, argum. 10. quest. 3. certum. & in l. j. ff. si quis ius di. non obtem. Aut vult condemnare ratione interesse partis, & non poterit condemnare: quia pars nullum praetendit interesse, ex quo nihilominus litigat, nec ratione nullitatis processus, quod quia validitas processus dependet ab officio publico, & non a consensu partium. arg. in l. priuatorum, C. de iur. iudi. omn. iudi. & in c. significasti, de fo. comp. & dicit, quod quantum ad istos duos effectus potest procedere opin. Butr. dicit tamen, quod si iudex condemnare ipsum potest, nihilominus in causa procedere, & valebit processus ratione praedicta. nec Inno. sentit contrarium secundum eum, nam Inno. dicit, quod iudex potest eum condemnare tanquam contumacem: non autem dicit, quod teneatur, & praesertim, quia solum in hoc versatur iudicis contemptus, & impositio multae, quae dependet ex officio iudicis, ut not. Barto. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. Vnde in hoc facias tres conclusiones.

81 Prima est, quod si excipiens de incompetencia iudicis, apponit clausulam iustificatorem, videlicet quod non intendit comparere coram eo tanquam coram iudice competente, nisi quatenus de iure teneatur, non potest puniri tanquam contumax: quia clausula iustificatoria defendit eum a contumacia, & in hoc concordant omnes, & ideo cautela est semper apponere clausulam iustificatorem.

Secunda conclusio, si non apponitur clausula iustificatoria, potest excommunicari vel multari ratione contemptus iudicis, non tamen iudex tenetur hoc facere, si non vult, quia talis multa non concernit partem, sed solum contemptum iurisdictionis iudicis.

Tertia conclusio, si non apponitur clausula iustificatoria, non potest condemnari parti, quia partis nihil interest, ex quo continuo litigat & comparet, nec ratione nullitatis processus: quia nullitas processus non dependet a consensu partium, sed ab officio publico. & hoc modo opin. reducuntur ad concordiam.

Dicit tamen Innoc. in d. c. Cumana, & Butr. & Io. de Imo. & D. Abb. hic, quod talis protestatio non iuuat protestantem in actu, qui fierent ex intervallo, nisi repetatur in quolibet actu, exemplum, compareo coram iudice, & recepto libello, respondeo, quod

deo, quod non intendo consentire in eum tanquam in iudicem competentem, nisi quatenus de iure teneor, & postea facio alios actus coram eo, & non repeto protestationem, nam video ab ea recedere, ut dicit hic Ioan. And. & Docto. prædicti.

Dicit tamen Dom. Abb. quod hoc debet intelligi quando habet liberam facultatem protestandi, nam si timens tyrannidem non esset ausus totiens replicare protestationem, sufficeret prima protestatio quousque cessauerit metus. arg. optimum, secundum eum in cap. i. quod metus causa. & in cap. fi. de appellat.

- 83 Et ex his nota, quod protestatio non tollit actum contrarium protestationi, qui fit ex interuallo, sed solum actum, qui fit incontinenti. & in hoc Barto. fuit varius, nam in d. §. morte, & in d. l. qui in aliena, & §. Celsus, ff. de acquir. hære. tenuit, quod siue protestatio fiat in actibus dependentibus a voluntate vnius, siue in actibus qui dependent ex voluntate protestantis, & alterius interueniente consensu vtriusque partis, talis protestatio non extenditur ad actum, qui fieret ex interuallo, ut in l. cum in plures, §. locator horrei, ff. loca. & in l. per retentionem, C. de vsur. nisi protestans retulerit verba ad futurum tempus, puta, quod per quemcunque actum quem contingit me quandoque facere, non intendo obligari, &c. nam tunc talia verba extenduntur etiam ad actum qui fieret ex interuallo, ut in l. si ita. l. 2. ff. de fideiussor. & idem dicit Barto. in litem quia, §. fin. ff. de pact. & in l. Titia, §. penult. ff. de verbo. obligat. & Butr. hic, & Ioan. de Imo. in d. §. morte. & idem tenet hic, licet Bald. in l. pacta nouissima, C. de pact. & in dicta l. item quia, ff. de pact. & in l. Neicennius, ff. de nego. gestis. dixerit, quod etiam protestatio simpliciter facta refertur ad actum qui fit ex interuallo, per l. si ita scriptum, ff. de lega. j. & per l. si tibi rem legauero, ff. de adimen. lega. quæ leges parum faciunt, nam l. si ita scriptum. loquitur in pluribus legatis factis eodẽ testamento: unde non possunt dici facta ex interuallo, ex quo sunt facta in eodem testamento, in laudem, si tibi rem legauero, non apparet an fideicommissum fuerit relitum ex interuallo, vel incontinenti. Ludo. autem Roma. in dicto §. morte, dicit quod pro opin. Bart. facit rex. in l. plerique, ff. de ritu nuptia. & in l. diuus, & in l. dotem, & l. post diuortium, ff. de iure dot. & l. penult. §. si vxor, ff. soluto matr. Dicit tamen, quod opi. Bal. potest saluari quando protestatio emanasset pro interpretatione necessaria, quia tunc intelligeretur repetita etiam ex interuallo, allegat illud quod no. in l. semper in stipulationib. ff. de reg. iur. & in l. ita stipulatus, in princ. ff. de verbo. obligat. sed tu dic, quod istud fuit originaliter dictum in d. l. pacta nouissima. & in l. si quis cum aliter, ff. de verbo. oblig. vbi dixit, quod quando actus subsequens est dubius recipit interpretationem a protestatione præambula, etiam si fiat ex interuallo, & ad hoc allegat Inno. in c. annotuit, de arbit. facit quod notat glof. singularis in l. j. ff. de iudic. Sed aduerte, quia contra istud dictum videntur tenere Inno. Ioan. And. Io. de Imo. & D. Abb.
- 84 hic, dum dicunt, quod illa protestatio, compare coram vobis, non animo consentiendi in vos tanquam in iudicẽ competentem, tollitur, si postea compareat non repetita protestatione, & tamen talis protestatio est declaratoria ipsius actus comparationis, quia potest comparere tanquam coram iudice competente, & etiam tanquam coram iudice non competente, & tamen illa protestatio non extenditur ad actum, qui fit de futuro seu interuallo. idem voluit Butr. in cap. i. de lit. contesta.
- 85 vbi dixit, quod si reus respondendo libello actoris, protestatur, quod non intendit litem contesta. hæc protestatio iuuat solum. quo ad responsionem, quæ fit incontinenti, secus si fieret responsio ex interuallo.

Sed potes dicere concordando opinio. quod aut nos loquimur in actibus iudicialibus, & tunc etiam si protestatio sit declaratoria non extenditur ad actum, qui fit ex interuallo. & hoc modo intelligantur Docto. hic, & in dicto cap. i. de litis contesta. Aut nos loquimur in extraiudicialibus, & tunc protestatio declaratoria extenditur ad actus, qui fierent etiam ex interuallo. Barto. tamen in l. pacta nouissima. C. de pactis. videtur velle, quod protestatio finitur facta in actibus, qui dependent ex voluntate solius protestantis, ut est aditio hereditatis testamentum & similia, extenditur etiam ad actus, qui fierent ex interuallo. & idem sentit Barto. in l. pro hærede. §. Papinianus, ff. de acquir. hæred. vbi dicit, quod si hæres simpliciter protestatur, quod non intendit adire hereditatem, licet se immisceat, non videtur recedere a protestatione, nisi dicat se poenitere protestationis factæ. & mouetur per l. si quis in principio testamenti, ff. de lega. 3. vbi videtur esse tex. nam ibi dicitur, quod si testator dicit, si cui bis legauero, semel debere volo, ista protestatio extenditur etiam ad legata facta in codicillis, nisi testator specialiter dicat se poenitere prioris voluntatis, certè legata facta in codicillis censentur facta ex interuallo cum sint facta in diuersa voluntate. Item ut apparet

ex illo rex. protestatio fuit simpliciter facta, & tamen extenditur ad actum qui fit ex interuallo. unde videtur esse verior opinio Bart. quam ponit in l. pacta nouissima. & sequitur ibi Ange. in dicta l. pro hærede. §. Papinianus, ff. de acquir. hæred. vbi Barto. idem sentit, licet communiter teneat contrarium, & Doctores etiam communiter teneant, quod non sit facienda differentia, an actus super quo fit protestatio dependeat a potestate vnius vel duorum, sed solum an verba protestationis simpliciter sint prolata, vel an se extendant ad futurum tempus. Et ideo ut habeas clarè istum articulum, dic discurrendo per casus.

- 87 Et primus sit quod quando sumus in iudicialibus, & tunc protestatio non extenditur ad actus, qui fiunt ex interuallo, etiam si verba protestationis sint relata ad futurum tempus, puta, si protestor, quod per quemcunque actum quem in futurum faciam, non intendo in iudicem consentire, ut dicit hic Ioannes Andr. & Dominus Cardin. hic, & Archid. 28. distinct. diaconi. Ioannes de Imola hic in vltima charta, in 2. col. dicit, quod aut protestatio est simplex, & tunc non trahitur ad actum qui fieret ex interuallo, ut notat. in l. per retentionem. C. de vsur. & per Barto. in dicta l. pacta nouissima. C. de pactis. Aut expresse continet omnem actum futurum, & tunc dicit, quod extenditur ad actum, qui fieret ex interuallo, nisi dicatur esse speciale in iudicijs, ut in eis indistinctè videatur recessum a protestatione per actum factum ex interuallo, nisi protestatio repetatur, ut voluit Archid. & Dominus Cardinalis. Et concludit, ex quo protestatio est declaratoria voluntatis protestantis, & actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, ut in l. non omnis, ff. si certum petatur. & in l. obligationum ferè, §. fin. ff. de actionib. & obligationib. non est dicendum aliud in iudicijs, quam in actibus extraiudicialibus. Dicit tamen esse tenendum menti dictum Archid. & Dom. Cardin. sed tu dic, quod eorum opin. communiter tenetur per Docto. de quo not. in cap. i. de lit. contesta. & in l. j. C. de lit. contest.

- 88 Secundus casus est, quod quando sumus in extraiudicialibus, & protestatio fit simpliciter, & tunc non extenditur ad actus, qui fierent ex interuallo. Fallit, nisi esset protestatio declaratoria: quia tunc extenditur etiam ad actum qui fieret ex interuallo, ut voluit Ange. in dicta l. pacta nouissima. & in l. si quis cum aliter, ff. de verborum obligat. & ita intelligit Innocen. in cap. annotuit, de arbit. & idem dicit Ludo. Roman. in dicto §. morte.

- 89 Secundo limita, quod quando duraret causa quæ suberat tempore protestationis, puta, si quis timens violentiam sibi inferri a vicino potenti, protestatur quod non intendit venditionem quam faceret illi potenti valere: nam hæc protestatio trahitur etiam ad venditionem quæ fieret ex interuallo, si vsque ad illud tempus durauit eadem potentia vicini, & causa metus, ita dixit Bald. & Ange. & moder. in l. qui in aliena, §. fin. ff. de acquir. hæred. per not. per Innocen. in cap. i. quod met. causa. & in cap. causam matrimonij, de offi. deleg. & quod notat Bart. in l. penult. post medium, ff. de condit. ob turp. causam. & sic voluit dicere, quod per dictam protestationem reddetur venditio nulla ipso iure, quia declarat consensum non adesse. Sed tamen Innocen. in lect. præalleg. non dicit, quod actus sit nullus ipso iure, sed solum quod durante causa metus censetur ipse metus durare. & etiam hoc probat rex. in dicto cap. i. quod metus causa. nam Bald. & Ange. volunt, quod eodem modo censeatur durare protestatio facta propter illam causam, & per consequens, quod actus sit nullus ipso iure, quod est valde notandum.

Tertia limitatio est, quando protestatio fit in actibus dependentibus a sola potestate protestantis, quam opinionem tenuit Bart. in l. pro hærede. §. Papin. ff. de acquir. hæred. & Barto. & Ange. in d. l. pacta nouissima. C. de pactis. quam opinionem puto verissimam, quia de ea videtur tex. in l. si quis in principio testamenti, ff. de leg. 3. licet Bart. alibi & Doct. communiter teneant contrarium.

Tertius casus est, quando verba extendunt se ad futurum tempus, & sumus in extraiudicialibus, & tunc si aduersarius consentit tali protestationi, extenditur ad actum, etiam qui ex interuallo fieret, nisi appareat protestantem velle recedere a protestatione, ut in l. si quis in principio testamenti, ff. de leg. 3. Et ex his habes declaratum istum articulum, nec intendo examinare totam materiam protestationis: sed ut aliqua vtilia capiantur, quæro de quinque.

Et primò, an quando protestatio est contraria facto, vitietur ipsa protestatio, vel actus super quo interuenit ipsa protestatio.

Secundò, an in protestatione requiratur partis presentia.

Tertiò, an requiratur expressio causæ.

Quartò, an requiratur, quod pars expresse consentiat, vel sufficiat tacitus consensus, quando sumus in actibus dependentibus

Alex. de Neuo super j. Decret. E dentibus

Alex. de Neuo in primum Decretal.

dentibus à voluntate protestantis & alterius.

Quinto, an protestatio debeat fieri in principio actus, an sufficiat, quod fiat post actum inceptum.

90 Venio ad primum; in quo Ioan. Andr. dicit, quod licet quandoque protestatio vitietur, vt hic, tamen quandoque ipsa protestatio, quæ fit contra substantiam negotij vitiat id quod agitur, vt patet in cap. fin. de condi. appo. Sed Bart. in d. §. morte, in 8. col. dicit, quod aut protestatio est separata ab ipso actu contrario, & tunc protestatio non valet, & actus remanet validus. Aut est contemporanea ipsi actui contrario, & tunc actus contrarius vitatur, & non ipsa protestatio, allegat c. sollicitudinem, in fi. de appell. & l. obligationum substantia. §. fin. de actio. & oblig. & l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. Ex quo infert, quod si quis dicat, me obligo tibi, non tamen animo obligandi, vitabitur obligatio, & pro ista distinctione Barto. facit tex. in l. per seruum, §. si usus fructus, ff. de usu & habitatio. Vbi dicitur, quod si testator legat vsum fructum deducto usu, legatum non valet, sed si primo legat vsum fructum, deinde adiimat vsum, non valet ademptio & legatum remanet validum, pro opinione etiam Barto. facit tex. in cap. fin. de condi. appo. vbi patet, quod pactum appositum contra substantiam matrimonij vitiat matrimonium. Sed contra Bart. facit l. cum precario. ff. de preca. vbi pactum appositum contra substantiam precarij rejicitur, & valet precarium. pro hac opinione facit etiam iste tex. cum glol. vbi patet, quod protestatio contraria facto non valet, & idem est si est contraria iuri consecutiuo descendenti ex facto: nam ipsa protestatio rejicitur, & factum remanet validum. idem dicit glol. in clem. gratia. in verbo, renuntiare, de rescrip. Sed Ioan. de Imola hic in penul. charta, in fine secundæ col. cum duabus vel tribus sequentibus latius distinguit, ex qua distinctione facias quatuor casus.

Primus, quando protestatio est contra substantiam actus, seu contractus.

Secundus est, quando protestatio fit contra substantiam rei in dispositionem deductæ.

Tertius casus est, quando fit contra accidentalia, sine quibus res in dispositionem deducta esset inutilis.

Quartus est, quæ protestatio fit contra naturalia ipsius actus.

Addit etiam quintum casum, scilicet quando protestatio fit contra consecutiuam ipsius actus, qui surgunt ex dispositione iuris, in quibus protestans non habet potestatem præiudicandi, & de isto ultimo est casus hic, & supra examinati: ideo sufficit quatuor casus præcedentes examinare.

91 Venio igitur ad primum, scilicet quod quando protestatio fit contra substantiam actus seu contractus, & in hoc distinguit Ioan. de Imo. quod aut non veniatur delictum in protestatione, & protestatio vitatur, & non actus seu contractus, vt probatur in l. cum precario. ff. de preca. vbi patet, quod si conceditur aliqua res precario, & apponitur pactum, quod non possit reuocari, rejicitur pactum, & poterit reuocari quandoque, de quo etiam vide bonam glol. in cap. non putamus. in verbo, officiali. de consuetu. in 6. & hoc procedit quando contractus non potest transire commode in alium contractum, alias non vitaretur pactum, sed potius faceret transire in alium contractum, vt probatur in l. vbi ita donatur. ff. de donatio. causa mortis.

92 vbi patet, quod si dono causa mortis aliquam rem cum pacto, vt non possit reuocari, erit donatio inter viuos, & ista verba, causa mortis, non important nomen contractus, sed solum designant causam, propter quam donans mouetur ad donandum, & ideo quia protestatio seu pactum potest intelligi, vt si compatitur cum actu, non vitatur protestatio, seu pactum, vt patet in dicta l. vbi ita donatur. & per Dominum Cardin. hic, & allegat etiam Ioan. de Imo. D. Franc. de Rampo. cuius ipse Ioan. de Imo. fuit discipulus, in l. fin. ff. de condi. ob causam.

93 Et hæc procedunt quando protestatio fit contra substantiam actus in extrajudicialibus: in iudicialibus autem dic vt plenè dixi in cap. sollicitudinem, de appellat. Aut versatur delictum in protestatione facta contra substantiam actus non vitatur, sed vitatur actus, & iste est casus in dicto cap. fi. de condi. appo. vbi patet, quod protestatio facta contra substantiam matrimonij vitiat matrimonium, illud tamen intelligitur quando fit contra substantiam matrimonij carnalis, secus si fiat contra substantiam matrimonij spiritualis, puta, si ingrediens religionem in actu professionis protestatur, & facit pactum, quod possit habere proprium, nam talis protestatio seu pactum rejicitur, & valet professio, vt per glol. & Bar. in authen. ingressi. C. de sacrosan. eccle. & per Ioan. Andr. & Docto. in dicto cap. fin. de condi. appo. vbi dixi, & in dictis locis assignatur ratio diuersitatis inter matrimonium spirituale & carnale.

94 Non obstant allegata per Barto. in contrarium in l. obligationum substantia. ff. de actio. & obligat. quia loquitur quando aliquis promittit non animo se obligandi: nam ista non fuit differentia contraria, scilicet promittere, & non habere

animum se obligandi, immo possunt simul stare, scilicet quod quis promittat, & non habeat animum se obligandi. sed non possunt simul stare, quod me obligem, & non habeam animum obligandi, quia si non habeo animum me obligandi, non sum obligatus, & sic esse obligatus, & non obligatus non compatiuntur se simul, quia sunt directe contraria. facit optimè quod notat Barto. & Docto. in l. j. C. de litis contestat. &

95 Docto. in cap. i. de litis contesta. vbi dicunt, quod si respondens libello dicat, respondeo & protestor, quod non respondeo, non valet protestatio. idem si dico, contestor litem animo non contestandi, non valet protestatio, quia ista sunt contraria. sed si dicam, respondeo libello non animo contestandi litem, valet protestatio, nec lis erit contestata: quia responsio habet duplicem sensum. Potest enim quis animo informandi iudicem, & animo contestandi: & ideo dicendum est, quod si me obligo & protestor, quod non habeo animum obligandi, protestatio non valet: sed bene si dico, promitto non animo obligandi, & hoc tenet expressè Ange. in l. iuris gentium, §. quod fere. ff. de pact.

Non obstat l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. quia loquitur quando resultat contrarietas aliter, quam ex vi protestationis. Ex quo concludit, quod vbi actus potest habere duplicem sensum, valet protestatio trahens actum ad alterum sensum. sed vbi protestatio non potest trahi nisi ad vnum sensum, valet actus, & rejicitur protestatio, nisi ipsa protestatio seu pactum possit actum facere transire in alium contractum, vt in dicta l. vbi ita donatur. ff. de donatio. causa mor. Item fallit quando in protestatione versaretur delictum, quia tunc protestatio vitaret actum, vt dicto cap. fin. de condi. appo. Item fallit in iudicialibus, de quo tamen dic, vt dixi in c. sollicitudinem, de appell. & ex hoc sum expeditus de primo casu.

96 Venio ad secundum, scilicet quod quando protestatio vel pactum fit contra substantiam rei in dispositionem deductam, & hoc casu proprie habet locum. l. per seruum, §. si usus fructus, ff. de usu & habitatio. vnde tunc debet distingui, an protestatio contraria apponatur in ipso actu, & tunc protestatio vitatur actum, an vero ex postfacto, & tunc protestatio vitatur: nam si testator legat vsum, non valet legatum, quia usus fructus non potest esse sine usu: sed si legat vsum fructum, & postea adiimat vsum vitatur adeptio, & legatum valet. & ita distinguit tex. in dicta l. per seruum. de quo per Cyn. in l. 2. propè finem, C. de iure emphyteu. & tangit Barto. in l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mortis.

97 Expeditus de secundo casu, capio tertium, scilicet quod quando protestatio fit contra accidentalia, sine quibus res in dispositionem deducta est inutilis, & tunc siue protestatio fiat in ipso actu siue post, vitatur protestatio, vt probatur in l. j. §. i. ff. si usus fructus. pet. vbi patet, quod si legatur usus fructus absque itinere, seu via eundi ad fundum rejicitur protestatio, & ea non obstante tenetur hæres præstare iter seu viam legatario, vt posset ire ad fundum, in quo fuit legatus usus fructus. Et ex hoc patet, quod minus operatur protestatio, quæ fit contra accidentalia rei in dispositionem deductæ, quam protestatio, quæ fit contra substantialia rei in dispositionem deductæ: quia primo casu indistinctè vitatur protestatio, & ea non obstante valet actus. in secundo autem distinguitur, an protestatio fiat in ipso actu, vel post actum, vt in d. l. per seruum. & dixi in casu præcedenti. & ex his sum expeditus de tertio casu.

98 Venio ad quartum, scilicet quod quando protestatio fit contra naturalia actus vel contractus. & in hoc concludit Ioan. de Imo. quod protestatio & pactum valet, allegat not. per glol. & Docto. in l. 2. C. de iure emphy. vbi patet, quod licet sit de natura actus emphyteutici, vt emphyteuta non soluens pensum in fra terminum, si est emphyteuta priuati, vel infra biennium, si est emphyteuta ecclesie possit expelli, vt in d. l. 2. & in c. potuit, §. de loca. tamen valet pactum appositum, quod emphyteuta non possit expelli, vt not. glol. & Docto. in d. l. 2. & Docto. in d. c. potuit. Facit quod notat glol. in l. pacta nouissima. ff. de contrah. empt. quæ optimè facit ad istum articulum. & ex his sum expeditus de prima questione.

99 Venio nunc ad secundam, scilicet an in protestatione requiratur presentia partis, & in hoc distingue secundum Bart. in l. qui in aliena. §. si. ff. de acqui. here. vbi dixit, quod aut actus qui est celebrandus dependet a sola voluntate protestantis, & tunc non requiritur, quod protestatio fiat in presentia partis, nec protestans tenetur alicui denunciare. & hoc tenuit glol. in d. l. qui in aliena. dicēs, quod protestatio super aditione hereditatis potest fieri clandestinè modo fiat in presentia testium, & idem sensit glol. in l. pro herede, eo. tit. quia dū tex. ibi dicit, quod si heres non intendit adire hereditatem, debet protestari, quod per actum quem faciet non intendit adire hereditatem, glol. ibi supplet, quod debet fieri in presentia testium, ad hoc quod protestatio possit probari de parte autē nullā facit mentionem, & idē sensit ibi glol. in casu l. Ne sennius

ff. de

ff. de nego. gest. dum allegat illam legem pro concordanti.
 Ex quo sequitur, quod quando aliquis gerit negotia consanguinei, vel pro ipso facit expensas, sufficit quod protestetur coram testibus, quod non habet animum donandi, sed petendi expensas, vel mercedem sui laboris: talis enim protestatio valet, etiam si fiat parte absente, nec aliqua ei detur notitia protestationis: quia ista protestatio est declaratoria animi protestantis, quæ non requirit præsentiam aduersarij, vel eius scientiam, cum dependeat a sola potestate protestantis, & hoc etiam tenuit Barto. in d. §. morte, in §. seu 6. col. & in d. l. Nefennius. Idem sentit D. Abb. in cap. Cumana. §. de elec. in §. col. vbi dicit; quod in his quæ dependent a mera voluntate protestantis, sufficit protestatio ipsius duntaxat, vt in l. Nefennius. ff. de nego. gest. vbi si consanguineus facit expensas pro consanguineo potest protestari, etiam in absentia consanguinei, quod facit animo repetendi, & sic intelligit d. l. Nefennius. pro hoc facit, quia vbiunque quis non potest actum gerendum impedire, nec principaliter agitur de eius præiudicio, non requiritur eius præsentia nec citatio, vt est text. singularis in l. j. §. denunciari. ff. de vent. in spic. & per illum tex. idem dicit Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. & in rubr. C. de success. edicto. dicens illum tex. tenendum perpetuo in æt. Sed verum factum dependet a sola voluntate protestantis, seu ab eius animo præsentia aduersarij non posset impedire protestationem, nec agere de eius præiudicio principaliter: quia non obligatur ex eo, quod geratur negotia eius, nisi vtiliter sint gesta, vt in l. sed an vitro. ff. de neg. gest. & c. Aut actus qui est celebrandus pendet a voluntate protestantis vnius & alterius, & tunc dicit Barto. in dicta l. qui in aliena, quod protestatio debet fieri parte præsentem, vel ei dari notitia, alias non valet protestatio, vt in l. fin. §. item si prædixerit. ff. nauar. caupo. stabul. & in l. si fideiussor. §. i. ff. manda. & in l. actione. §. renunciare. ff. pro socio. & in l. j. ff. de liber. agnosc. & dicit, quod ita tenent Docto. in dicta l. pacta nouissima. C. de pact. & hic, de quo tamen Bart. plenius distinguit in dicto §. morte, in §. seu 6. col. ea tamen quæ dicit Bart. in dicto §. morte, comprehenduntur per ea quæ
 100 supra dixi. † Vtrum autem protestatio possit fieri procuratori, vel per procuratorem, dic vt per Barto. in dicto §. morte, in 10. col. vers. quæro, an talis protestatio possit fieri per procuratorem, vt per glo. notabilem in clem. causam. in verbo, specialiter. & in verbo, appellatum, de elec. & ibi etiam per Doct. & dixi in c. suggestum, §. de appella. Et ex hoc sum expeditus de secundo. Iam protestatio requirat partis præsentiam.
 101 Venio ad tertium, scilicet † an protestans debeat exprimere causam protestationis. & Bart. in dicta l. qui in aliena. §. fin. eodem modo distinguit, vt dixi in superiori membro, dicens, quod aut actus celebrandus dependet a sola voluntate protestantis, & tunc non requiritur expressio causæ: quia sufficit pro ratione voluntatis. l. quia poterat. ff. ad Trebel. Aut non dependet a sola voluntate protestantis, & tunc debet exprimi causa rationalis, alias non valet protestatio. l. si hominem. ff. mandati. & idem in effectu, licet largioribus verbis loquatur, concludit Bart. in dicto §. morte, in 12. col. vers. circa secundum notabile, vbi infert ad quæstionem. † Bannitus secundum formam statuti poterat impunè offendi, dum vellem eum offendere, protestatus fuit mihi, quod erat restitutus aduersus sententiam per quam erat bannitus: nam non teneor ei credere, nisi ostendat instrumentum, per quod appareat ipsum esse absolutum à banno; vel nisi faciat mihi denunciari per iudicem, vel proponi in loco publico, quod sit absolutus
 103 ab illa sententia banni. † Vtrum tamen quando aliquis est bannitus, excusetur offendens eum, si non inquisiuit diligenter, an sit ritè bannitus, & an sententia banni sic reuocata, dic vt per Barto. in l. fin. ff. de adulter. & in l. §. si seruus. ff. de acquir. posses. vbi etiam per moder. Aduerte etiam, quia vbiunque constat, quod ille cui fit protestatio, non habet iustam causam contradicendi, puta, si protestor, quod me non offendas, vel quod non turbes me in possessione, vel simile, valet protestatio sine causæ expressione. idem declara, vt per Barto. in dicto §. morte: † vbi etiam examinat, an sufficiat, quod exprimaturs causa generalis, an requiratur, quod exprimaturs causa specialis, nam istum articulum ibi examinat per duas col. & vltra. & ex hoc sum expeditus de tertio.
 105 Venio ad quartum, scilicet † an requiratur expressus consensus illius cui fit protestatio, an verò sufficiat tacitus. & in hoc glof. fuerunt contrariæ. nam glof. 2. in cap. Cumana, de electio. tenet, quod requiratur expressus consensus, sed contrarium, scilicet quod sufficiat tacitus consensus, tenet glof. 28. distinc. cap. 1. & in l. si fideiussor. in verbo, recusare. qui satisfacta. cogan. & in l. fin. §. item si prædixerit. in verbo, consenserint. ff. nauar. caupo. stabul. & in l. fin. in princ. C. de fideiuss. idem tenet Ioan. de Imp. in dicto §. morte. & Rapha. Fulgos. in dicta l. pacta nouissima. C. de pact. & Ludou. Roman. in l.

quæ dotis, ff. soluto matrim. idem tenet Abb. antiq. in dicto cap. Cumana. vnde dabat consilium illis, quibus fiebat protestatio, quod contradicant protestationi, & dicit se sæpius sic seruasse in iudicio, idem sentit Barto. in dicta l. pacta nouissima, in vltimis verbis. C. de pac. vbi dixit, quod protestatio derogatoria impedit actum voluntarium, sed non actum necessarium, nisi pars aduersa consentiat, vt in l. fin. §. item si prædixerit. ff. nauar. caupo. stabula. vult dicere Barto. † quod vbi aliquis est obligatus ex necessitate præcedentis actus, sicut caupo, qui tenet hospitium, propter quod obligatur recipere hostes, si protestatur, quod non intendit res apportatas in hospitium esse sub sua custodia, non valet protestatio, nisi hospites, qui res asportauerunt expressè consenserint: vbi autem quis non est obligatus ex necessitate præcedentis actus, non requiritur, quod pars aduersa expressè consentiat. Sed Host. Ioan. And. & communiter omnes Docto. in dicto cap. Cumana. tenent, quod requiratur expressus consensus, & sic approbat opin. glof. ibi. Et in hoc articulo possem multa deducere, sed ponantur conclusiones, quæ mihi verè videntur.

Et prima sit conclusio, si sumus in actibus dependentibus a sola voluntate protestantis, non requiritur, quod pars aduersa consentiat protestationi, immo valet protestatio etiam ipso aduersario contradicente: quia etiam eius præsentia non requiritur, vt supra dictum est. & istam conclusionem expressè firmat Dom. Abb. in dicto cap. Cumana, de electio. & Ioann. de Imo. hic in fine antep. chartæ. vbi dicit, quod quando protestatio fit super his, quæ dependent a potestate protestantis, non requiritur consensus aduersarij, per id quod nota. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. & ponit exemplum, quando quis protestatur, quod negat narrata, prout narratur, non tamen animo litem contestandi, & dicit, quod hoc tenet Barto. in l. prima, C. de litis contestat. & Butr. hic in materia protestationis in secundo articulo, circa quartum vel quintum casum ipsius articuli.

Secunda conclusio, si sumus in iudicialibus, sufficit quod pars non contradicat protestationi, hoc tenet Ioann. de Imo. in dicto §. morte, per l. si fideiussor, cum glof. sua. ff. qui satisfacta cogantur. Sed illa l. hoc non probat, quia text. & glof. ibi loquuntur, quando protestatio limitat obligationem contrahendam, de quo statim dicam. Sed Ioan. de Imo. hic in principio penult. chartæ, vers. tertio casu, dicit quod tex. in dicta l. si fideiussor, loquitur quando protestatio fit ad præiudicandum aduersario super iure sibi competenti ratione priuilegij fori quo casu sufficit aduersarium tacere, & non contradicere, & de hoc dicit esse glo. ordinariam & notabilem, cum qua Doc. communiter transeunt in d. l. si fideiussor.

Tertia conclusio, si agitur de obligatione iam contracta limitanda, non valet protestatio, nisi pars cui fit protestatio expressè consentiat, vt in l. si maior. C. de transactionib. & in l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo. Et ista est conclusio Barto. in dicto §. morte, in 6. col. vers. sed quæro, an partium consensus requiratur, & hoc sequitur Ioann. de Imo. in dicto cap. Cumana, de electio. & est etiam de mente Domini Cardinalis, & Domini Abb. ibi idem sequitur hic Butr. dū dicit, quod si protestatio non fit simul cum actu, sed post actum, non valet protestatio, si ordinatur ad tollendum effectum facti præcedentis, nisi aduersarius expressè consentiat, & allegat l. cum in plures. §. locator horrei. ff. loca. secundum intellectum quæ approbat Barto. in dicto §. morte. & idem dicit, quando protestatio tendit ad tollendum aliquod consecutum ad factum, & de hoc dicit esse casum non cauillando, in l. fina. §. item si prædixerit. ff. nauar. caupo. stabul. Sed tu dic, quod ibi præcedebat actus, ex quo inducebatur obligatio in futurum: nam ex eo, quod quis assumpsit officium cauponis, vel similis tenetur hospites venientes recipere. l. prima, furt. aduersus nauar. caupo. stabula. Et ideo, quia de necessitate intendebat in illum contractum, vel quasi contractum, non valet protestatio, nisi pars expressè consenserit, & ita dicit Barto. in dicto §. morte, in columnis supra allegatis. & idem sentit in dicta l. pacta nouissima, vt supra declarauimus, dum recitauimus eius verba. & idem tenent Petrus & Cynum, & communiter Doctores in dicta l. pacta nouissima, & in dicto §. morte, & idem dicit Ioannes de Imola in dicto capitulo, Cumana. licet Barto. aliter videatur loqui & malè in dicto §. itè si prædixerit. sed Docto. sequuntur communiter illud quod dixi, & idem est vbi ageretur de tollendo alio iure aduersarij. & iste propriè est casus in dicto capitulo, Cumana. nam illi clerici & capitulum erant in quasi possessione iuris eligendi, & ideo necessariò fuit, quod consentirent protestationi canonicorum ad hoc vt eorum vox non valeret, nisi ad eos pertineret ius eligendi de iure, vel consuetudine. & hoc modo procedit glof. in dicto capitulo, Cumana. Sed Ioann. de Imola hic in penult. charta, in prima col. tenet contrarium, dicens quod ex quo aduersarius
 Alex. de Neuo super j. Decret. E 2 potest

Alex. de Neuo in primum Decretal.

potest contradicendo protestationi impedire effectum ipsius protestationis: ergo si non contradicit, videtur tacite consentire. arg. l. saepe. ff. de re iudi. allegat etiam quae notatur in l. filius. 107 ff. ad Maced. † vbi patet, quod quando cum patientia vel faciturnitate iungitur aliquis actus praambulus, inducitur tacitus consensus, etiam in actu praediciali: nam si pater intellexit filium velle recipere certam pecuniam mutuo per literas ipsius filij, si non contradicit, videtur tacite consentire. & idem dicit Ioan. de Imo. si recepisset ambasiatam per nuntium filij, quia paria sunt aliquid intimari per nuntium, vel per literas, vt in l. per liberam. §. fin. cum l. sequen. ff. de constitu. pecu. & in l. consensu. ff. de actio. & obligat. & notat illud dictum pro declaratione d. l. si filius. & sic Io. de Imo. fuit sibi contrarius, sed quod supra dixi communiter tenetur.

108 Et † ex praedictis dixit Butr. hic de facto consuluisse, cum quidam mercator haberet societatem cum quodam mercatore, protestatus est specialiter quibusdam, quod de gestis illius nolēbat teneri, nihilominus retinebat eum in societate, nec dissoluebat societatem, quod protestatio non iuuat eum, nisi illi quibus fuit protestatus expressē contēserint, & per hoc etiam allegabat l. si quis seruum. §. fin. & l. quotiens. ff. de pecu. quod tene menti. dicit tamen, quod licet non iusticiat simplex consensus tacitus, tamen si alius interueniret, quod induceret praesumptionem consensus iusticeret, puta, si reciperet literas protestantis, & eis non responderet, vt in dicta l. si filius, ff. ad Macedonia. & in clem. r. de procur. & per Barto. in l. quo enim. ff. rem rat. hab. & sic possit saluari opin. Ioan. de Imo. hic, de qua supra statim dixi.

Quarta conclusio est, quando agitur de obligatione notiter contrahenda, nec praecedit factum praebulum, quod necessitat ad obligationem. & hoc casu sufficit, quod ille cui fit protestatio non contradicat, quia ex quo aduersarius recipit factum, videtur recipere cum limitatione protestationis, vt in cap. cum olim. infra de censu. & hoc casu proprie loquitur lex, si fideiussor, cum glo. sua. ff. qui satisfac. cogan. nam fideiussor habebat priuilegium fori, & spontē fideiuebat, & ideo protestatio facta, quod non debeat vt priuilegio fori inducit renunciationem fori, si tacet & non contradicit protestationi. & istam conclusionem sequitur Dominus Cardin. & Ioan. de Imo. & Dom. Abb. in dicto cap. Cumana. † qui adducit simile de confessione qualificata, quae non potest pro parte acceptari, & pro parte reijci, vt not. in cap. bona. 2. de postulatio. prelat. & in cap. ex parte decani, de rescript. & in cap. cum venissent, de institut. & per Barto. in l. Aurelius, §. item quasi. ff. de libe. lega. idem in effectu tenet hic Butr. nam dicit, quod si protestatio est contemporanea cum actu, sufficit quod aduersarius non contradicat protestationi, vt videatur ei consentire. & ponit exemplum, si promitto tibi decem, & protestor, quod non promitto animo obligandi, satis est quod non contradicas, allegat l. obligationum substantia, in fi. & text. cum glo. 28. distin. cap. r. & cap. diaconi, ead. distin. Istud etiam fuit de mente Bar. in dicta l. pacta nouissima, in fi. dum dicit, quod in actibus necessarijs requiritur, quod pars consentiat expressē, secus in actibus voluntarijs, quae verba supra declarauit. & istae sunt verae & communes conclusiones in ista materia, licet Bart. in hac vltima conclusione videatur aliter distinguere in dicto §. morte, in 7. col. sed tene supra dictas conclusiones, quia sunt verissimae. Et ex hoc sum expeditus de quarto.

110 Venio ad quintum, scilicet † quando debeat fieri protestatio. & tex. in dicta l. si fideiussor. & in l. fin. §. item si praedixerit. ff. nauar. caupo. stabul. videtur velle, quod protestatio debet fieri in principio. sed vide Barto. in l. si ita scriptum. ff. de leg. j. vbi dicit, quod non refert vtrum protestatio, vel limitatio aliqua ponatur in principio vel in fine contractus seu facti, dum modo ponatur antequam contractus sit absolutus a partibus, vt in l. contractus, C. de fide instrumeto. & in l. 2. C. de aedilit. act. & idem dicit Ang. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. j. hoc etiam sentit hic Ioan. And. dum dicit, quod protestatio vestitur cohaerentia contractus, & sequitur hic Io. de Imo.

111 Nunquid autem possit protestatio fieri die feriato, vel in ecclesia. & in hoc dicendum, quod quantum ad effectum protestationis non vitiatur protestatio, quia est actus extraiudicialis, & non iudicialis. facit optimē quod notat glo. in cap. de cet. de immunit. eccles. in verbo, processus, nam etiam arbitramentum potest fieri in ecclesia, vel tempore feriato in honorem Dei, vt voluit Bald. in l. nemo martyres, C. de sacros. eccl. & Specu. in titu. de arbitro. §. r. versic. sed nunquid amicabile compositor. & ideo si talis protestatio fit solum vt aduersarius non possit allegare ignorantiam, poterit fieri die feriato, etiam in honorem Dei, & ita etiam seruatur in practica. sed si fit protestatio ad alium finem, puta, quod aduersarius aliquid faciat, vel soluat, an tunc possit fieri in ecclesia, vel die feriato in honorem Dei. de hoc vide Bart. in dicto §. morte. in vltima

charta, in 2. col. versic. videamus de loco congruo, per totam illam col. & per mediam col. sequentem. & ista sufficiant quo ad materiam protestationis, reliqua vide hic per Butr. & per Ioannem de Imo. in decem vltimis columnis. & per Barto. & scribentes in dicto §. morte. & in l. pacta nouissima. C. de pactis. vbi per Bart. Bald. & alios modernos, & per Bart. & Bald. in litem quia. ff. de pactis. & in l. j. C. de litem contest. & in l. Titia. §. penult. ff. de verbo. obligat. & per Barto. in l. pro herede. §. Papin. & in l. qui in aliena. §. fin. ff. de acquirenda heredita. vbi etiam per moder. per Bald. in l. j. in 4. col. C. de his qui pene nomine. & in tractatu de scisma. quem ponit in rubrica, C. si quis aliquem testa. prohib. & per Ioann. And. post Ioan. Monac. in regula, in generali. de regu. iur. in 6. & in cap. fin. de condi. appo. & per Ioan. de Ligna. in cap. Cumana, de electio. vbi hoc etiam tangit Innoc. & Ioan. And. & per Pet. de Anchar. qui refert Barto. de verbo ad verbum in clem. j. de excess. praela. & per Host. in summa huius titu. §. & quando constitutio. versic. & quia de protestatione.

In glo. in verbo, in canonicos receperunt. ista glo. quotidie allegatur, & est notabilis, & menti tenenda, dum dicit, 112 † quod aliud est canonica, aliud praebenda. Item dum dicit, quod laicus potest habere praebendam, licet non possit esse canonicus. Et in quantum glo. dicit, quod canonica est ius, quod prouenit ex electione, vel receptione in fratrem, & quod praebenda est, quae procedit ex institutione & officio: quia ex quo quis facit officium debet habere beneficium. Dominus Abbas dicit, quod glossa vult dicere, quod canonica est ius spirituale proueniens eo ipso, quod aliquis recipitur in canonicum, & praebenda est quid temporale debita canonico ratione officij canonice. Sed contra hoc opponitur de cap. dilecto, infra de praeben. vbi praebenda appellatur ius spirituale & indiuisibile. Dominus Abbas respondet, quod ille textus debet intelligi, quando praebenda habet annexum canonicatum. glo. vero est intelligenda quando praebenda per se subsistit: nam praebenda singulariter considerata consistit in mera temporalitate, quoniam ex bonis temporalibus constituitur. & ita intelligit Innocen. in cap. maioribus, de praeben.

113 Et ex hoc infert, † an in ecclesijs regularibus possint esse praebendae, seu portiones priuilegiatae, quae sint loco praebendarum, de quo remittit ad notata per Innocen. in c. dilectus, 2. de praeben. vbi etiam per Docto. & per Ioan. And. in regula, non est obligatorium, de reg. iur. in 6. in mercur.

114 Item quantum ad secundum, quod dicit gl. scilicet, † quod laici possunt habere praebendas in ecclesia. Comp. dicit hoc seruari in Francia in aliquibus ecclesijs pro laicis nobilibus infirmis vel pauperibus, vel ratione alicuius seruitij temporalis, pro hoc allegat Dom. Abb. 16. quaestio. r. cap. possessiones.

115 † vbi probatur, quod ecclesia potest concedere vsum fructum alicuius possessionis, nam bona ecclesiarum vel clericorum sunt communia pauperibus, 16. quaestio. r. cap. fin. & 23. quaestio. vni. conuenior. Sed ego vidi seruari in pluribus ecclesijs, quod magistris clericorum docentibus ipsos in Grammatica assignantur praebendae in stipendium suae mercedis, etiam si tales magistri sint laici. & ita seruatur hic in ecclesia Paduana, & vidi seruari etiam in ciuitate mea. hoc tamē procedit quando talis praebenda non est annexa canonice, secus si esset annexa canonice, quia tunc non posset conferri, nisi canonico, seu illi cui confertur canonicatus. Immo plus dicit Innocentius, quod per collationem talis praebendae intelligitur etiam collatus canonicatus. argumen. capit. translati, supra eod. & hoc sequuntur hic communiter Docto. sequuntur etiam Butr. Dom. Abb. & Ioan. de Imo. quia tamen dicit, quod cautius & decentius est, quod fiat collatio praebendae cum plenitudine iuris canonice, vt in cap. proposuit, de concessione praeben. & subdit, quod illud quod supra dictum est, tenet Archidiacono. in capit. eum qui. de praeben. in 6. & Moder. maxime Guiliel. & Zenzeli. in clem. fin. de praeben. & Domini de

116 Rota. in vltima decisio. Ex his etiam dicit hic Bald. † quod si Papa confert canonicatum, videtur conferre praebendam, & econuerso, quia vnum trahit ad se reliquum ratione connexionis, & cuiusdam vnionis. & subdit, quod sufficit, quod in literis Papae fiat mentio de altero. pro hoc optimē facit capit. mandatum, de rescript. vbi in literis Papae solum fit mentio, quod recipiatur in canonicum & confratrem, & tamen intelligitur, quod etiam conferatur ei praebenda. Quandoque tamen in literis, seu in rescripto exprimitur vtrumque, vt in capit. eam te. de rescrip. & haec verba Bal. tene menti, quia sunt 117 notanda. Ex his etiam infert Bal. † quod si doctiori conceditur lectura, videtur promissum salarium consuetum attribui illi lecturae. arg. l. licet. C. loca. hoc tamen dicit esse verum, si salarium erat lecturae ordinarię deputatum, secus si pendebat ex arbitrio superioris. argumen. dictae legis, licet. nam quae incerta sunt, promitti non videntur. l. salarium, C. mandati l. Scio.

l. Scio. §. medico. ff. de auro & argen. lega. Ex hoc etiam infert, quod si Doctore deputata iunt scholæ magis honorabiles, quod ille Doctor videtur deputatus ad principalem lecturam, seu ad primum locum lecturæ. & in hoc effundit multa verba, super quibus me ulterius non extendo.

Nunquid autem laici vel clerici sæculares possint in monasterijs habere præbendas, vide tex. notabilem in cap. ea quæ. §. ult. infra de statu regul. & ibi etiam not. per Doct. Item no. glo. in fi. quia vult, quod licet minor quatuordecim annis, maior tamen septennio possit esse canonicus, non tamen debet habere vocem in capitulo, de quo vide per glof. penult. in cap. si eo tempore, de rescrip. in 6. & ibi per Dominum Dominicum. † hodie tamen non existens in sacris non habet vocem in electionibus, vt in clemen. vt hi qui. de ætate & quali. Quid autem de laicis conuersis, vide bonum tex. cum glof. in cap. ex eo quod. iuncta glof. in. de electio. in 6. vbi habetur, quod non habent vocem, nisi aliud sit de consuetudine.

Sed Ioan. de Imo. contra id opponit de clemen. vt hi qui. de ætate & qual. vbi videtur reprobari consuetudo, quod non existentes in sacris habeant voces in electionibus. & Ioan. de Imo. soluit duobus modis.

Primò, quod hodie non valet consuetudo, vt laici conuersi habeant vocem. sed ista solutio sibi non placet, quia correctio est vitanda, vt in cap. expediat, de elect. in 6.

Secundò soluit, quod clemen. vt hi, qui. loquitur de his qui sunt deputati ad seruendum diuinis officijs, vt patet in principio illius clem. nam in illis non valet consuetudo, quod non existentes in sacris habeant vocem, secus in laicis conuersis, qui non sunt deputati ad seruendum diuinis officijs, vt illa celebrent, quia in illis non loquitur illa clemen. quod dicit tenendū menti. Sed tu etiam tene menti hoc dictum Ioan. de Imo. in quantum vult, quod non valet consuetudo in clericis sæcularibus, vt non existentes in sacris habeant vocem in electionibus: nam in multis ecclesijs est talis consuetudo, & præsertim in ista ecclesia Paduana, in qua canonici non existentes in sacris ex consuetudine habent vocem: nam talis consuetudo non valet, & ipsa non obstante debent prohiberi quominus dent vocem in electionibus, de quo tamen vide per Doct. in d. clem. vt hi qui.

In glof. in verbo, nihil perciperent. dum opponit de cap. dilectus filius, infra de præben. Dom. Abbas dicit, quod non probatur, quia ibi non dicitur quod commissæ fuerit simonia, sed dicitur quod factum legati fuit illicitum. sed dicit, quod dictum glof. optimè probatur per cap. per tuas, el. 3. infra de simo. vbi patet, quod si præsentandus promittit se nunquam petere aliquam portionem in ecclesia, committitur simonia. Sed glo. soluit hoc contrarium duobus modis.

Prima solutio est, quod si fuisset actum inter partes, quod nihil omnino perciperent, simonia fuisset commissæ, sed hoc non fuisset actum: sed tantum intelligebant, quod de præbendis diuersis nihil perciperent. Ex ista solutione colligunt But. & Ioan. de Imo. quod valet pactum nec committitur simonia, quando in pactum deducitur illud quod est de iure communi. facit quod notatur de elect. significasti. & de præben. significatum. & cap. relatum. & 7. quæst. 1. pastoralis, & 8. quæstio. 3. in summa.

Secunda sol. est, quod nullum pactum interuenit, sed canonici simpliciter elegerunt illos, ita quod de præbendis diuisis nihil perciperent. Innoc. verò hic dicit, quod canonici faciendo statutum siue bonum siue malum, non incurrunt simoniam, licet peccent quando statutum est malum.

Secundò dicit, quod receptio simpliciter facta non habita commemoratione statuti non inducit simoniam. & ita potest intelligi iste tex. quia vt patet in principio cap. M. dixit in petitione pro se & locijs, quod fuerunt recepti nullis præbendis assignatis. Nec obstat, quod procurator canonicorum in responsione dixerit, quod fuerunt recepti duo ad vnam præbendam vacantem, & alij duo sine præiudicio constitutionis &c. quia ista sunt verba partis, quæ non disponunt, vt dixi super glof. 3.

Tertio dicit Innoc. quod si postea cum canonici nunciauerunt etiam statutum, & ipsi tunc illud seruare promitterent esset simonia. 3. quæst. 3. Arraldus. & 1. quæst. 2. quæ pio. & dicit Hostien. quod etiam consuetudo non excusaret, vt in cap. veniens, & in cap. sicut pro certo. infra de simo. Dicit tamen hoc esse verum quando talis consuetudo esset introducta pro commo. & spiritali commo. dummodo & diuino cultu, vt j. de præb. significati. & in c. Iacobus, de simo. vbi de hoc.

Quartò dicit Innoc. quod si tempore receptionis non esset facta commemoratio statuti non puniretur, nec committeretur simonia, licet seruarent statutum, quia licet unicuique ius suum postponere, vt in cap. ad Apostolicam, de regula. & in

l. si quis conscribendo, C. de pact. & cum his dictis Innoc. & Hostien. transit Ioan. And. & communiter Doct.

Et ex his dicit Butr. quod si deducatur in pactum illud quod est debitum ex statuto vel alio iure speciali, si tale debitum debet applicari in aliquam vtilitatem spirituales, vel ad fabricam ecclesiæ pactum valet, nec continet simoniam, nec vitatur concessio iuris spiritualis propter pactum vel commemorationem talis statuti habitam tempore receptionis, per illud quod habetur in c. veniens, & in cap. Iacobus, præallegatis.

Dicit etiam, quod si reciperentur in canonicos sine commemoratione talis statuti, licet ex postfacto aliquid petatur virtute talis statuti, non vitatur receptio nec collatio, licet statutum fortè de se non sit æquum. & istud etiam est de mente Innoc. Hostien. & Ioan. And. vt patet ex his quæ supra dixi, & sequitur etiam Ioan. de Imo. D. etiam Abb. sequitur prædictas conclusiones, excepto quod dicit, quod non valet statutum, vt aliquid detur tempore receptionis, & mouetur per tex. 1. quæst. 3. ex multis. vbi tex. dicit nihil debere exigere a beneficiato, etiam vt illud conuertatur in fabricam ne beneficia videantur precio concedi. Dicit tamen, quod valet consuetudo, quod beneficiandus aliquid det. . . . * * *

Hic multa desunt.

S V M M A R I V M .

- 1 Iurisdictio delegata ad personas in rescripto non comprehensas prorogari non potest.
- 2 Debitor conueniri potest, si non soluit in loco, & termino promisso. atque ad interesse conueniri potest, & vbiunque forum sortiatur. nu. 15.
- 3 Verbum, Concedo, ad contractum in quo transfertur dominium adaptatur: propriè tamen non importat dominij vel iuris translationem; differtq; a verbo, Cedo.
- 4 Contractum implere quis non dicitur, nisi soluat in loco destinata solutionis, & in termino præfixo.
- 5 Factum implere & scire, non sufficit, nisi circumstantiæ etiam & qualitas eius impleantur & sciantur.
- 6 Obligare se quis potest apud eum, qui ad penam excommunicationis & interdicti iurisdictionem habet.
- 7 Verba, volumus prorogare iurisdictionem talis iudicis significant, ac si diceretur, prorogamus illius iurisdictionem.
- 8 Excommunicatio contra personam fertur, interdictum contra locum.
- 9 Sententia censura lata a non suo iudice, non valet, licet aliis habeat iurisdictionem, & quando dicatur lata a non suo iudice.
- 10 Iudex, si ex auctoritate ordinaria potest aliquem excommunicare, si ex auctoritate delegata quam non habet hoc facit, nulla est excommunicatio.
- 11 Sententia quod sit lata a iudice incompetenti etiam omnibus exceptionibus nullitatis sententiæ sublatis per ius commune vel statutum, semper opponi potest.
- 12 Delegatus conuentionem coram se factam exequi potest, quando illo consonat illis, quæ delegatus habet ex officio expedire.
- 13 Iurisdictio delegata ex concursu ordinariæ iurisdictionis non inuatur, nec efficitur maioris potentie.
- 14 Iurisdictio delegata de persona ad personam delegari non potest, etiam altero litigantium expresso in rescripto. Quid in delegata ad vniuersitatem causarum.
- 15 Contrahere fictè & verè, quis dicatur.
- 16 Interesse non habetur, si actor mercari consuevit, & quia pecunia non fuit soluta in loco, non potuit facere lucrum ex mercantia.
- 17 Interesse intrinseci & extrinseci ratio habetur in actione arbitraria, & eius quod in damno, seu lucro consistit, etiam si excedit modum legitimum usurarum.
- 18 Interesse intrinsecum & extrinsecum, quid.
- 19 Actor non recipit debitum, nisi sibi soluat interesse: nam recipiens debitum, non potest petere interesse damni, nisi in contractu illud promississet.
- 20 Actor si petit in loco non destinata solutionis reo ad interesse tenetur, quia loci vtilitatem aufert.
- 21 Interesse actoris & rei compensatio vsque ad concurrentem quantitatem fieri debet.
- 22 Reus si fuisset in mora, vtrum habeatur ratio interesse rei, si conuentus sit in loco non destinata solutionis.
- 23 Actor si non posset ire, vel mittere ad locum destinata solutionis propter instam causam, potest lapsa tempore petere debitum alibi & interesse, & si reus non fuisset in mora.
- 24 Certi conditio est speciale nomè actionis, & quare arbitraria appellatur.
- 25 Certi conditio est triplex.
- 26 Actiones stricti iuris & bonæ fidei, quæ dicantur, & diuersæ res comprehenduntur, & quomodo differant.
- 27 Actiones quædam stricti iuris, quare arbitrariæ appellantur.
- 28 Iudex in actionibus bonæ fidei latiores habet habenas, quam stricti iuris.

Alex. de Neuo super j. Decret.

E. 3

Arbi-

Alex. de Neuo in primum Decretal.

- 30 Arbitrarijs in actionibus ratione loci in vno erant amplioris nature, quam actiones bonæ fidei, in quibus locus non erat appositus.
- 31 Interesse damni extrinseci & lucri, a moroso debitore peti potest: & quot modo intelligatur interesse lucri.
- 32 Interesse non venit iure actionis, nec est in obligatione, quando petitur species vel quantitas ex contractu bonæ fidei, sed officio iudicis.
- 33 Pacto, an quis possit se obligare, vt possit excommunicari, seu interdici, non seruata solemnitate cap. sacro, de sent. excomm. & vide nu. 43. Et an possit specificè laicus ad sententias censuræ apud alienum iudicem ecclesiasticum, cuius iurisdictionem ordinariam prorogare potest. num. 44.
- 34 Promittens soluere aliquid intra terminum, & si non soluerit consentit quòd iudex ex iuramento communicet, an contraveniens excommunicari debeat.
- 35 Excommunicatio ferri non debet ab homine propter culpam, sed propter contumaciam subsistentem, secundum tempus ferendæ sententiæ excommunicationis.
- 36 Iudex si fert sententiam contra debitorem, vt si non soluerit intra mensem, sit excommunicatus, an incidat in excommunicationem, si iuste impeditus soluere non potuerit.
- 37 Sententia, vt nulla reddatur, oportet quòd error sit ita patenter expressus, quòd oculo corporali videri possit.
- 38 Excommunicatus non intelligitur quis, si non venerit iuste impeditus intra certum diem sibi datum sub pœna excommunicationis. Et quid si dictum sit, si non veneris tali die, &c.
- 39 Sententia in genere lata, quòd omnes non soluentes collectas excommunicentur, vel quid simile, an ligentur impotentes ad soluendum.
- 40 Excommunicatio pro futuris culpis, an & quando ferri possit.
- 41 Obligari quis an & quando possit sub pœna priuationis beneficii sui.
- 42 Potestates duæ vbi in eadem persona concurrunt electa, attenditur in actu gesto coram eo.
- 43 Excommunicandi potestas, an & quando prorogari possit. Et an & quando requiratur consensus proprii iudicis, vt possit talem potestatem prorogare in iudicem ecclesiasticum.
- 45 Excommunicare, quid sit principaliter.
- 46 Prorogatio est iurisdictionis extensio.
- 47 Precarium ad tempus concessum. Item locatio prorogari potest.
- 48 Prorogatio de tempore ad tempus qualis, & quot eius requisita.
- 49 Iurisdictione iudicis ordinarij prorogari, an possit de tempore ad tempus.
- 50 Prorogatio est simpliciter facta eo tempore quo durat iurisdictione iudicis, & deinde antequam causam expediat finitur, nunquid successor sit iudex in causa prorogata.
- 51 Arbitri potestas a conuentione partium dependet.
- 52 Arbitrator si in mora fuerit, iterum compromissum suscipere potest hoc partibus volentibus.
- 53 Arbitrator si ei data est potestas prorogandi tempus compromissi, an possit illud pluries prorogare vel ad longum tempus, & an ad longius primo.
- 54 Arbitrator cum potestate vt possit prorogare compromissum semel & pluries, & totiens quotiens sibi videbitur, vltra trimam vicem non prorogat.
- 55 Prorogatio de re ad rem quomodo fiat, & eius requisita. Et ratio differentie prorogationis de tempore ad tempus a prorogatione de persona ad personam, vel de re ad rem.
- 56 Iudex vbi in substantia iurisdictionis errat, non valet eius processus: secus si in qualitate.
- 57 Prorogatio de re ad rem respectu maioris quantitatis, an fieri possit, & in ordinaria & delegata iurisdictione procedit.
- 58 Iurisdictione delegata est particularis, ordinaria verò vniuersalis quo ad territorium iurisdictionis.
- 59 Scientia certa, an error presumatur.
- 60 Iudex citando non sibi subditum, nec comparentem, si propter eius contumaciam procedat ad vltiora, non valet processus.
- 61 Prorogationis species tres vltra alias a Doctoribus relatas.
- 62 Prorogatio de loco ad locum, quomodo fieri debeat.
- 63 Iudicis territorij expressus consensus, an requiratur ad quem prorogatur iurisdictione.
- 64 Iurisdictione coheret territorio, vt iudex extra illud censeatur priuata persona.
- 65 Processus factus ante petitam licentiam, est ipso iure nullus.
- 66 Iudex nunquid inuitis subditis possit cognoscere inter ipsos in alieno territorio iudice loci prebente consensum, & an ipsorum expressus consensus requiratur. nu. 67.
- 68 Prorogatio casus ad casum, quæ: & an fieri possit.
- 69 Iudex appellationis ab interlocutoria, an possit ante iustificatam appellationem de partium consensu cognoscere de causa principali.
- 70 Prorogatio de causa ad causam, an & quando fieri possit.
- 71 Iudex si est deputatus ad causam mercantiæ, an possit in eum prorogari iurisdictione in alijs causis, quam mercantilibus.
- 72 Iudice deputato vt coram eo fiat insinuatio testamentorum non potest se de alijs intrmittere, nec alij iudices de insinuatione testamentorum.
- 73 Iurisdictione iudicis vnius portæ, seu quarterij per subditum iudicis alterius portæ, non prorogatur, si quelibet portæ, seu quarterium habet suum iudicem deputatum.
- 74 Prorogatio in causa criminali, an & quando fieri possit in non suum iudicem.
- 75 Prorogatio fieri potest in iudicem habentem potestatem cognoscendi de causis ad merum & mixtum imperium pertinentibus.
- 76 Delegatus cum clausula, appellatione remota, si iurisdictione eius prorogatur in causa prorogata procedet appellatione remota.
- 77 Causa commissa, vt iudex de plano & sine strepitu & figura iudicij procedat, si prorogetur eius iurisdictione in iurisdictione prorogata eo modo procedat.
- 78 Laici duo si prorogant iurisdictionem Episcopi, Episcopus debet causam prorogatam determinare secundum Canones, & non leges.
- 79 Delegatus reuocato, seu extincto, nunquid censeatur reuocata seu extincta iurisdictione prorogata.
- 80 Delegatus iudex, an remaneat ille, cui dum canonicus esset, erat per Papam causa delegata, & postea desit esse canonicus.
- 81 Iurisdictione legati si est prorogata, dein reuocetur, vel finiatur legatio, an expiret.
- 82 Iurisdictione ordinario si additur in certis casibus, an censeatur ordinaria ei addita.
- 83 Statuto stante, quòd arbiter electus diffiniat causam intra mensem, alijs incidat in penam centum duc. an si est prorogatum compromissum incuratur in penam.
- 84 Clericus q non possit prorogare iurisdictionem in iudicem secularem etiam de consensu Episcopi, vel in ecclesiasticum, nisi de sui Episcopi licentia, quomodo intelligatur.
- 85 Episcopi consensus expressus, quando clericus litigat coram ecclesiastico non suo, nunquid requiratur.
- 86 Episcopus nunquid possit consentire in iudicem non suum sine consensu proprii metropolitani.
- 87 Laicus nunquid prorogare possit iurisdictionem in spiritualibus sine consensu proprii Episcopi.
- 88 Laicus, quòd debeat habere consensum proprii Episcopi, vel iudicis, in proroganda iurisdictione alterius, iure cautum non reperitur, nisi in feudalibus.
- 89 Laicus de temporali iurisdictione ecclesiæ, an possit prorogare iurisdictionem in iudicem laicū, qui non sit de temporali iurisdictione ecclesiæ.
- 90 Iudex superior prorogantium, nunquid impedire possit prorogationem.
- 91 Iurisdictione voluntaria, an possit prorogari.
- 92 Papa non potest legitimare laicum sibi non subditum quo ad temporalem iurisdictionem ecclesiæ sine consensu Principis.
- 93 Causæ criminales delegari non possunt secundum ius ciuile, in eis tamen fit prorogatio.
- 94 Prorogatio in non reseruatis Principi fieri potest in iudicem habentem similem potestatem.
- 95 Statuto Florentiæ stante, quòd quicumque de collegio aduocatorum possit filium emancipare, contigit quòd aduocatus emancipauit filium coram alio aduocato auctoritatem suam interponente, emancipatio non valuit.
- 96 Tabellionis officium, nunquid possit prorogare de vno officio ad aliud.
- 97 Officiales duo si sint ad idem tribunal, si vnus incipit causam examinare, idem debet proseguere.
- 98 Prorogatio per quem actum fiat, vbi per casus discurritur.
- 99 Iurisdictione alicuius, si sit prorogata, an videatur prorogata non solum quo ad potestatem cognoscendi, sed etiam sententiandi; & an etiam exequendi. num. 100.
- 100 Prorogatio quot requirat.
- 102 Prorogatio metu facta est ipso iure nulla, cum in ea liber consensus requiratur, vt in matrimonio & dote metu promissa.
- 103 Iudicia per tyrannos agitata, ipso iure nulla sunt.
- 104 Iurisdictione in iudice saltem in habitu, vt in iudicibus chartularijs, vt possit prorogari quo ad exercitium, quid autem si est dubium de iurisdictione. nu. 105.
- Notarius, seu iudex chartularius, quis & quid possit. ibid.
- 106 Iurisdictione si superuenit, nunquid conualidetur prorogatio facta ante superuenientiam illius.

C A P. IX.

Hæc decretalis est famosa, & habet materiam difficilem & longam. & hoc dicitur. Jurisdictione delegata ad personas in rescriptis non comprehendas prorogari non potest. hoc dicitur. Diuiditur in quatuor partes: In prima ponitur prorogatio iurisdictionis. In secunda cassatio sententiarum prolatarum virtute iurisdictionis prorogatæ. In tertia respondet tacitæ obiectioni. In quarta rationem assignat. secunda ibi, quas huius occasione. tertia ibi, cum & sialias. quarta ibi, cum huiusmodi.

2 Nota primò ÷ debitorem posse conueniri si non soluit in loco & termino promisso, & non solum potest peti debitum, sed etiam vt satisfaciatur interesse, ex eo quod non soluit in loco & termino promisso, de quo latius dicam super glossa prima.

Secundo

- 3 Secundo no. ibi, concessum ab eis mutuum, † quod verbū, concedo, aliquando adaptatur ad contractum, in quo transfertur dominium, nam in mutuo transfertur dominium. dicitur enim mutuum ex eo, quod de meo fiat tuum. l. 2. §. appellata. ff. si cer. pet. Propriè tamen loquendo verbum, concedo, non importat translationem dominij, vel iuris, vt quando aliqua res commodatur alicui, vel datur precario. & vide glo. & Bart. in l. fin. ff. de donat. qui facit differentiam inter verbū, cedo, & verbum, concedo, & bonam glo. in cap. quamquam. in verbo, titu. de vsur. in vj. & Dom. Domin. super ea. & vide But. in cap. vlt. de iure patron. & in cap. ad audientiam, de præscrip. & in cap. si confiterit, de accusat. Tamen quantum ad istum tex. potes dicere, quod ideo hoc verbum, concessum, si significat translationem dominij propter contractum mutui, de cuius natura est, vt transferatur dominium. & vide tex. no. tab. & ibi Bal. in cap. Titius, si de feu. fuerit controu. vbi dicit, quod si præcedit titulus aptus ad translationem dominij in re corporali, vel vtilium actionum in iure incorporalij, tunc verbum, concedo, importabit translationem dnij, vel translationem vtilium actionum. & ideo dic, quod aut verbum, cōcedo, apponitur in contractu, de cuius natura est, vt transferatur dominium, vel vtilis actio, & tunc intelligitur secundum naturam contractus. Aut verbum, concedo, profertur simpliciter, & de per se, verbi gratia, si dico, cōcedo tibi talem rem, & tunc non importat translationem alicuius iuris, nisi aliter appareat de mente contrahentium.
- 4 Tertio nota ibi, non per soluit. † quod quis non dicitur implere contractum, nisi soluat in loco destinata solutionis, & in termino præfixo.
- 5 Ex quo inferunt But. & Ioan. de Imo. † quod non sufficit implere factum, nisi etiam impleantur circumstantiæ per partes adhibita circa ipsum factum. facit quod not. glo. in capit. concertationi. in verbo, sciuerit. & Dom. Domin. super ea, de appell. in vj. vbi dicit, quod non dicitur quis scire factum, nisi etiam sciat qualitatem facti, de quo dixi in capit. cum vicefimum, infra eod.
- 6 Quarto nota, † quod quis potest se obligare apud eum, qui habet iurisdictionem ad pœnam excommunicationis, & interdicti: nam hic annullantur istæ sententiæ solum ex defectu iurisdictionis, quia iurisdictione istius delegati non potuit prorogari.
Ex quo inferunt Do. Abb. quod ordinarius potest vigore huius prorogationis in eum factæ procedere ad sententiam excommunicationis, & ad alias sententias censure in subditum alterius. & dicit istum tex. sic intellectum semper tenendum menti, quia communiter Doct. videntur tenere contrarium, de quo infra dicam super glo. in verbo, sententias promulgatas.
- 7 Quinto nota ibi, voluit prorogare. secundum But. & Do. Cardin. † quod per ista verba, volumus prorogare iurisdictionem talis iudicis, inducitur prorogatio iurisdictionis perinde, ac si diceremus iurisdictionem talis iudicis. facit quod no. in simili, in cap. ex literis, de sponsa. & ex ibi not. potest colligi, an hoc etiam sit verum, de quo etiam per Bart. & Legistas in l. serui electione. ff. de leg. j.
- 8 Sexto nota ibi, excommunicationis in personam, & interdicti sententiam in terram, &c. † quod excommunicatio fertur contra personam, interdictum vero contra locum, quandoque tamen persona particularis interdicitur, ut si alicui interdicitur ingressus ecclesiæ, vt supra eod. ex literis, & in cap. is cui, de sent. excomm. in vj. de quo etiam vide bo. tex. & glo. in cap. præfenti, eod. tit. & lib.
- 9 Septimo nota ibi, decernimus non valere, † quod sententia censure lata a non suo iudice non valet, licet alias habeat iurisdictionem, & hoc probatur hic intelligendo tex. ibi, & si alias iurisdictioni præesse dicaris, quod iste Abbas dicebatur habere iurisdictionem ordinariam, & ita intelligit glo. hic in verbo, iurisdictioni. sed si intelligitur, quod iste dicebat præesse iurisdictioni etiam delegatæ, prout intelligit Butr. tunc non probaretur hic istud dictum, tamen intellectus communiter tenetur per Doct.
- 10 Ex quo inferunt notabilis conclusio, † quod iudex ex auctoritate ordinaria potest aliquem excommunicare, si excommunicat ex auctoritate delegatæ, quam non habet, licet putet se habere, excommunicatio est nulla. & ista est notabilis exceptio ad cap. atsi clerici, de iudic. & ad totum titulum. C. si a non compet. iud. in quibus dicitur, quod sententia lata a non suo iudice, quando non est iudex ex causa, ex qua tulit sententiam, licet habeat iurisdictionem ferendi illam sententiã ex alia causa. & sic etiam intelligas glo. singularem in clem. j. in glo. fin. de sequestr. possess. & fruc. quæ dicit, quod semper potest opponi, quod sententia sit lata a iudice non competente, etiam si omnes exceptiones nullitatis sententiæ sint sublatae per ius commune, vel per statutum. nam illa glo. procedit, etiam si esset iudex competens ferendi illam sententiam ex alia causa.
- 12 Octauo nota, † quod delegatus potest exequi conuentionem coram se factam, quando illa conuentio consonat illis, quæ delegatus habet expedire ex officio, vel quando ordinatur in finem executionis illius, quod principaliter est commissum: nam si ista conuentio valuisset, & per eam fuisset prorogata iurisdictione, valuisset executio conuentionis. Executio enim conuentionis est, vt si non soluat infra terminum excōmunicetur, & interdicitur eius terra. facit quod habetur in c. ueniens. infra de accusat. & in cap. prudentiam. §. sexta. supra eod. secus si conuentio non consonaret illis, quæ habet delegatus ex officio expedire, nec tenderet ad executionem illius quæ principaliter est commissã ipsi delegato, vt not. Doct. supra eod. si quando. & ibi dixi.
- 13 Nono nota, † quod iurisdictione delegata ex concursu ordinariæ iurisdictionis non iuuatur, nec efficitur maioris potentia, & hoc probatur hic intelligendo, quod iste Abbas alias haberet iurisdictionem ordinariam.
Ex quo inferunt Ioan. de Imo. quod debet considerari causa, quæ mouet disponentem, seu actum facientem: nam iste Abbas habebat iurisdictionem ordinariam, cuius ratione valuisset prorogatio iurisdictionis, tamen quia non fuit prorogata iurisdictione ordinaria, sed delegata, non valuit prorogatio. facit quod habetur in capit. ex parte, infra de concess. præben. & in c. cum ex officij, de præscrip.
- 14 Vltimo nota, † quod iurisdictione delegata non potest prorogari de persona ad personam, etiam si alter ex litigantibus sit expressus in rescripto, nam P. & G. qui erant creditores istius laici fuerant expressi in rescripto, sed glo. iuris ciuili in l. i. ff. de iudi. secundum Dom. Abb. posuit unam singularem limitationem ad istum tex. dicit enim, quod iurisdictione delegati ad vniuersitatem causarum potest prorogari de persona ad personam, & dicit, quod cum illa glo. pertransit Bart. ibi. sed iste tex. multum facit in contrarium, secundum eum, dum in fine dicit indistincte, quod iurisdictione delegati nō potest prorogari de persona ad personam. dicit tamen, quod si quis uellet substinere illam gloss. posset respondere ad istum tex. s. quod hic loquitur, quando fuit facta delegatio certa causa. pro hoc facit in fine. cum huiusmodi iurisdictione delegata &c. quasi se restringat ad casum istum. s. quando certa causa est delegata, sed in effectu residet Dom. Abb. quod iurisdictione delegata in distincte non potest prorogari, quia nullibi probatur oppositum, & quia ille tex. loquitur indistincte, & quia in utroque casu est eadem ratio, sed ego credo opin. illius gloss. esse uerorem. s. quod iurisdictione delegata ad vniuersitatem causarum possit prorogari, quia cohæret territorio, sicut iurisdictione ordinaria: puta si Papa committat alicui omnes causas, quæ aguntur in tali castro, uel in certa parte alicuius dioecesis: tunc enim, quia nulla persona est expressa in rescripto, seu vniuersitas causarum, non videtur prohibita prorogatio, quia uerba rescripti videntur cōprehendere causam illius personæ, quæ prorogat iurisdictionem: verum est enim dicere, quod agatur in illo castro, vel in illa parte dioecesis. Itē iurisdictione delegata ad vniuersitatem causarum, & iurisdictione ordinaria regulariter equiparantur, vt dicit glo. in cap. cum causam, infra de appell. & Hostien. supra eo. quoniam Abbas, & glo. & Bart. in l. Pomponius si vni. ff. de re iudic. nec reperitur expressum contrarium. s. quod iurisdictione delegata ad vniuersitatem causarum non possit prorogari, ergo debemus stare regulæ, ex quo nō habemus contrarium expressum. Nec obstat iste tex. qui expresse loquitur in delegato ad certam causam.
In glo. prima diuide ipsam in quinque partes.
In prima loquitur, quando reus non soluit in termino promisso in loco destinata solutionis.
In secunda, quando actor petit in alio loco.
In tertia, an hæc actio contineat vtilitatem actoris, & rei.
In quarta, quare appellatur actio arbitraria.
In quinta, an in cōtractibus bonæ fidei actio sit arbitraria.
- 15 In prima parte gloss. dic pro declaratione, † quod si aliquis promittit soluere pecuniam mutuam in certo loco, si non soluit iuxta formam conuentionis potest conueniri in quocunque loco fortiatum forum, vt dicit glo. & Doct. in l. i. ff. de eo, quod cer. loco. vnde si promissisti mihi soluere Bononiæ, & non soluis in termino, & habes domicilium Paduæ, possum te conuenire Paduæ, licet te possim cōuenire Bononiæ, cum censearis ibi contraxisse ratione destinata solutionis. l. contraxisse. ff. de actio. & oblig. † dic tamen, quod quis censeatur contrahere in loco destinata solutionis sicte, sed in loco vbi proferuntur verba contractus, dicitur verè contrahere, vt dicit glo. quæ reputatur singularis in l. cum qui. §. Iulianus. ff. de constit. pecun.
- 16

Alex. de Neuo in primum Decretal.

Modò ad propositum, si tu non soluisti Bononiæ in termino, potero conuenire te in loco ubi habes domicilium, & implorare officium iudicis, vt condemneris mihi ad interesse. s. quãti mea interest pecuniam solutam fuisse Bononiæ. & hoc est, q̄ vult dicere glo. & dum dicit glo. q̄ tenetur ad interesse, quia abstulit vtilitatem loci, videtur sentire, q̄ habeatur ratio lucri cessantis. & de hoc est bon. tex. in l. non vtiq̄. §. si. cum

17 l. seq. ff. de eo quod cer. loco. vbi probatur, q̄ habetur ratio interesse, si actor consuevit mercari, & quia pecunia non fuit soluta in loco, non potuit facere lucrum ex mercantia. Dicit tamen Paul. de Cast. in præall. l. non vtiq̄. §. nunc de officio. q̄ non sufficit probare, quod consueuerim mercari, & facere lucrum ex mercantia, nisi ostēdam, quod fuissem lucratus si habuissem pecuniam in termino, vt quia mercatiam habui præmanib. quam emere non potui, quia non habui pecuniam, aliàs nõ sufficeret probare, q̄ consueuerim negociare & lucrari, non enim sequitur secundum eum, aliàs fui lucratus: ergo similiter fuissem lucratus si pecuniam habuissem, quia multa potuissent accidere, quod lucratus non fuissem. l. naturalem. §. 1. ff. de acquir. re. dom. & sic non esset lucrum certum, & ad hoc allegat not. per Bart. in magna dist. in l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod interest. & no. bene ista verba, & vide quæ notantur in c. dilecti. j. de foro comp. & in c. conquestus. & in

18 cap. fin. j. de vsur. Item dic, q̄ in actione arbitraria habetur ratio interesse intrinseci & extrinseci, & etiã eius quod consistit in damno seu lucro, etiam si excedat modum legitimum vsurarum, vt est casus in d. l. non vtiq̄. §. fin. ff. de eo quod cer. lo. & hoc etiam not. Paul. de Cast. in d. §. nunc de officio. & Ange. de Are. Inst. de actio. §. præterea quasdam. in 7. charta, in 2. col. vers. item ad alium finem. Declaro, q̄ quod sit interesse intrinsecum & extrinsecum: nam interesse intrinsecum est illud quod concernit æstimationem, seu valorem rei. exemplum, promissisti soluere decem modia frumenti Bononiæ, pro quibus dedi tibi decem florenos: quia non soluisti in termino, oportuit me emere maiori p̄cio, istud est interesse intrinseci. Extrinsecum verò interesse est illud quod est extra rē, nec concernit æstimationem seu valorem rei. exemplum, quia nõ soluisti pecuniam in termino, non potui soluere creditori, cui eram obligatus sub pena, vel quia non potui ei soluere in termino, vendidi domum vel fundum sibi datum in pignus, istud est interesse extra rem, quia non agitur de æstimatione seu valore rei, sed de alio damno intrinseci. & de hoc interesse extrinseci & intrinseci habetur in l. j. C. de senten. quæ pro eo

20 quod interest. q̄ Debet tamen actor esset cautus, vt non recipiat debitum, nisi sibi soluatur interesse: quia si reciperet debitum, non posset postea petere interesse damni vel lucri, vt in l. 4. C. de pos. & in l. 3. §. idem Iul. & in l. fin. ff. de eo quod certo loco. Ideo cautela est, quod ille cui debebat solui mutuum vel alia res, si non est facta solutio in loco & termino secundum formam conuentionis, vt non recipiat debitum, nisi etiam sibi soluatur interesse: quia si reciperet simpliciter, non posset postea petere interesse, vt probatur in dictis iuribus. hoc tamē intelligo, nisi reus in contractu per stipulationem promississet damnum & interesse, si non solueret in termino in loco destinata solutionis, etenim interesse potest peti iure actionis poterit peti etiam soluto debito principali, vide glo. & Bart. in l. non solum. ff. de rei vindicat. & in l. si res, seu in l. 3. §. si res. ff. de legat. 3.

21 In secunda parte glo. hæc gl. in effectu dicit, q̄ si actor petit in alio loco, quam in loco destinata solutio. tenetur reo ad interesse, quia ei auferit vtilitatem loci, vt in cap. 1. de plus pe. Sed in hoc aduerte, quia si terminus est præfixus infra quem reus debet soluere, non potest actor conuenire reum ante lapsum terminum, & si conuenit. eum potest repelli exceptio, vt in d. c. 1. de plus pe. & in §. temporales. Inst. de excep. Sed si lapsus est terminus, licet reus non fuerit in culpa, vt quia aliquo casu in termino non potuerit soluere, & si actor conuenit reum in alio loco, tenetur ad interesse ipsi reo, quatenus eius magis interest soluisse in loco destinata solutio. & in loco in quo conuenitur, in quo interesse habetur ratio lucri & damni, vt supra dixi. Item vbi in promissione de soluendo certo loco non est appositus terminus, vt quia debitor simpliciter promissit soluere Bononiæ vel Florentiæ, tunc postquam lapsum est tantum tempus, quod commode potuit peruenire ad locum destinata solutionis, potest reus conueniri in alio loco in quo sortitur forum, quia vbi quis promittit simpliciter soluere certo loco, si apponitur certus terminus, semper tacitè subintelligitur tempus, quo verisimiliter commode ad locum potuit peruenire, vt in l. idem erit si Capuæ. & in l. interdum, in prin. & in l. continuus, §. cum ita. ff. de verb. oblig.

22 In tertia parte gl. dum dicit, q̄ hæc actio continet vtilitatem vtriusque, vult dicere, q̄ debet fieri cōpensatio interesse actoris & rei vsque ad concurrentem quãtitatē, & q̄ debet

fieri condemnatio in eo quod excedit, puta, si interesse rei excedit interesse actoris, vel econuerso: facta enim hincinde cōpensatione, fiet cōdenatio in eo quod excedit, ita dicit Bart. in l. non vtiq̄. §. nunc de officio. ff. de eo quod cer. lo. & sequitur hic Ioan. de Imo. Sed dubium est, q̄ quid si reus fuisset, in mora, vtrum habeatur ratio interesse rei. glo. & Bart. in dicto §. nunc de officio. tenent q̄ sic, ex quo actor conuenit eum in alio loco, quã in loco destinata solutionis. idem sequitur hic Ioan. de Imo. Sed Paul. de Cast. in d. §. nunc de officio. hoc intelligit, quando interesse rei nõ nocet actori. verbi gratia, promissi centum corbes frumenti Capuæ, quod si habuissem & vendidissem, recepissem centum, si te conuenio Paduæ vbi valecenti & x. si das mihi tantum frumentum, de quo possim habere centum, sicut habuissem Capuæ, hoc sufficit: ideo de quantitate promissa, s. corbium frumenti detrahetur tantum quantum valent x. auri. sicut enim actor non debet esse in dāno ex mora rei, ita non debet esse in lucro: secus si actor esset in damno, vt quia familiam quam habebat Capuæ reduxit Paduā, vbi oportuit ipsum emere centum corbes frumenti pro centum & x. tunc enim non fiet deductio interesse ipsius rei, sed condemnabitur ad centum corbes frumenti, & cum ista opin. Pau. de Cast. transit Ange. de Are. in d. §. præterea quasdam, in 7. chart. in 2. seu 3. col. vers. item ad alium finem dixi in libello. vnde considera quatuor casus.

Primus, quando vterque. s. actor & reus fuit in mora.
 Secundus, quando neuter fuit in mora.
 Tertius, quando creditor tantum fuit in mora. & in istis tribus casib. non habetur ratio interesse actoris, sed solius rei.
 Quartus casus est, quando reus tantum fuit in mora, & nõ actor, & hoc casu habetur ratio interesse actoris. sed an habeatur ratio interesse rei, distingue vt s̄ dixi. & istos quatuor casus ponit Paul. de Cast. in d. §. nunc de officio.

24 Aduerte tamen ad vnum, q̄ quia si actor non posset ire vel mittere ad locum destinata solutionis propter inimicitias capitales, vel propter aliam iustam causam posset lapsi termino petere debitum alibi, & haberetur ratio eius interesse, etiam si reus non fuisset in mora. de hoc est tex. sing. cum gl. in l. vsuras, C. de solut. Item aduerte dum gl. allegat l. j. C. eo. D. Card. dicit, q̄ voluit allegare l. j. C. de sent. quæ pro eo quod interest. sed Butr. & Ioan. de Imo. dicunt & melius quod voluit allegare l. j. C. vbi & in quo loco quis conueniatur.

25 In quarta parte gl. dum dicit, q̄ hæc actio appellatur certi conditio, & quod est actio arbitraria propter locum. vult dicere, q̄ certi conditio est speciale nomen actionis, sed ideo appellatur arbitraria propter locum: quia iudicis officio hoc interesse petitur, & idem est si testator grauat heredem de soluendo certum quid certo loco, nam actio ex testamento competit legatario, sed propter locum est arbitraria, quia habetur ratio interesse actoris & rei. Et in quantum loquitur de certi condicione dic, q̄ quod est triplex certi conditio.

26 Prima est certi conditio generalis, quæ competit vbiunque aliquid certum petitur, & ista concurret cum quacunque actione, ex qua certum petitur: vnde ex omni contractu in quo certum quid continetur, potest agi actione ex contractu ex certi condicione generali.
 Secunda est certi conditio specialis, quæ oritur ex mutuo.
 Tertia est certi conditio specialis, quæ oritur ex stipulatione, quando aliquid certum est promissum per stipulationem. l. si quis certum. ff. si cer. pet. & de hoc habetur in rubr. & in l. certi conditio, in princ. ff. si cer. pet.

27 In quinta parte glo. aduerte, q̄ quia quædam sunt actiones stricti iuris, & in istis non venit, nisi illud quod est expressum, & illud quod est omissum habetur pro omissio, vt in l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obl. sicut in simili dicitur in compromisso, vt in c. cum dilectus, & in c. fin. iuncta gl. j. de arbit. Quædam verò sunt actiones bonæ fidei, & in his magis exuberat officium iudicis, & omnia veniunt in actionib. bonæ fidei, quæ æquum est venire, vt in §. in bonæ fidei. Inst. de act. Illæ autem dicuntur actiones bonæ fidei, quæ exprimuntur in §. actionum. Inst. de act. reliquæ sunt stricti iuris, & vide gl. 2. in c. cum venerabilis, j. de except. quæ enumerat actiones bonæ fidei. Actiones ergo bonæ fidei comprehendunt omnia, quæ æquum est comprehendi, etiam si non sint expressa, sed actiones stricti iuris comprehendunt solum expressa. hinc est, quod in actionibus bonæ fidei, etiam si quantitas vel species sit in obligatione, habetur ratio interesse actoris post moram rei, vt l. videamus, §. in bonæ fidei. ff. de vsuris. secus si actio est stricti iuris, vt in l. cum fundus. ff. si cer. pet. Sed si factum est in obligatione, tunc etiam in actionibus stricti iuris post moram succedit obligatio ad interesse, vt in l. stipulationes non diuiduntur. vers. Celsus. ff. de verbo. obligat. & in l. si quis ab alio. ff. de re iudic. q̄ Quædam verò sunt actiones stricti iuris arbitrariæ, eo quia ex accidenti propter locum adiectum iudex

28 habet

habet arbitrium circa interesse tam actoris, quam rei, ut supra dictum est, & probatur in l. non utique. §. fin. cum l. sequen. ff. de eo, quod cer. lo. & in §. præterea quædam. Instit. de action. & hoc contingit, quando in contractu mutui, vel stipulationis additur locus, ubi debet fieri solutio, vel si testator mandat in testamento, ut solvatur legatum in certo loco, pro quo competit actio ex testamento: nam in dictis casibus, si non sit solutio in loco destinato, iudex habet ex accidenti rationem interesse, licet enim ex natura actionis simpliciter sumptæ non deberet haberi ratio interesse, tamen quando locus est adiectus, habetur ratio ipsius interesse, & hoc probatur in l. 2. & 3. ff. de eo, quod cer. lo. † In actionibus vero bonæ fidei, etiam si locus non sit adiectus, iudex habet latiores habenas ex natura ipsius actionis, quam in actione stricti iuris, quia in ea venit illud, quod est equum venire, ut superius dixi, & ideo si adiciatur locus in actione bonæ fidei, puta si emptor promisit solvere precium in certo loco, iudex non dicitur habere arbitrium propter adiectionem loci, sed propter naturam actionis, ut in l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cer. loco. † Aduerte tamen, quia de iure Digestorum arbitrariæ actiones ratione loci in vno erant amplioris naturæ, quam actiones bonæ fidei, in quibus locus non erat appositus: nam in actionibus bonæ fidei, in quibus locus non erat appositus, non habebatur ratio loci, vel damni extrinseci, ut probatur in l. fin. ff. de peric. & commo. rei vend. & in l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de action. emp. Sed in actione arbitraria habebatur ratio loci, & damni extrinseci, ut est casus in l. non utique. §. fin. cum l. sequen. ff. de eo, quod cer. lo. † sed hodie generaliter introductum est, ut possit peti a moroso debitore non solum interesse damni extrinseci, sed etiam interesse loci, ut in l. unica. C. de senten. quæ pro eo, quod interest. per quam corrigitur d. l. ff. de peric. & commo. rei vendi. & dicta l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de action. emp. & ita concludit Paul. de Cast. in dicta l. 3. §. nunc de officio. ff. de eo quod certo loco. intellige tamen, in quantum dixi de interesse loci, quando erat solitus lucrari, & etiam lucrum est certum, ut quia habuit rem præ manibus, quam emisisset, si pecuniam habuisset, prout dixi in prima parte huius gl.

32 Sed in quantum glo. dicit, † quod in actionibus bonæ fidei venit interesse iure actionis, melius dixisset, secundum Ioann. de Imo. ex natura actionis, quia re vera interesse non venit iure actionis, nec est in obligatione, quando petitur species, uel quantitas ex contractu bonæ fidei, sed venit officio iudicis, ut patet in l. in bonæ fidei, alleg. in glo. Sed si factum esset in obligatione ex contractu bonæ fidei. Exemplum, uenditor tenetur ex contractu venditionis tradere rem emptam emptori. Traditio autem est facti. l. si rem tradi. ff. de verb. oblig. modo si venditor non tradit post moram, succedit obligatio ad interesse, ut in l. j. & ibi plene no. ff. de action. emp. hoc enim casu interesse est in obligatione, & uenit iure actionis, & hæc sufficiant circa istam materiam. sed si vis plenius scire, recurre ad legem primam, secundam, & tertiam. ff. de eo quod cer. lo. & ad ea quæ habentur in l. 1. C. vbi, & in quo loco quis conuenitur, & per Ang. de Aret. qui plenè examinat, quæ sint actiones arbitrariæ, & earum naturam, ponendo theoreticam, & practicam in d. §. præterea quædam. Instit. de actio.

In glo. in uerbo, sententias promulgatas. hic glo. dicit duo. Primum est, quod quis potest se obligari sub pœna excommunicationis. Secundum, quod quis potest se obligari sub pœna priuationis beneficij sui.

Circa primum Doct. multum variat, sed iuxta communem sententiam facias duos casus principales.

33 Primus est, † an per pactum quis possit se obligare, ut possit excommunicari non seruata solemnitate, de qua in c. sacro, de sent. excom. & in c. 1. eod. tit. in vj.

Secundus casus est, quid si iudex fert sententiam contra debitorem, ut si non soluerit infra mensem, sit excommunicatus, nunquid si non potuerit soluere infra terminum propter aliquod impedimentum incurrat excommunicationem.

Circa primum Innoc. & Hostien. & communiter Doct. dicunt, quod non potest quis se obligare per pactum, ut excommunicetur. & concludit Innoc. excommunicationem, uel interdictum nunquam posse uenire in pactum, uel in conuentionem, ut sine causæ cognitione, & contumacia feratur excommunicatio, uel interdictum, & sic quantumcunque pars per pactum se obliget ad censuram, seu ad pœnam censuræ, non debet ea ligari, si non erit contumax.

34 Et ex hoc dicit Innoc. † quod si aliquis promittit soluere aliquid infra certum terminum, etiam si non soluerit, consensit, quod iudex eum excommunicet, quod propter hoc lapsus termino, licet solutio non sit facta, non debet statim excommunicari ad requisitionem aduersarij, quia possibile est, quod fuerit impotens ad soluendum, ideo non debet excommunicari,

per id quod habetur in cap. Odoardus, de solutio. & dicit hoc procedere, etiam si ante terminum potuisset soluere, & ex sua culpa defuisset posse soluere per dictum capit. Odoardus. nam licet propter culpam teneatur actione ex contractu. ff. comm. l. si ut certo. §. sed interdum. non tamen propter hoc debet excommunicari, † cum excommunicatio non debeat ferri ab homine propter culpam, sed propter contumaciam subsistentem secundum tempus ferendæ sententiæ excommunicationis, ut est tex. cum glo. 1. 1. quæst. 3. episcopi. & cap. nemo. & sic dicta promissio, seu conuentio. §. quod possit excommunicari, intelligitur seruata forma canonica, & non ob hoc solum, quod lapsus sit terminus solutione non facta, & hoc etiam uoluit Io. And. hic. in uerbo, excommunicari. & idem sequitur Domi. Card. & Io. de Imo. & Domi. Abb. Non obstat iste tex. dum uidetur innuere, quod si prorogatio ualuisse sententiæ censuræ latae per istum Abbatem non fuissent reuocandæ: nam debet intelligi, quod iste Abbas excommunicauit istum, scilicet laicum seruata forma cap. sacro, infra de senten. excomm. similiter etiam debet intelligi gl. ista, dum dicit, quod potest quis se obligare sub pœna excommunicationis: nam debet intelligi, dum modo sit contumax in non soluendo, & dummodo seruetur forma d. cap. sacro. si tamen iudex aliter ferret sententiam excommunicationis ualeret excommunicatio, si iudex uenit puniendus. & excommunicatus est absoluendus sine aliqua difficultate, & sine aliquo grauamine, ut d. c. sacro.

36 Secundus casus principalis est, † quando iudex aliquem excommunicat, si non soluerit infra certum terminum, puta infra mensem, & in hoc casu licet Innoc. referat opin. tamen residet, quod etiam si non possit soluere infra terminum iusto impedimento detentus, nihilominus sit excommunicatus, etiam si sine sua culpa factus sit non soluendo. Nec obstat, quod sententia excommunicationis sit intellecta. §. ut sit excommunicatus, etiam si non sit in culpa, cadat in sensum erroneum, & sic debet esse nulla, ut in cap. 1. infra de re iudi. cum similibus. quia talis error intellectualis, & consecutus ex sententia aliquibus extrinsecis consideratis non reddit sententiam nullam: † quia ad hoc ut sententia reddatur nulla, oportet quod error sit patenter expressus, ita quod uideri possit oculo corporali, & non intellectuali. ad hoc l. 1. §. sed si leui. ff. de his quæ in testam. delen. & no. hoc ultimum dictum Inno. quia hoc habet locum etiam in alijs sententijs, ut ita demum error uitiat sententiam, quando est patenter expressus, ita quod potest uideri oculo corporali, nec sufficit, quod comprehendatur per rationem intellectualem. & istud dictum sequuntur omnes Doct. dicentes ipsum semper tenendum menti, de quo dixi in cap. translatio, de constit. & cum conclusione Inno. §. quod incurrat excommunicationem, etiam si non possit soluere, vel absque culpa sua factus sit non soluendo, concordat Hostien. quia hæc sententia est medicina, ut in cap. 1. de senten. excomm. in vj. & ut censura ecclesiæ magis timeatur, & in maiori reuerentia habeatur.

Fatetur tamen Hostien. quod patefacto, quod non potuerit soluere sententia excommunicationis est reuocanda, de re iudic. cum Bertholdus.

But. autem hic dicit, quod aut constat de mente iudicis, quod noluit ligare in casu impotentia, & non erit ligatus. idem dicit Dom. Abb. argum. eorum, quæ habentur in cap. 1. infra de iudic. Aut constat, quod uoluit ligare in omnem euentum, & erit ligatus, licet fuerit impotens ad soluendum. sed Dom. Abb. in hoc tenet contrarium, si constaret de mente iudicis, quia sententia contineret intolerabilem errorem, & sic esset nulla: aut dubitatur de mente iudicis, & tunc excommunicatio ligat quoad ecclesiam, licet non quo ad Deum, dato quod fuerit impotens ad soluendum, sed probata impotentia debet iudex illico sententiam relaxare, argu. dicti capit. sacro. sed quo ad duos effectus: puta ut excommunicatus puniatur sententia non ligabit, quia in dubio debemus præsumere iudicem uoluisse excommunicare propter existentiam culpæ. & dicit But. Specul. ita tenere in tit. de citatione. §. iam de citatione. versu. quid si non ueniens, circa fin. §. vbi dicit, † quod si excommunicatur quis, si non uenerit infra certum diem, intelligatur excommunicatus, ita demum si potuit venire, secus si iusta causa impeditus non uenit, quia tunc non erit excommunicatus, nec debet satisfacere de expensis, allegat l. si seruus. 10. ff. de solut. & per hoc dicit, quod iusta causa impeditus non uenit, & ita residet hic But. allegat quod habetur in cap. querelam, de procur. idem sequitur hic Domi. Abb. sed Ioan. de Imo. tenet contrarium. Mouetur ex no. per glo. in cap. quisquis. 4. quæstio. 5. in uerbo, occurrere. quæ incipit, sed pone. quæ uult, quod si iudex ita dixerit, si non ueneris tali die, sis excommunicatus, & ille non uenit, quia non potest venire, nihilominus erit excommunicatus, licet confitito de impedimento debeat absolui sine difficultate, & sine aliquo grauamine. idem tenet glo. fin. in ca. 2. infra

Alex. de Neuo in primum Decretal.

infra de testi. cogen. probatur in cap. venerabilibus. §. idem est, de sent. excomm. in vj. vbi patet, quod valet excommunicatio, licet excommunicatus sit impeditus, quia sententia excommunicationis fundatur in presumpta contumacia, & idem est in sententia diffinitiuam lata contra absentem: nam licet fuerit absens ex iusta causa, nihilominus sententia valet, licet absens possit petere restitutionem in integrum, vt in l. si. ff. de restit. in integ. & in cap. cum Bertholdus, infra de re iudic.

Et ex his inferitur quid de sententia excommunicationis lata in genere: puta si excommunicantur omnes non soluentes collectas, vel certum censum, vel quid simile: nunquid ligentur illi, qui non possunt soluere. But. allegat Feder. de Sen. consil. suo 113. vbi concludit, quod sententia excommunicationis generalis non ligat, nisi eos qui nolunt soluere, non autem eos, qui non possunt. Et hoc sequitur But. & placet etiam Dom. Abb. quia verba generalia debent intelligi civili modo, argum. l. si cui. ff. de ferri. & l. quod dicimus. & l. ratum. ff. de solut. Sed Ioan. de Imo. dicit se non reperisse dictum consilium, & quod non videtur esse verum, quia excommunicator in duobus videtur habuisse respectum ad contumaciam veram, vel presumptam, vt dicto cap. venerabilibus. §. idem est. de sent. excomm. in vj. nam ratio illius tex. ita habet locum in sententia excommunicationis generali, sicut in speciali. Et per hoc concludit, quod impotens ad soluendum erit excommunicatus, sed facta fide de impedimento debet absolui sine difficultate. & ista opin. est tutior.

Item ex predictis Hostien. dat cautelam, quod nedum prorogetur iurisdicatio, sed etiam reus consentiat, quod iudex ex tunc ferat in eum sententiam excommunicationis, si non soluat infra terminum, quam poterit ferre, ex quo est prorogata iurisdicatio, si iurisdicatio est prorogabilis, vel si alias sit iudex cōpetens, nec requiritur alia admonitio, nec reus tunc poterit appellare pendente termino, ex quo de eius cōsensu lata est sententia excommunicationis, secus si esset lata sine eius consensu, quia tunc pendente termino posset appellari, vt in cap. præterea requisisti. infra de appell.

Nec obstat cap. Romana. §. caueant. de sent. excomm. in vj. vbi dicitur, quod pro futuris culpis nō debet ferri excommunicatio, nisi causa praecesserit: nam vt dicit hic Dom. Abb. satis potest dici causa praecessisse, ex quo debitor sponte in se suscepit solam excommunicationis. Tu autem dic, quod imo ligatur propter culpam praecedentem vinculum excommunicationis nam nō ligatur excommunicatione, nisi lapsō termino, quo elapso culpa praecessit saltem praesumptiuē. pro hoc al lego glof. notabilem in clem. dispendiosam. in verbo, praemuniti. de iudic. quae dicit, quod potest ferri sententia excommunicationis praemissa generali monitione in non soluentes decimas, & quod lapsō termino praefixo possunt non soluentes denunciari excommunicati, quia excommunicatio adaptatur praecedenti culpae, morae, vel offensae, ex quo infra terminum praefixum non soluerunt, quod tene menti, & haec sufficiant circa istum articulum, in quo Doct. effundunt multa verba.

In secunda parte glo. dic secundum Doct. quod quis potest se obligare sub poena priuationis beneficii, dummodo obligatio fiat coram eo, in cuius manibus potest beneficio renunciari. Sed dic, quod ille dicitur esse iudex competens, qui potest inuitum priuare beneficio, vt dicit glo. in clem. i. in verbo, manibus, de renunc. idem tamen dicendum est secundum eos, si fieret coram alio de consensu proprii iudicis, alias secus, per id quod habetur in cap. admonet. de renunciat. nisi talis obligatio ratificaretur per proprium iudicem, argumen. capit. i. & 2. 9. quaestio. 2. & de hoc etiam habetur in cap. cum dilecti, de electio. alleg. in glo.

In glo. penult. nota duo ex glo. Primo, quod vbi in eadem persona concurrunt duae potestates attenditur in actu gesto coram eo potestas, quae fuit electas adeo, quod potestas electa non iuuatur ex alia, & sic si habens iurisdictionem ordinariam, & delegatam, facit aliquem actum vigore delegati iurisdictionis, quem facere non potest eius vigore, licet potuisset actum facere virtute ordinariae iurisdictionis non valebit actus. Sed Pau. de Cast. in l. & si praetor. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdic. dicit hoc debere intelligi, quando sit delegationem non valere, alias actus valet, si se non restrinxit ad potestatem delegatam, quia verisimile est, quod si sciisset delegationem non valere, processisset vt ordinarius, sed hoc dictum non est verum, de quo vide in cap. cum ex officio, infra de praescrip.

Quomodo autem hic probetur, quod fuit prorogata iurisdicatio delegata. dic secundum Ioann. de Imo. quod eo ipso, quod pendente causa delega. factus fuit actus prorogationis ad instantiam mercatoris, qui impetrauerant rescriptum per istum, scilicet laicum, de quo in tex. censetur prorogata iurisdicatio delegata.

Secundo nota extra glo. in quantum innuit, quod si fuisset habitus respectus ad potestatem ordinariam, quod tunc valuisset prorogatio, quod potest fieri prorogatio iurisdictionis etiam de potestate excommunicandi. sed Innoc. supra eod. de causis. de hoc dubitauit, & finaliter videtur tenere, quod non possit fieri prorogatio, quia talis potestas dependet a potestate clauium. facit cap. nouit, de poenit. & remiss. idem dicit hic Abb. & Ioan. And. super glo. fin. in fi. Sed Dom. Cardin. & Ioan. de Imo. concordant opin. dicentes, quod aut sit prorogatio in habentem alias potestatem excommunicandi, licet non habeat contra personam prorogantem, & tunc valet prorogatio. & hoc modo intelligatur glo. ista. Aut non habet alias potestatem excoicandi, & tunc non potest fieri prorogatio in illi, quia illa potestas nō dependet a facto priuatorum, sed a dispositione diuina. facit quod habetur in cap. i. de translat. praetor. & quod notat Innoc. in cap. olim. 3. de restit. spoliat. & quod not. in simili glo. & Doct. in l. j. in glo. fin. ff. de iudic. Sed But. hic dicit, quod potestas excommunicandi nō potest prorogari principaliter, quia dependet a potestate clauium, sed bene potest prorogari accessorie prorogata iurisdictione principali. sed Ioan. de Imo. & Dom. Abb. dicunt, quod But. loquitur contra istum tex. nam hic specificè iste, idest laicus obligauit se, vt possit excommunicari, nisi debitum solueret, & sic non veniebat haec prorogatio accessorie ad causam, immo respectu causae nulla hic dabatur cognitio, quia debitor confitebatur debitum, & promisit soluere certo termino, & eo non solvente obligauit se ad poenam censuræ, & Papa dicit sententias nullas ex solo respectu, quia iurisdicatio delegata non potest prorogari. ergo a contrario sensu, si fuisset prorogata ordinaria iurisdicatio, ualuisset ista sententia censuræ, vbi est casus a contrario sensu, quod laicus potest specifica se obligare ad sententias censuræ apud alienum iudicem ecclesiasticum, cuius iurisdictionem ordinariam prorogare potest. & istam opinionem. q. laicus possit prorogare potestatem excommunicandi in iudicem ecclesiasticum non suum sine consensu proprii iudicis, dummodo fiat in illum, in quem prorogatio fieri, & qui habeat cognitionem similium causarum, firmatur hic Ioann. de Imo. & Dom. Abb. non enim reperitur iure cautum, quod in laicis in prorogatione faciendae requiratur consensus proprii iudicis, nisi in feudilibus, de quo in cap. ex transmissa, infra de fo. com. peten. & per Inno. in cap. ceterum, de iudic. & per glo. in cap. Imperialem. §. penult. de prohib. feu. alie. per Feder. & per Bar. in l. j. §. & post operis. ff. de oper. noui nunciat. & in l. j. ff. de iud.

Item ex quo Papa per suas constitutiones approbat materiam prorogationis dicendum est, quod propter prorogationem ligetur a suo iudice quo ad illam causam, maxime quia ista potestas est a Deo. Item quod excommunicare principaliter est declarare aliquem esse extra ecclesiam, & gratiam Dei. 1. r. quaest. 3. cum aliquis. notat glo. 24. quaest. j. quodcunque. ergo iudex, cuius iurisdicatio est prorogata, declarat istum propter contumaciam in non satisfaciendo, prout promisit esse extra ecclesiam, & priuatum esse gratia Dei, & hoc intellige in laicis, qui possunt prorogare iurisdictionem sine licentia proprii iudicis, secus in clericis, qui non possunt prorogare iurisdictionem etiam ecclesia sine consensu proprii episcopi, vt in c. signifiasti. infra de fo. com. pet.

Item intellige, quod potest prorogatio iurisdictionis, vt qs possit excommunicari, dummodo interueniat iusta causa ipsum excommunicandi: alia secus, per ea quae dixi in glo. praecedē. & haec sufficiant circa istam glo.

In glo. fin. diuide ipsam principaliter in tres partes. In prima tractat de triplici specie prorogationis. In secunda parte tangit, an iurisdicatio prorogata sit eadem causa prima, vel diuersa.

In tertia, an clericis possint prorogare iurisdictionem alterius iudicis. secunda ibi, sed pone. tertia ibi, item illud scias.

Primam partem subdiuido in tres. Primo tractat de prorogatione iurisdictionis de tempore ad tempus.

Secundo de prorogatione de re ad rem. Tertio, de prorogatione personae ad personam. secunda ibi, item de re ad rem. tertia ibi, item de persona ad personam.

Antequam expediā primam partem, sciendum est, quid est prorogatio iurisdictionis. Et omittā definitionem But. hic, secundum Ioan. de Imo. quod quantum ad propositum, prorogatio est iurisdictionis extensio: nam prorogare idem est, quod extendere, uel prorogare, uel protrahere. supra eodem, de causis.

Et ex hoc inferitur, quod si nulla subesset iurisdicatio, uel esset penitus extincta, nō haberet locum prorogatio, quia illud, quod non est, non potest extendi, seu prorogari, vt in c. ad dissoluendum, de despon. impub. & supra eod. significasti. facit l. sed si manente. ff. de praecar.

Et

47 Et nota, quod sicut potest fieri prorogatio iurisdictionis, ita etiam in alijs actibus habet locum prorogatio. † unde precarium concessum ad tempus potest prorogari, vt dicta l. sed si manente. similiter si locatur fundus, vel domus ad certum tempus, potest tempus locationis prorogari. l. ite quæritur. §. qui impleto. ff. loc. hoc præmissis.

48 Capio primam particulam prime partis glo. si quando agitur de prorogatione de tempore ad tempus, & in hac specie prorogationis glo. ponit exemplum in iudice delegato ad certum tempus, cuius iurisdictionis expirat elapso tempore, nisi partes infra tempus de communi consensu prolongauerint tempus, vt supra eod. de causis. Et dicit, quod in hac prorogatione de tempore ad tempus requiritur triplex consensus, scilicet actoris, rei, & iudicis. Tertio dicit, quod etiam arbitrium, id est compromissum factum ad certum tempus potest prorogari, & quod si arbiter fuit in mora, debet compelli finito tempore compromissi iterum suscipere compromissum, si partes iterum volunt in eum compromittere.

Circa primum dictum gl. dic. secundum Dom. Abb. quod prorogatio debet fieri sub eadem forma, & natura, cuius est prima iurisdictionis, quæ prorogatur ad hoc, allegat text. iuncta glo. fin. in cap. hi qui, de præben. in vj. facit quod dicit ista glo. in secunda parte principali. & sequitur etiam Bal. in l. si qui ex consensu, C. de episc. audien. vbi post Cyn. ponit materiam prorogationis.

Circa secundum dictum glo. scilicet quod in prorogatione requiratur consensus iudicis, cuius iurisdictionis prorogatur, & actoris, & rei, sequitur etiam Barto. in l. 2. §. sed iudex. ff. de iudic. Et sequitur hic Ioan. de Imo. & communiter Docto. & probatur in dicto §. si & iudex. vbi tex. dicit, si & iudex ad tempus datus, & omnes litigatores consentiant, possunt tempora prorogari, & sic ibi requiritur, quod iudex, & vtraque pars consentiat prorogationi. Et ideo glo. bene dixit, dum dicit, quod requiritur triplex consensus, scilicet actoris, & rei, & iudicis. Dicit tamen, quod non requiritur expressus consensus iudicis, sed sufficit, quod sciat partes prorogasse suam iurisdictionem, & hoc videtur sentire Barto. in dicta l. 2. ff. de iudic. Et firmiter Pau. de Cast. in dicto §. sed iudex. idem tenet hic Ioan. de Imo. in 6. char. in quarta colum. dum tractat de prorogatione de re ad rem, vbi expresse dicit, quod in prorogatione de tempore ad tempus, sufficit, quod iudex sciat prorogationem, & non contradicat. Ratio autem, quare requiratur, quod iudex sciat partes prorogasse iurisdictionem est, quia si ignoraret prorogationem esse factam, non valeret processus, cum credat, seu credere debeat se non esse iudicem elapso tempore quo datus fuit iudex. Dicit tamen, quod sufficiat, quod consensus partium interueniat ex interuallo, & sic non requiritur, quod partes simultaneè prorogent iurisdictionem, probatur in capitulo cum olim Abbas. supra eodem vbi patet, quod si consensus domini interuenisset ex post facto fuisset facta prorogatio iurisdictionis. & hoc sequitur Ioan. de Imo. allegat Speculator in tit. de arbit. §. excipitur. versic. sed nunquid. & subdit, quod in prorogatione de tempore ad tempus sufficit tacitus consensus partium, videlicet, quod partes sciant illum non esse iudicem suum, & nihilominus litigent coram eo, licet dicat Innoc. in cap. 2. de restit. in integ. velle, quod requiratur expressus consensus, sed non bene, secundum eum, quia contrarium probatur in dicto cap. cum olim Abbas. sed Pau. de Cast. in d. §. sed iudex. dicit, quod requiritur expressus consensus partium, sicut quando fit prorogatio de loco ad locum, vt in cap. statutum. §. in nullo, de rescrip. in vj. alias non posset prorogatio peruenire ad notitiam iudicis, quia non posset scire quid partes habent in corde. & ista opin. mihi magis placet. Non obstat cap. cum olim Abbas. quia loquitur in prorogatione de re ad rem.

49 Sed dubium est, † an iurisdictionis iudicis ordinarij possit prorogari de tempore ad tempus, & in hoc distinguit Do. Abb. post Bal. in d. l. si qui ex consensu. quod aut est perpetuus, aut est temporalis.

In primo casu. scilicet quando ordinarius est perpetuus. dicit, quod quarum ad suos subditos frustratoria est prorogatio, cum sit eorum iudex, sed quantum ad extraneos bene potest prorogari eius iurisdictionis ad certum tempus: puta si consentiant, quod causam diffiniant vsque ad duos menses prorogat illam iurisdictionem vsque ad illud tempus, & dicit, quod hoc tenet hic Hostien.

In secundo casu, scilicet quando ordinarius est iudex temporalis, vt regulariter sunt omnes iudices de iure ciuili, vt patet in toto tit. ff. de offic. procon. & leg. & ff. de offic. prætor. & de offic. præsid. eligebantur enim magistratus in Kalendis Ianuariis singulis annis, vt in l. Publius. ff. de condit. & demon. quia iurisdictionis ipforum anno tantum durabat. & hoc casu dicit Dom. Abb. quod si aliqui volunt prorogare iurisdictionem

suam ad tempus, in quo non est futurus iudex. Exemplum, si partes consentirent, quod Potestas istius ciuitatis potest causam terminare vsque ad duos annos, non valet talis prorogatio, quia fieret præiudicium successori. Item sequeretur inconueniens, scilicet quod indirectè partes possent iudicem temporalem constituere perpetuum. Et subdit, quod istam opinionem tenet Bal. in dicta l. si qui ex consensu. idem tenet Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. & Ioan. And. in cap. fundamenta, de electio. in vj.

50 Quid autem † si fieret prorogatio simpliciter eo tempore quo durat iurisdictionis eius, & deinde antequam causam expediat, finitur eius iurisdictionis, nunquid successor erit iudex in causa prorogata. Pau. de Cast. in dicta l. 1. circa princ. ff. de iudic. dicit, quod Spec. in tit. de compen. in additio. distinguit, quod aut partes prorogantes iurisdictionem habuerunt respectum ad ipsam iurisdictionem, & tunc prorogatio transit ad successorem. Aut habuerunt respectum ad personam iudicis, cuius iurisdictionis prorogatur, & tunc non transit ad successorem, sed Pau. de Ca. indistinctè tenet, quod transeunt ad successorem, quia non potest haberi respectus ad personam iudicis, cuius iurisdictionis prorogatur, quia persona de se est priuata, cui non potest dari de consensu priuatorum. l. priuatorum. C. de iurisd. omni. iudic. vnde partes habuerunt respectum ad ipsam iurisdictionem, quam intendunt prorogare. & istud dictum mihi placet, quia cum prorogatio sit extensio iurisdictionis partes non possunt habere respectum nisi ad ipsam iurisdictionem, quam intendunt extendere, seu prorogare. Ioan. tamen de Imo. hic in vlt. char. versic. & per prædicta etiam potest inferri, refert & sequitur præfatum dictum Specul. sed mihi placet, quod supra dixi.

51 Circa tertium dictum glo. glo. bene dicit, † quia potestas arbitri dependet a conuentione partium. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbit. Et † in quantum glo. dicit, quod si arbiter fuit in mora, quod compellitur iterum suscipere compromissum, si partes iterum volunt in eum compromittere, hoc probatur apertissime in d. l. si cum dies, alleg. in glo. idem dicit glo. supra eod. significantibus. in verbo, negligentibus.

52 Nunquid † autem si est data potestas arbitro, vt possit prorogare tempus compromissi possit illud pluries prorogare, vel ad longius tempus. Ioan. de Imo. hic remittit ad Specul. in tit. de arbit. §. excipitur. versic. sed quid si arbiter. & versic. sequen. vbi concludit, quod non possit prorogari nisi semel, nisi aliud dictum sit, & quod non valet prorogatio facta ad longius tempus, & ita residet hic Ioan. de Imo. sed adde Bal. in l. j. C. vt in poss. leg. vbi dicit, quod si est data potestas arbitro prorogandi compromissum, non potest prorogare illud ultra tres menses. sed idem Bal. in cap. fin. supra de consuet. dicit, quod non potest fieri prorogatio ad longius tempus, quam fuerit primum. Exemplum, si compromissum factum fuit vsque ad duos menses cum potestate prorogandi tempus, non poterit prorogare ultra alios duos menses, & vide notabilia verba Bal. in cap. 1. apud quem, seu apud quos controuersia feudi termini. vbi dicit, † quod si est data potestas arbitro, vt possit prorogare compromissum semel, & pluries, & toties, & quoties sibi videbitur, non potest prorogari ultra trinam vicem, vt eui tetur infinitas. facit cap. cum in multis. & quod ibi not. glo. 2. de rescrip. in vj. & vide quæ dixi in cap. sua. infra de appellat. & de his etiam vide Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de arbit. §. sequitur. versic. sed pone compromissum. & But. & Io. de Imo. in cap. Quintauallis, de iure iur. & Lud. de Ro. in repet. Rubricæ, seu l. 1. ff. de arbit. Et ex his sum expeditus de prima particula prime partis gl. & de prima specie prorogationis, scilicet de tempore ad tempus.

55 Venio ad secundam particulam glo. scilicet † quando agitur de prorogatione de re ad rem. & in hoc glo. concludunt, quod potest fieri prorogatio, dummodo partes, & iudex, cuius iurisdictionis prorogatur consentiant, vnde iudex datus, vt cognoscat de vna re, poterit cognoscere de alia re, si iudex, & partes consentiant. Sed in quantum glo. requirit consensum iudicis, cum ea transit Ioan. And. & Dom. Cardin. Sed Barto. in d. l. secunda. ff. de iudic. dicit, quod in prorogatione de re ad rem, & de persona ad personam, non requiritur consensus iudicis, & idem sequuntur hic But. & Ioan. de Imo. & de hoc est casus in dicta l. secunda. §. primo. vbi tex. expresse dicit, quod sufficit partes consentire, licet iudex ignoret prorogationem. Quæ autem est ratio differentie, quod in prorogatione de tempore ad tempus requiritur consensus iudicis, & non in prorogatione de persona ad personam, vel de re ad rem. dicit, quod ratio differentie est, quia quando iudex est datus ad certum tempus finito tempore putat, vel putare se nullam habere

A D D I T I O.

† Et adde Bal. in repertorio, 1. vol. consiliorum. in verbo, compromissum. & in consil. 471. uol.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

habere iurisdictionem, si ignorat prorogationem, & ideo cū ignoret illud, quod est de substantia iurisdictionis, non valet eius processus, sed quando fit prorogatio de re ad rem, vel de persona ad personam, licet iudex ignoret prorogationem, sit substantia iurisdictionis, quia scit se habere iurisdictionem, licet ignoret qualitatem. l. se habere iurisdictionem vigore prorogationis, & ideo non requiritur eius consensus.

56 Et ex hoc nota, ¶ quod ubi iudex erat in substantia iurisdictionis non valet eius processus, sed si errat in qualitate iurisdictionis bene valet tunc processus, de quo vide Bart. in dicta l. secunda, & in l. multum. ff. de conditio. & demonstration. & in l. quæro. ff. de eo qui pro tutore. Dicit tamen Ioan. de Imo. posset dici, quod ubi iudex ignorat iurisdictionem, procedit supradicta: sed ubi scit, quod partes volunt prorogare iurisdictionem, si non contradicit, videtur tacite consentire, & idem dicit in prorogatione de tempore ad tempus, de quo supra dixi in precedenti particula glo. Et hoc modo possent concordari opiniones: nam aut iudex ignorat prorogationem, & hoc non obstante valet prorogatio: aut scit prorogationem, & tunc valet non solum propter consensum partium, sed etiam propter tacitum consensum iudicis, quia ex quo scit, & non contradicit, videtur consentire, & hoc modo procedit dictum gl. & Ioan. And. & Dom. Cardin.

Ex quo inferitur, quod non posset fieri prorogatio a iudice, cuius iurisdictionis prorogatur contradicente.

57 Sed iuxta prædicta quæro, ¶ nunquid possit fieri prorogatio de re ad rem respectu maioris quantitatis, verbi gratia, iudex non potest cognoscere nisi ad certam summam: puta centum librarum, nunquid partes possint prorogare eius iurisdictionem, ut cognoscat de causa maioris summæ. & Dominus Abbas hic, tenet quod sic, & dicit de hoc esse casum notabilem in l. inter conuenientes. ff. ad municipales. & ratio est, quia diuersitas in quantitate non inducit diuersam speciem, sicut homo paruius differt a magno, non in specie, sed in quantitate, istud etiam est de mente Barto. in dicta lege, inter conuenientes. idem dicit Domin. Abb. in casu econuerto, nam in iudicem habentem iurisdictionem cognoscendi de maiori summa tantum potest fieri prorogatio, ut cognoscat de maiori summa. & pro hoc allegat cap. cum olim Abbas. supra eod. Et ista prorogatio de re ad rem procedit tam in iurisdictione ordinaria, quam in delegata.

In tertia particula glo. hæc glo. tractat de duplici specie prorogationis iurisdictionis delegatæ de persona ad personam.

Prima est, quæ fit a lege, & parte inuita, & de hac non agitur hic.

Secunda est, quæ fit de consensu partium, & de ista agitur hic. De prima glo. ponit exemplum in capitulo primo, de alic. iudi. mutan. causa facta. ubi si reus, contra quem est impetratum rescriptum malitiosè se absentat, ut alius ingrediatur possessionem rei, de qua est lis, vel alienat ipsam alteri, delegatus potest procedere virtute rescripti proceden. contra istum, qui successit in re litigiosa, idem ubicunque quis succedit scienter in vitium, potest enim conueniri virtute rescripti impetrati contra præcessorem, ut in capitulo, quia V. de iudic.

Item delegatus habet iurisdictionem contra turbantes eius officium, licet non sint expressi in rescripto, ut in cap. primo, supra eodem.

Item tertius prætendens interesse, potest comparere coram delegato per alium impetrato, & coram eo deducere ius suum, dato quod de eo non sit facta mentio in rescripto, ut est textus notabilis in capitulo, super eo. iuncta glo. finali, supra eodem.

Item ratione accessorij rescriptum extenditur ad personam in eo non expressam ex iuris dispositione, ut in capitulo, prudentiam. §. sexta. & §. finali. supra eodem. Ita ergo iura, & similia loquuntur de prorogatione, quæ fit a lege. sed iste text. cum materia sua loquitur de prorogatione, quæ fit ab homine, & ideo circa secundam speciem prorogationis, scilicet de persona ad personam, quæ fit ab homine, glo. concludit, quod si est ordinaria, potest prorogari de consensu partium, dummodo prorogatio fiat ex certa scientia, & non per errorem, delegata autem iurisdictionis non potest prorogari de persona ad personam de consensu partium, quia iurisdictionis delegata non potest extendi ad alias personas, quæ non continentur in rescripto, & quia delegatus nulli præest iurisdictioni, sed soli ordinarij iudicis præsumitur iurisdictioni. Sed ratio glossæ non est bona, quia in prorogatione non requiritur, quod iudex præsit iurisdictioni: sufficit enim, quod vel præsit iurisdictioni, vel quod habeat iurisdictionem, ut dicit text. in lege prima, in fine. ff. de iudic.

Item si ratio glo. esset vera, non posset iurisdictionis delegari de re ad rem, vel de tempore ad tempus. unde ratio est, secundum But. & Ioan. de Imo. quia iurisdictionis delegata est odiosa

ex eo, quia per eam detrahitur iurisdictioni ordinariæ, & per consequens est magis stricta, quam ordinaria, & debilior, & minus fauorabilis. facit quod notat glo. in clement. secunda, de offic. ordin.

58 Item ¶ iurisdictionis delegata est particularis, ordinaria vero est vniuersalis quo ad territorium, in quo quis habet iurisdictionem ordinariam, sed vniuersitas facilius recipit augmentum, quam singularitas. l. finali. ff. de fundo instructo. lege, si gregè. ff. de legatis primo. & quod nota. in l. si ita. ff. de auro, & argen. lega.

Et in quantum glo. dicit, quod delegatus non præest iurisdictioni. facit l. prima. §. qui mandatum. ff. de offic. eius, cui mandata est iuris. ubi dicitur, quod delegatus nihil habet proprium, sed iurisdictionis est ipsius delegantis.

Aduerte tamen, quia iurisdictionis ordinaria prorogatur solum quo ad ipsos, qui prorogant iurisdictionem. ceterum est in lege prima. ff. de iudiciis. ubi dicitur, quod si aliqui subiiciunt se iurisdictioni alicuius, & consentiant, iurisdictionis prorogatur inter consentientes.

Ex quo inferitur, quod iurisdictionis non intelligitur prorogata quo ad tertium, cuius interest, nisi etiam ipse consentiat.

Item inferitur, quod non possit iudex, cuius iurisdictionis est prorogata, compellere testes ad testificandum, si non sunt sui subditi, nec exercere iurisdictionem in alias personas, quæ interueniunt in iudicio, si non sunt subditi sibi, & hoc tenet Pau. de Cast. in dicta l. r. circa princ.

Item in quantum glo. requirit, quod interueniat certa scientia ad hoc, ut fiat prorogatio, dicit quod requiritur certa scientia, tam in actore, quam in reo, unde error siue sit facti, siue iuris, impedit prorogationem, siue ambo errent, siue alter tantum, ad nota. in l. prima. ff. de iudiciis. & in l. si per errorem. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & sequitur hic Butr. & Ioan. de Imola.

59 Nunquid ¶ autem in dubio præsumatur certa scientia, vel error. Specul. in tit. de compet. iudi. adit. §. primo. versiculo, sed nunquid præsumitur, sub versic. decimus. allegat pro & contra, & finaliter concludit, quod si litigantes sunt in iure periti, præsumitur, quod ex certa scientia consenserunt litigando coram iudice non suo, alias præsumitur ignorantia. facit l. verius. ff. de probationibus. & quod nota. in l. regula. ff. de iur. & facti ignorantia, & trigesima octaua distinct. §. fin.

Intellige tamen, quod præsumitur scientia, quando litigantes sunt in iure periti, quando est manifestum illum non esse iudicem suum, secus si esset occultum: error enim facti prudentissimos fallit, l. 2. in fi. ff. de iur. & facti ignorantia. & in l. fina. ff. pro suo.

Ex his inferitur, quod pars debet articulare, & pbare, quod scienter litigauit coram iudice non suo ad hoc, ut processus valeat, quia absque prorogatione non valeret processus, etiam si sententia esset data contra contumacem. pro hoc vide notabile dictum Innocent. in capitulo, ad petitionem. de accusat.

60 ubi dicit, ¶ quod iudex citat non subditum sibi, & ille non comparere, & iudex propter eius contumaciam procedit ad ulteriora, non valet processus, nec intelligitur iurisdictionis prorogata, quia absens nunquam præsumitur consentire in iudicem. idem dicit Baldus in l. si qui ex consensu. C. de episcopali audien. Et ex his sum expeditus de prima parte principali glo. quæ tractat de triplici specie prorogationis, scilicet de tempore ad tempus, de re ad rem, de persona ad personam. Sed sunt ¶ tres aliæ species prorogationis, de quibus glo. nullam facit mentionem, scilicet de loco ad locum, de casu ad casum, & de causa ad causam.

62 Circa primam ¶ dic, quod aut tractatur de iurisdictione delegata proroganda de loco ad locum. a & in hac est dicendum, quod potest fieri, dummodo interueniat expressus consensus partium, nec sufficeret tacitus consensus, de hoc est text. cum glo. in capitulo, statutum. §. in nullo, de rescriptis. in sexto. nec in hoc requiritur consensus iudicis territorij, cum delegatus gerat vices Papæ, cui quilibet locus est subiectus, & ideo licet olim non deberet quis trahi per literas Apostolicas ultra duas dietas, ut in capitulo, nonnulli. supra de rescriptis. hodie vltra vnam, ut in capitulo, statutum. §. primo, de rescriptis, in vi. tamen de expresso consensu partium poterit delegatus cognoscere vltra vnam dictam, ut probatur in dicto §. in nullo. & sequitur hic Ioan. de Imo. & etiam Dom. Abb. & communiter Doctores. In ordinario vero, si partes, & iudex territorij expresse consentiunt, potest absque dubio fieri prorogatio de loco ad locum. & de hoc est bona glossa in capitulo, ut litigantes.

A D D I T I O.

a ¶ De loco ad locum. Vide Baldum in lege secunda, §. secundo, de iudiciis, in fine.

- a gantes, in glosa penultima, de officio ordinarij, in sexto.
- 63 Sed magnum dubium est, si an requiratur expressus consensus iudicis territorij, ad quem prorogatur iurisdictione. & Bald tenuit quod sic, in dicta l. si quis ex consensu. idem tenet hic
- 64 D. Abb. Mouetur, si quia iurisdictione cõheret territorio, unde extra territorium censetur priuata persona, vt in l. 3. ff. de officio præsi. not. in c. nouit. j. tit. prox. & in cap. 1. §. de postul. prælat. & pro hoc allegat tex. per locum a speciali, in clem. j. §. eisdem Episcopis. vers. volumus in super. de fo. comp. vbi est speciale in Episcopo expulso, vt possit cognoscere inter suos subditos in aliena dioecesi, petita licentia a dioecesano Episcopo, licet non obtenta, & ibi gl. in verbo, ante omnia, dicit, si quod processus factus ante petitam licentiam est ipso iure nullus: unde si ibi est speciale vt sufficiat petere licentiam, ergo in alijs casibus necessarium est; quod petatur & obtineatur licentia, idem tenet Iaco. de Rau. & Iaco. Butrig. & Bald. & Salic. in l. j. C. de iurisd. omn. iudi. & Paul. de Cast. in l. quæro. ff. de solut. Sed Butr. hic, & D. Card. tenent, quod sufficit quod iudex territorij sciat & non contradicat: censetur enim consentire, ex quo scit & tacet, cum possit impedire, vt in l. Caius. & quod ibi notat glo. & Doct. ff. de pignora. actio. & quod not. in cap. non ne. j. de præsumpt. secus si iudex territorij hoc ignoraret, quia tunc non valeret processus, cum non debeat exercere actum iurisdictionalem in territorio alterius sine eius voluntate, idem sequitur hic Ioan. de Imo. dicens istam opin. communiter teneri. & istam opinionem etiam sentit Bald. in l. 2. §. si & iudex. ff. de iudic. vbi dicit, quod quis non potest exercere iurisdictionem in territorio alterius ordinario loci hoc prohibente. & in l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. vbi Bald. refert tres opin. & concludit, quod non potest fieri prorogatio in territorio alterius ordinario loci prohibente. & dicit istam opinionem plus sibi placere. & sic Bald. fuit sibi contrarius.
- Non obstant contraria, & primò, dum dicitur, quod extra territorium est priuata persona, hoc est verum quantum ad exercitium iurisdictionis, secus quo ad habitum: quia extra territorium habet habitum iurisdictionis, licet non habeat exercitium. Non obstat clem. 1. de foro compet. quia illa clem. loquitur quando interuenit actus prorogationis: sed quando Episcopus expulsus vult exercere suam iurisdictionem ordinariã in alieno territorio inter suos subditos etiam inuitos, secus vbi interuenit prorogatio: quia tunc non requiritur expressa licentia, sed sufficit, quod iudex in cuius territorio exercetur iurisdictione, sciat & non contradicat. & istam opin. communiter tenent moder. in dicta l. quæro. ff. de solutio. & in l. fin. ff. de iurisd. omnium iud. unde ab ista opinione tanquam communi non est recedendum. Paul. de Cast. singulariter hoc limitauit in dicta l. fin. dicens tunc requiri consensum iudicis territorij, quando iudex alterius territorij vellet erigere tribunal publicum, quia hoc tendit in dedecus illius loci. argum. l. diuus Pius, cum l. præcedenti. ff. de seruit. rusticorum prædio. & in l. hæres fundo. ff. de fundo legato. secus si in loco secreto, puta in domo propria, quam habet in alieno territorio vellet hoc facere, quia cessat ratio, & sic tunc potest exercere iurisdictionem inter subditos consentientes, etiam sine consensu iudicis territorij. Cuius autem iudicis requiratur consensus, Hostien. dicit, quod sufficit consensus regentis provinciam vel dioecesim in qua est locus ad quem fit prorogatio. sed Butr. & Ioan. de Imo. dicunt, quod immo requiritur consensus dioecesani vel iudicis immediati, nec sufficit consensus metropolitani, nisi quo ad suam dioecesim: quia regulariter Archiepiscopus non habet iurisdictionem in dioecesibus suffraganeorum suorum, vt in c. pastoralis. j. de offic. deleg.
- 66 Nunquid si autem inuitis subditis possit iudex cognoscere inter ipsos in alieno territorio iudice loci præbente consensum. Hostien. tenet, quod sic, infra titu. proximo, nouit. & supra de vsu pallij, ex tuarum. Sed Ioannes de Imo. hic dicit, quod communiter tenetur contrarium: quia extra locum suæ iurisdictionis quo ad exercitium iurisdictionis censetur persona priuata: ideo ipsis inuitis vel eorum altero non poterit cognoscere in alieno territorio, etiam de consensu iudicis alterius territorij, fallit in casu clem. 1. de foro compet.
- 67 Nunquid si autem requiratur expressus consensus ipsorum subditorum, Ange. dixit quod sic, in dicta l. quæro. Sed Ioannes de Imo. ibi, & hic tenet contrarium, dicens quod sufficiat tacitus consensus ipsarum partium, pro hoc facit l. j. & secunda. ff. de iudic. & quod ibi not. vbi patet, quod sufficit tacitus consensus partium in prorogatione, de quo etiam est bonus textus cum glos. in capit. cum olim abbas. in verbo, protinus contradixit. quæ incipit, & hoc videtur. supra eod. unde standum est regulæ, nisi quatenus reperitur expressum contrarium: sed non reperitur expressum contrarium, nisi quando iurisdictione delegata prorogatur de loco ad locum, vt est tex. in dicto §. in nullo.

68 Venio nunc ad quartam speciem prorogationis, scilicet de casu ad casum, & in hoc Doct. ponunt duo exempla: primum est in pluribus iudicibus delegatis cum clausula, quod si non omnes, nunquid duo possint de consensu partium procedere antequam constet de impedimento.

Secundum exemplum est in iudice appellationis, ad quem appellandum est ab interlocutoria, nunquid de consensu partium possit cognoscere de causa principali, omisso articulo appellationis: & quod ad primum, Innoc. §. eod. prudentiam. dixit, quod potest fieri prorogatio. Sed Doct. communiter tenent contrarium, vt dicit hic Io. de Imo. quia apte euentum conditionis antequam constet de impedimento tertij, duo delegati non habent aliquam iurisdictionem, nec quo ad habitum, nec quo ad exercitium. l. cedere diem. ff. de verb. signific. Ergo non potest fieri prorogatio, quia quod non est, non potest extendi vel prorogari. facit quod habetur §. eod. significanti. & C. de iurisd. omnium iudi. l. priuatorum. & j. de respon. impub. ad dissoluendum. Similiter dicendum est quo ad secundum exemplum, scilicet si an iudex appellationis ab interlocutoria possit ante iustificatam appellationem de consensu partium cognoscere de causa principali. & hoc tenuit Inn. §. eo. de causis.

Nec obstat c. 1. de appel. in 6. nam secundum Inn. & Doct. hic, ibi non est propria prorogatio iurisdictionis: quia ibi loquitur quando fuit appellatum ad Papam: quia omni casu habet iurisdictionem, & sic illa non est prorogatio, sed potius exceptionis ommissio: secus si appellatum fuisset ad inferiorem: quia tunc non posset prorogari iurisdictione, vt de consensu partium procedat in causa principali, omisso articulo appellationis. pro hoc allego gl. in d. c. 1. in verbo, omisso. quæ dicit, quod si appellatur ad metropolitanum, non potest de consensu partium cognoscere de causa principali, omisso articulo appellationis. & hoc probatur in c. 1. in princ. de fo. comp. in 6. unde dicas, quod aut est appellatum ad Papam vel ad alium iudicem, qui potest adiri per viam querelæ, vt est legatus, vt patet j. tit. prox. c. 1. & tunc partes possunt prorogare iurisdictionem, seu consentire, quod cognoscat de causa principali, omisso articulo appellationis: quia ista non est propria prorogatio iurisdictionis, sed exceptionis ommissio, cum sit iudex in causa principali, ex quo potest adiri super principali per viam querelæ. Aut non potest adiri per viam querelæ, vt est metropolitanus: vel quando Papa delegat causam appellationis, & tunc non potest fieri prorogatio, vt cognoscat de causa principali, ommissa causa appellationis: quia antequam sit iustificata appellatio, non habet iurisdictionem super causa principali, vt in c. vt debitus, in fi. j. de app. & in c. non solum. §. 1. de app. in 6. hoc tamen limita, nisi primo pronunciaffet iurisdictionem super causa principali ad se deuolutã: quia talis sententia, licet sit contra ius litigatoris, tam è facit ius inter partes. ita dicit Inn. & Io. And. in d. c. 1. de appel. in 6. & sequitur D. Dom. ibi in §. post hæc, in fi. super gl. in verbo, omisso. & ex hoc sum expeditus de v. specie prorogationis.

70 Venio ad sextam, scilicet si an possit fieri prorogatio de causa ad causam. & communiter concluditur, quod ad causam similem, seu similis nature potest fieri prorogatio iurisdictionis: quia in habentibus similitudinem facilis est transitus. l. in re. §. item quæcunque. ff. de rei vend. & in cle. 1. de elec. unde prorogatio non potest fieri ad causam dissimilem, iudex deputatus ad causas criminales, non potest ex prorogatione partium cognoscere de causis ciuilibus, nec e converso. facit l. solemus. §. latrunculator. ff. de iud. & hoc tenet Cy. in l. testam. eta. C. de testa. & Bar. in l. inter conuenientes. ff. ad munic. & sequuntur Doct. hic. & dicit Io. de Imo. quod hoc est intelligendum, quod non potest fieri prorogatio, vt cognoscat de causa ciuili, si principaliter: nam incidenter potest se intromittere de causa ciuili etiã sine aliqua prorogatione, vt probatur in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. vbi patet, quod si proceditur contra furem criminaliter coram iudice maleficiorum, & iudex reperiat furtum esse commissum, poterit punire furem ad poenam criminalem, & incidenter debet facere rem furto subtractam restitui, vt ibi patet. hoc etiam notat Innoc. in cap. cum oporteat, de accusat. & sic incidenter se intromittit iudex causæ criminalis de causa ciuili, sed principaliter non posset se intromittere etiam ex prorogatione. & plus dixit Cyn. in l. j. C. de iurisd. omnium iudicum. quod si iudex est deputatus ad causam mercantia, tunc poterit in eum prorogari iurisdictione in alijs causis, quam mercantilibus: quia tunc non esset prorogare, sed de nouo dare, ex quo in alijs causis nullã habet iurisdictionem. quod est bene notandum secundum Ioannem de Imola.

Sed

ADDITIO.

a Vide Bald. in l. extra. ij. col. versic. venio ad primam. ff. de iudi. Quaritur, vtrum iste, qui cognoscit in alieno territorio teneatur sequi statuta loci, vbi cognoscit per prorogationem, an verò statuta sui territorij. Bald. ibidem.

Alex. de Neuo super j. Decret.

F

Alex. de Neuo in primum Decretal.

Sed Dom. Card. hic tenet contrarium, quia iurisdicatio est genus, ut in l. j. & in l. Imperium. ff. de iurisd. omn. iudi. & sic comprehendit sub se omnes alias species, & ideo secundum eum iurisdicatio vnius speciei potest prorogari ad aliam speciem. Non obstat secundum eum. l. testamenta omnia. C. de testa. in qua se fundat Cy. quia non probat aliter, quod dicit Cyn. ista opinionem etiam secutus fuit Pan. de Cast. in d. l. testamenta. quia ibi non dicitur, quod iurisdicatio magistri census non potest prorogari ad alias causas, sed ibi dicitur, quod alius iudex de consensu partium non potest se intrinicare de publicatione testatorum, sed Ioan. de Lino. hic sequitur opin. Cy. dicens, quod ratio Dom. Card. non est bona: nam licet iurisdicatio in genere sumpta comprehendat omnes species, tamen quando iurisdicatio est concessa in certa specie tantum, genus est limitatum ad illam speciem, ideo tunc non trahitur ad aliam speciem, arg. l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. vbi dicitur, quod res, seu actus limitatus, limitatum parit officium. & pro hoc bene facit, secundum eum, d. l. testamenta. vbi iudex deputatus, ut coram eo fiat insinuatio testamentorum, non potest de aliis se intrinicare, nec alij iudices possunt se intrinicare de insinuacione testamentorum, ut ibi patet, & eo. tit. l. consulta. & istam opinionem etiam sequitur hic Do. Abb. quia prorogatio debet esse eiusdem formae, & naturae, cuius est prima iurisdicatio, quae prorogatur. & istam opinionem etiam sequuntur Mod. in d. l. testamenta. & satis probat ille tex. ibi, nec vsquam permittatur fieri vlla translatio, quia illa verba significant, quod iurisdicatio aliorum iudicum non potest prorogari quo ad causas publicationis testamentorum, nec minister census, qui est deputatus ad publicationes testamentorum potest se intrinicare de aliis causis. vnde But. hic, & Ioan. de Imo. dicunt, quod si esset iurisdicatio ordinaria ex privilegio concessa, & ad certos terminos, vel casus, non posset prorogari ad alios casus, vel terminos. similiter si iurisdicatio est limitata per portas, vel per quarteria, ut quia vnus iudex sit constitutus in ciuitate per portam, vel per quarterium ciuitatis, ut quia quilibet porta ciuitatis, seu quodlibet quarterium habet suum iudicem deputatum, non potest prorogari iurisdicatio iudicis vnus portae, seu quarterij per subditum iudicis alterius portae, seu quarterij, hoc tenet Bal. in d. l. testamenta. idem tenet Ang. in l. si vacantia. in 8. col. C. de bonis vacan. hoc tamen limitat, nisi vacaret iudex alterius portae, seu quarterij propter pestem, vel propter absentiam, ut in l. vbi absent. ff. de tut. & cur. dat. ab his. & ita dicit se obtinuisse de facto. sed Sal. in d. l. testamenta. distinguit, quod aut iudex vnus portae vult tenere tribunal in porta alterius iudicis, & tunc non potest fieri prorogatio: aut subditi alterius portae veniunt ad solum tribunal, & tunc potest fieri prorogatio, & mihi placeat ista distinctio Sal. eiusdem enim naturae debet esse iurisdicatio distincta per portas, vel per quarterium, cuius est iurisdicatio distincta per territoria, seu dioeceses, vnde sicut subditus vnus territorij, vel dioecesis potest prorogare iurisdictionem in iudicem alterius dioecesis, seu territorij, licet iudex vnus dioecesis, vel territorij non possit ponere suum tribunal in aliud territorium, vel dioecesim, nisi iudice ipsius dioecesis, vel territorij consentiente, vel saltem non contradicente, ut dixi in quarta specie prorogationis, ita vbi iurisdicatio est distincta per portas, vel quarterij debet posse prorogare iurisdictionem in iudicem alterius portae, vel quarterij, licet ipse iudex non possit ponere suum tribunal in porta, vel quarterio alterius iudicis, nisi ipse consentiat, vel saltem non contradicat. & istud est verissimum.

74 Et ex praedictis potest inferri, quod nunquid in causa criminali possit fieri prorogatio in non suum iudicem. & Innoc. in hoc posuit opin. contrarias in c. de causis. supra eod. vbi tamen tenet, & est communis opinio, quod si fiat prorogatio in illum, qui habet iurisdictionem similitum causarum, quod valet prorogatio, alias non valet, quia si non haberet cognitionem causarum criminalium non esset prorogare, seu extendere, sed potius de nouo dare, quod fieri non potest per consensum priuatorum, ut in l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iud. & supra eod. significantibus. & quod possit fieri prorogatio in causis criminalibus in iudicem, qui habeat cognitionem similitum causarum, tenet glo. in l. j. C. vbi de crim. agi oportet. & in l. j. in glo. fin. C. de iurisd. omn. iudic. & in l. j. in glo. fin. ff. de iudic. & idem tenet ibi Bart. & in l. inter conuenientes. ff. ad municip. & idem sensit in l. j. C. de iurisd. omn. iudic. licet glo. aliter sensit in c. si diligenti, in glo. j. de fo. compet. de quo habetur in Spec. de compet. iud. adit. §. j. versic. sed nunquid in iudicem. Bal. tamen tenet contrarium in d. l. si qui ex consensu. C. de episc. audien. quia per pactum priuatorum non debet, posse praediciari iuri rei pub. loci delicti, argu. l. ius publicum. ff. de pact. & in d. c. si diligenti, de fo. compet. Sed Ioan. And. in addit. Specul. in dicto §. j. super versic. sed nunquid. post Guido de Suza. distinguit, quod aut est casus, in quo iudex delicti potest procedere

per inquisitionem, quod quando sit tractatur per Bart. & Legistas in l. 2. §. si publico. ff. de adult. & per Canonistas in c. qua liter, & quando. 2. de accusat. & hoc casu potest iudex loci delicti prohibere, ne iudex coram quo est facta prorogatio, procedat, quod est intelligendum, nisi forte fuisset negligens in procedendo, quia tunc posset praueiri per iudicem, coram quo est facta prorogatio, nisi esset facta in fraudem forte ad finem, ut per iudicem, cuius iurisdicatio est prorogata, absolueretur, vel leuis poena imponatur, quia tunc talis praueitio non prodest, argu. l. non iusto. ff. de colu. detegen. Aut non est casus, in quo possit fieri inquisitio, & tunc si apparet accusator coram iudice delicti poterit prohibere, ne iudex coram quo est facta prorogatio, procedat in causa: sed si accusator non apparet, tunc valet prorogatio, nisi in fraudem fieret, ut supra dixi, & ita etiam tenet hic Io. de Imo. & sequitur etiam hic Do. Abb.

Et ex hoc sequitur, quod in causis meri, vel mixti Imperij potest fieri prorogatio in iudicem habentem potestatem cognoscendi de causis pertinentibus ad merum, & mixtum Imperium, & hoc sequitur hic Io. de Imo. & Domi. Abb. & Bart. in d. l. inter conuenientes. ff. ad municip.

In secunda parte glo. no. bene istam glo. quod iurisdicatio prorogata in eiusdem naturae, cuius est prima iurisdicatio, quae prorogatur. vnde si iurisdicatio quae prorogatur est delegata iurisdicatio prorogata & delegata, & si iurisdicatio quae prorogatur est ordinaria, iurisdicatio prorogata censetur ordinaria.

76 Et ex hoc infertur glo. quod si quis est delegatus cum clauis, app. re. si iurisdicatio eius prorogatur in causa prorogata procedet, appell. rem. idem secutus fuit Cy. in l. si qui ex consensu. C. de episc. aud. & Doct. coiter sequuntur tam Legistas, quam Canonistas.

77 Et ex hoc infertur, quod si causa est commissa, ut iudex procedat de plano sine strepitu, & figura iudicij, si prorogatur eius iurisdicatio, in iurisdictione prorogata procedet de plano sine strepitu, & figura iudicij, & hoc sequuntur Doct. hic, & tenet etiam Pau. de Cast. in l. i. in 1. col. ff. de iudic.

78 Et ex hoc infertur, quod si duo laici prorogant iurisdictionem episcopi, episcopus debet causam prorogatam determinare secundum canones, & non secundum leges, hoc tenet Host. in summa de testa. §. qualiter conficiantur. ver. verum. & Io. de Imo. & Do. Abb. in c. quod clericis. §. de fo. compe. licet But. in d. c. quod clericis. teneat prius, referens dictum Spec. in tit. de constit. §. j. versic. si vero. sed Spec. ibi potius sentit oppositum. & ideo tene, quod debet iudicare secundum canones, ex quo iurisdicatio prorogata censetur esse eadem cum prima.

79 Sed quaero, quid si reuocatur delegatus, nunquid censetur reuocata iurisdicatio prorogata, de quo per Pet. & Cy. in d. l. si qui ex consensu. & Spec. in tit. de compet. iud. adit. §. 1. versic. sed quid in delegato. sed But. hic finaliter dicit melius esse dicere, quod extinguatur iurisdicatio prorogata, ex qua prima est extincta. Et circa hoc Ioan. de Imo. hic in vlt. char. refert multas opin. & finaliter concludit, quod si ille cui est facta delegatio, non habebat dignitatem, ut quia erat simplex canonicus, & tunc extincta iurisdictione delegata extinguitur etiam iurisdicatio prorogata, quae super ipsa erat translata, nec poterit delegans cognoscere, quia illam non delegauit, nec partes intendebat prorogare iurisdictionem in ipsum, sed in delegatum ab eo, ideo ipse delegatus non potest cognoscere de causa prorogata, quia actus agentium non operantur ultra eorum intentionem, ut in l. non ois. ff. si cer. pe. aut erat constitutus in dignitate, & tunc dicit, quod non est tractandum de successore, quia solum reuocatur iurisdicatio delegata, non autem remouetur a dignitate. vnde dicit, quod iste poterit cognoscere, si alias ratione suae dignitatis habebat iurisdictionem. sed tu dic melius, quod aut est prorogata iurisdicatio delegata, & tunc eo reuocato extinguitur iurisdicatio prorogata, cum sit accessoria ad iurisdictionem delegatam, & super ipsa fundata, vt in regula, accessorium cum suis similibus. nec debet considerari, quod alias habebat dignitatem, ratione cuius habebat iurisdictionem, quia illa non fuit prorogata. & de hoc est casus hic, iuncta glo. penult. aut fuit facta prorogatio ratione dignitatis, quam habebat, & tunc iurisdicatio prorogata est accessoria ad iurisdictionem ordinariam, & non ad delegatam, & ideo cum iurisdicatio prorogata censetur ordinaria, remanet iudex etiam reuocata delegatione ratione iurisdictionis ordinariae prorogatae; & hoc probatur hic, iuncta glo. penult. praedictae. Nec obstat, quod dicit glo. in c. statutum. §. 1. in verbo, canonicis. de rescript. in vj. quae dicit, quod ille, cui erat causa delegata per Papam erat canonicus tempore datae, licet postea desinat esse canonicus, nihilominus remanet iudex delegatus, maxime si coeperit vt iurisdictione, quia ibi procedit tanquam delegatus cum iurisdictione delegata per hoc non reuocetur, secus quando reuocatur iurisdicatio delegata, quia non potest stare sine iurisdictione delegata, cum sit ad eam accessorium, & sic extincta principali extinguitur.

81 Ex hoc etiam potest inferri, tan si est prorogata iurisdic-
tio legati, & deinde reuocetur, uel finiatur legatio, an expiret iurisdic-
tio prorogata. & dicendum est quod sic, quia legatus non
habet successorem, ut dixi supra eod. quoniam Abbas. nisi ef-
set facta prorogatio ratione dignitatis, quam alios haberet: pu-
ta si essent Episcopus, vel Archiepiscopus. & istam quaestio-
nem examinat hic Butr. & Ioan. de Imo. hic in ult. colum. sed
ista est vera conclusio, quicquid dicat Ioan. de Imo.

Et conclude ex praedictis, quod tanto tempore durat iurisdic-
tio prorogata quanto tempore durat iurisdic-
tio principalis, quae prorogatur.

Item in quantum glo. dicit, quod est idem precarium, si fit
prorogatio, antequam finiatur precarium, per leg. sed si ma-
nente. ff. de precar. infero Ioan. de Imo. ad quaest. electi in pote-
statem per sex menses, cui aliqua potestas extraordinaria fuit
addita, & deinde prorogatur eius potestas ad alios sex menses,
nunquid intelligatur prorogata cum eisdem qualitatibus. &
allegat Bart. in l. quarta, in prin. ff. de dam. infe. ubi dicit, quod
aut fit prorogatio ante finitum tempus sex mensium, & tunc
censetur facta prorogatio cum eisdem qualitatibus, cum cen-
setur eadem potestas, prout etiam dicit glo. aut eligitur de
novo in potestatem post finitos sex menses, & tunc non habet
potestatem extraordinariam ei additam in primo semestri, de
quo etiam per Ioan. de Imo. in cap. fin. de praeben. & per Bald.
in cap. fin. de consuet. & per eundem in l. si constante. C. de do-
nat. ante nupt. & in l. cum a te. C. de pact. inter empt. & vendi.
& in l. si cum dies, in princ. ff. de arbit. & per Pet. de Anchar. su-
pra eod. de causis.

82 Quid si additur iurisdic-
tio ordinario in certis casibus
censetur ordinaria iurisdic-
tio ei addita. Bal. in cap. si infra de
offic. ordin. dicit, quod si additio fit dignitati, censetur ordina-
ria, & in casibus additis tenet obseruare omnia statuta loquen-
tia de officio Potestatis ordinarij: aut additur personae, & tunc
redigitur ad instar iurisdictionis delegati, allegat cap. irrefraga-
bili. §. caeterum, de offic. ordin. & quod not. Bald. in l. ambitio-
sa. ff. de decre. ab ordi. facien. hic autem tangit Bal. & nunquid
83 si statutum dicit, quod arbiter electus diffiniat cautum infra
mensum, alias incidat in poenam centum ducatorum, an si est
prorogatum compromissum, incurrat in poenam.

Primo distinguit, quod aut prorogatur compromissum du-
rante mente, & tunc non incidit in poenam, aut prorogatur
finito mente, & tunc incurrit poenam, quia est nouum com-
promissum: sed postea dicit, quod de equitate euadit poenam,
quia poena statuti requirit moram, sed haec non est vera mo-
ra, cum litigantes sint moderatores, & arbitri rei suae, ut in l. ar-
biter ita. 2. respon. ff. de arbit.

84 In tertia, & ultima parte glo. quae uult, & quod clericus non
possit prorogare iurisdictionem in iudicem laicalem etiam
de consensu episcopi, ut in cap. si diligenti. de foro compet. nec in alium
ecclesiasticum, nisi de licentia episcopi sui, ut in
cap. significasti, eod. tit. dic. quod hoc procedit etiam in simpli-
ci clerico, nullum beneficium habente, ut probatur in iuribus
praedictis. quae indistincte loquuntur generaliter de quolibet
clerico, & hoc sequitur hic Ioan. de Imo. in 9. charta. in 4. col.
versic. quae autem fuerit ratio specialitatis.

85 Nunquid tamen requiratur consensus episcopi expressus,
quando clericus litigat coram ecclesiastico non suo. Domin.
Abb. in dicto ca. significasti. dicit, quod sufficit tacitus consen-
sus, quia cum proprius episcopus possit prohibere, & non pro-
hibeat, videtur consentire, argum. cap. nonne, de praesump. &
in l. Caius. & quod ibi not. ff. de pign. actio.

86 Item tamen nunquid episcopus possit consentire in iudicem non
suum sine consensu proprii Metropolitanus. dic. ut in cap. ad re-
primendum, de offic. ordi. ubi Doct. dicunt, quod non.

Extra glo. quae de pluribus.

87 Primo, tamen nunquid laicus possit prorogare iurisdictionem
in spiritualibus sine consensu proprii episcopi. Hostien. hic te-
net quod non, & cum eo transit Ioan. And. per id quod habe-
tur in cap. nullus. infra de paroch. & in cap. omnis, de penit. &
remiss. & in cap. non oportet. 2. de consecr. dist. 5. Innoc. vero
supra eod. de causis. refert opin. & respondet, quod possit fieri pro-
rogatio, dummodo fiat in illum, qui habeat iurisdictionem eor-
um spiritualium; alias secus. & ista opinionem sequitur hic
Butr. quia laici non sunt ita subiecti episcopo, sicut clerici. Non
obstat cap. nullus, de paroch. unde dicitur, quod nullus potest
inducere parochianum alterius, quia qui eum ordinare non
potest, similiter nec iudicare. & similis tex. habetur. 9. quaest. 2.
episcopum. nam illud procedit, nisi interueniat prorogatio.

Item illa iura possunt restringi ad clericos, qui sicut non pos-
sunt ordinari ab alieno episcopo absque consensu proprii epi-
scopi, ita non possunt iudicari. & licet illa iura videantur equi-
parare potestatem iudicandi, & potestatem ordinandi, potest
responderi, quod equiparantur quo ad clericos, sed non quo

ad laicos, vel quod equiparantur, quando non fit prorogatio
ad capitulum, omnis utriusque sexus, de penit. & remiss. po-
test responderi, quod procedit quo ad iurisdictionem fori pe-
nitentialis, qui multum est diuersus a foro iudiciali, & hoc pa-
tet, quia delinquens potest accusari, & puniri in loco delicti,
ut in cap. fin. infra de fo. compet. cum simil. tamen de delicto
alibi commissio debet confiteri proprio sacerdoti, non autem
illi, in cuius parochia, vel dioecesi deliquit, ut dicit glo. singu-
laris. 16. quaest. 1. cap. 1.

Item forus poenitentialis potest tacite prorogari transferen-
do habitationem ad aliam parochiam, & ad aliam dioecesim,
ut in cap. fin. de paroch. & in cap. cum quis, de sepult. in vj. &
hoc procedit, etiam si mutetur habitatio, seu domicilium sine
licentia proprii sacerdotis, vel proprii episcopi, ut patet in di-
ctis iuribus. Non obstat cap. non oportet, de consecr. dist. 5.
quia debet intelligi in laicis poenitentibus, vel cruce signatis,
ut dicit ibi glo. & pro ista opin. facias regulam, & quia regula-
riter non reperitur iure cautum, quod laicus debeat habere
consensum proprii episcopi, vel proprii iudicis, quando uult
prorogare iurisdictionem alterius, nisi in feudalibus, ut in cap.
ex transmissa, infra de foro compet. & per Innoc. in cap. ce-
terum, de iudic. & per Bart. in l. j. §. & post operis. ff. de oper. no-
ui nunciat. Ioan. autem de Imo. dubitanti loquitur: nam pri-
mo dicit, quod si quis uellet tenere opi. Hostien. quae uidetur
tutior, quia Ioan. And. cum ea transit, potest inducere ca. nul-
lus, de paroch. superius alleg. ubi dicit, quod nullus episcopus
potest alienum parochianum ordinare, quia per eum ordina-
re non potest, nec iudicare: postea dicit, quod iste tex. facit in
contrarium, quia hic facta fuit prorogatio de potestate pro-
rogandi, quae ualisset, si iurisdic-
tio delegata potuisset proroga-
ri de persona ad personam, & tamen potestas excommunicandi
est spiritualis, nec cadit in laicum, nisi ex speciali concessio-
ne Papae, ut uoluit glo. 96. distinct. bene quidem. & 32. distinct.
§. verum. notant Doct. in c. quanto, de consuet. sed dicit, quod
aliqui uolunt intelligere, quod iste tex. debeat intelligi, quan-
do etiam interueniret consensus proprii episcopi. sed dicit,
quod iste intellectus aliquantulum uolat istam litteram. & ideo
dicit, quod forte de iure est uerior opin. Innoc. scilicet quod
possit fieri prorogatio sine consensu proprii episcopi. & istam
opinionem tenendo potest responderi secundum eum ad pre-
dictum cap. nullus. scilicet quod quis non potest iudicare alie-
num parochianum, scilicet nisi interueniat prorogatio iurisdic-
tionis per hunc tex. cum glo. istam opinionem etiam tenuit
hic Dom. Abb. in 3. char. in 1. colum. versic. item dubitatur,
quid de causis spiritualibus. dicens, quod licet in foro poeni-
tentiali non possit fieri prorogatio sine consensu proprii sa-
cerdotis, ut dicto cap. omnis utriusque sexus, de peniten. & re-
miss. in foro tamen contentioso potest fieri, & dicit, quod haec
opinionem sequuntur Moderni. hic, & quod sibi placet. unde
dicit, quod laicus in iure patronatus potest prorogare iurisdic-
tionem non sui iudicis. idem dicas, si moueretur quaestio su-
per decimis. Subdit tamen Dom. Abb. quod si fieret collusio,
posset iudex suus procedere, ut dictum est, quando fit proroga-
tio in causis criminalibus.

89 Secundo quae, tamen nunquid laicus de temporali iurisdic-
tione ecclesiae possit prorogare iurisdictionem in iudicem laicum,
qui non sit de temporali iurisdictione ecclesiae. Butr. hic tenet
quod sic. idem tenet hic Ioan. de Imo. in 7. char. in 4. columna.
versic. nunquid autem laicus, qui est de temporali iurisdic-
tione ecclesiae, quia laicus non est intantum subiectus suo iudici,
sicut clericus, nec reperitur iure cautum, quod in prorogatio-
ne faciendae regulariter requiratur consensus superioris ipsius
iudicis laici, & ideo standum est regulae, ut sine eius consensu
possit fieri prorogatio.

90 Tertio quae, tamen nunquid superior iudex ipsorum proroga-
tium possit impedire prorogationem. Bu. hic distinguit, quod
aut loquimur in delegante, & tunc potest impedire proroga-
tionem iurisdictionis delegatae, ut in l. secunda. §. si & iudex. ff.
de iudic. hoc tamen intelligit, quando est delegatus a Prin-
cipe, secus si est delegatus ab inferiore. idem uidetur senti-
re hic Dominus Abbas in penultima columna, licet expres-
se non dicat. dicit enim, quod Imperator potest prohibe-
re, nisi iurisdic-
tio delegati ab eo prorogetur, & sic uide-
tur tacite sentire, secus in inferiore delegante. sed glo. in di-
cto §. si & iudex. uidetur tenere contrarium, & hoc est uerius,
secundum Ioan. de Imo. nam delegans potest limitare in de-
legatione iurisdictionem delegati ab eo, & fines mandati
sunt diligenter obseruandi. supra eodem, venerabili. & de re-
scriptis, cum dilecta. Aut loquimur in prorogatione iurisdic-
tionis ordinariae. & hoc casu Cy. in dicta l. si quis ex consen-
su, C. de episcopali audient. tenet, quod possit fieri proroga-
tio, etiam si spontanea darentur iudici proprio, quia illa spor-
tula dantur propter laborem, quem sustinet in cognoscendo

Alex. de Neuo in primum Decretal.

de causa, & ideo non releuetur a labore proprius iudex, quando prorogatur iurisdictione in alium iudicem, non requiritur consensus proprii iudicis, cum nihil ei fiat praeiudicium. Sed Guido de Suza. ut refert Ioan. Andr. in addit. Specul. in tit. de competen. iudi. adit. §. primo. super versic. sed quid in de legato. dicit, quod proprius iudex potest impetrare prorogationem, antequam fiat, sed postquam est facta, non potest illam tollere, & ita refert hic Ioan. de Imo. Sed Domin. Abb. hic in pen. colum. dicit, quod est communis conclusio, quod proprius iudex non possit impedire prorogationem, si prorogans est sibi subiectus solum respectu medij exercitij iurisdictionis, prout sunt communiter laici. & dicit, quod hanc opinionem tenent quasi communiter Legistae in d. l. si qui ex cōsensu. & ista opin. etiam mihi placet, quia ex quo non requiritur consensus proprii iudicis in prorogatione, ergo eius prohibitio non debet eius prorogationem impedire. hoc tamen intelligo, nisi fieret sibi praeiudicium ex prorogatione, puta si haberet litem super iurisdictione, tunc enim ne ex prorogatione fiat sibi praeiudicium, poterit eam impedire. & hoc tenet hic But. & Ioan. de Imo.

91 Quarto quaero, si iurisdictione voluntaria possit prorogari. & But. hic circa quartum membrum principale, refert Odofredum, qui dixit, quod non possit prorogari iurisdictione voluntaria quo ad potestatem dandi tutorem, ut in l. si tuto. §. tutoris. ff. de tute. sed bene quo ad potestatem emancipandi, ut in l. prima, C. de emancip. liber. But. autem concludit, quod aut quaeritur, an iurisdictione possit prorogari in his quae sunt reueruata Principi, & tunc prorogatio non possit fieri in inferiorem, quia non habet cognitionem similitum causarum, allegat not. in l. prima, C. de iurisd. et omnium iudicum. hinc est, quod quantum ad Papam non potest fieri prorogatio in his, quae sunt reueruata Principi sine consensu ipsius, allegat capitulum, per venerabilem. §. rationibus. infra qui fil. sint leg. t. ubi patet, quod Papa non potest legitimare laicum sibi non subditum quo ad temporalem iurisdictionem ecclesiae sine consensu Principis, uel alterius non recognoscens superiorum, cuius sit subditus ille, qui vult legitimari, & sic refert But. sed Ioan. de Imo. in nona charta, in secunda, & tertia columna dicit, quod in dicto §. tutoris, nihil dicitur de prorogatione, sed dicit, quod datio tutoris est mixta Imperij, & quod propter hoc non potest delegari, sed non sequitur, non potest delegari, ergo non potest fieri prorogatio, si ut pater in causis criminalibus, quae non possunt delegari secundum ius civile, ut in l. prima. ff. de offic. eius, cui in iud. est iurisd. & in l. in bere cauere. & in l. Imperium. ff. de iurisd. et omnium iudicum, cum ibi notatis. & tamen in eis potest fieri prorogatio, ut supra dictum est. dicit tamen, quod dictum Odofredi potest saluari, si intelligitur, quod datio tutoris non potest prorogari ex eo, quia pupillus non est habilis persona ad prorogationem faciendam, ut dicit Petr. & Cyn. in dicta l. si qui ex consensu. vnde concludit Ioan. de Imo. quod in his, quae non sunt reueruata Principi, potest fieri prorogatio in iudicem habentem similem potestatem. & pro ista opinione est casus in l. prima, iuncta glo. C. de emancip. liber. & dicit, quod ita tenet Odofr. & But. hic. & quod istam partem etiam tenet Bal. in l. repetita, C. de episc. & cler. & sic in potestate emancipandi, vel etiam manumittendi, uel adoptandi habet locum prorogatio, dummodo ille, in quem fit prorogatio, habeat potestatem super similibus causis. dicit tamen, quod glo. ordinaria in l. est preceptum. ff. de iurisd. et omnium iudicum. tenet contrarium, pro qua videtur casus in l. apud filium. ff. de manu. vindi. sed dicit, quod illam glo. ut refert Ang. in dicta l. est receptum. reprobat Rayn. ex eo, quia si iurisdictione contentiosa, quae est fortior, quae redditur in inuitum, ut in l. inter stipulantem. §. j. ff. de verborum obligatio. potest prorogari, ut in l. prima, & secunda, ff. de iudic. vnde fortius potest prorogari iurisdictione voluntaria, pro quo bene facit l. emancipati. ff. de adoptionibus. & l. etiam. §. si. ff. de manu. vindi. & respondet Ioan. de Imo. ad dictam l. apud filium. in quantum ibi dicitur, quod non potest fieri emancipatio apud collegam, nam debet intelligi, quando vult emancipare ex vi propriae iurisdictionis, sed bene potest emancipare coram collega ex vi prorogationis. sed ista responso Ioan. de Imo. non est bona, quia ille tex. loquitur negatiue, vnde dicitur, apud collegam suum praetor manumittere non potest, vnde cum ibi negetur potentia, videtur per consequens negari potestas prorogandi. & ideo dic melius secundum Barto. & Bald. in dicta l. est receptum, quod iurisdictione voluntaria non potest prorogari, quando est dedecus ipsi proroganti: nam cum pater praetor possit emancipare filium, videtur ei dedecus, si facit eum emancipari per collegam. vnde concludendum est, quod in his, quae sunt contentiosae iurisdictionis quis possit in se prorogare iurisdictionem collegae, quia non esse iudex in causa filiorum suorum, uel fa-

milia iura est propria causa, ut in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & in l. Senatus. ff. de offic. praesid. secus in his, quae sunt voluntariae iurisdictionis, quia tunc non poterit fieri prorogatio apud collegam, ex quo ipsemet potest expedire illum actum iurisdictionis voluntariae. Et ex hoc

95 Bal. in dicta l. est receptum. dicit, determinatum fuisse Florentiae, ubi est statutum, quod quicumque qui est de collegio aduocatorum, possit filium emancipare, & contingit, quod aduocatus emancipauit filium suum coram alio aduocato, auctoritatem suam interponente, & determinatum fuit, quod talis emancipatio non valeret, quod pater poterat apud se ipsum filium emancipare, & fuerunt rescissi contractus facti a filio tanquam emancipato, quia non valuerit emancipatio, & ex forma statuti filius familias non poterat ibi contrahere. idem sequitur ibi Rapha. & Paul. de Castro. qui tamen dicit, quod contractus non debuerunt rescindi, si ille communiter habeatur pro emancipato, allegat legem tertiam, ff. ad Macedonianum. ubi si aliquis publice reputatur pater familias, licet sit filius familias, mutuas pecuniam, potest repetere mutuum, nec habet locum exceptio Macedoniana.

96 Et ex his inferitur, si nunquid officium tabellionis possit prorogari de vno officio ad aliud officium. & But. hic, & Ioan. de Imo. tenent quod non, allegantes Guil. de Cuneo, & Bal. in l. repetita, C. de episcopis, & clericis. qui tenent, quod licet officium iudicis possit prorogari, secus tamen est in officio tabellionis, quia illud non potest prorogari de vno officio ad aliud, vnde dicunt, quod notarij deputati ad scribenda acta iudicij possunt conficere acta, sed alij notarij non. Item dicunt, quod notarius, qui non habet officium notariatum, nisi in certo loco non potest alibi scribere etiam de voluntate partium. dicit tamen Ioan. de Imo. quod hoc est intelligendum nisi ex cautis, & cum auctoritate iudicis, ut quia notarius actorum est impediens, argumento eorum, quae habentur in l. vnica. ff. de officio consil. pro hoc allego Baldum in l. prima, C. de iportul. ubi dicit post Jacob. Butrig. quod si vnus notarius incepit scribere in quodam processu, alius non potest scribere, nisi primus sit impeditus, quia tunc iudex potest alium deputare, ut dicta lege prima, ff. de officio consil. & ibi etiam dicit Bal.

97 quod si ad idem Tribunal sunt duo officiales, & vnus incepit causam examinare, idem debet proficere, & finire, alius iudicium est nullum. vide etiam de hoc articulo Bald. in l. testamenta omnia. C. de testam. & per eundem Bal. in l. i. ff. de iud. & in l. i. ff. de offic. consil.

98 Quinto quaero, si per quem actum fiat prorogatio. de hoc tangit But. hic in tertio membro principali. & Ioan. de Imo. in antepenult. char. in 3. colum. versic. vterius, iuxta praedicta potest quaeri, facias tres casus.

Primus est, an possit iurisdictione prorogari per pactum. & in hoc dicendum est, quod non, quia de hoc est casus in l. i. conuenerit. ff. de iurisdictione omnium iudic. aliud est enim prorogare, aliud est facere pactum de prorogando. facit quod notat. in l. finali. ff. de cond. etio. ob causam. ubi habetur, quod aliud est vendere, aliud donare, & aliud est facere pactum de donando, vel vendendo, facit etiam quod habetur in l. in bonae fidei. ff. de eo, quod certo loco, & in capitulo penult. de electio. in vj. Dicit tamen notabiliter Guil. de Cuneo in lege prima, & secunda. ff. de iudicis. quod quatenus ageretur ex stipulatione ad interesse, vel ad poenam, si est interposita, vel ex pacto nudo, si non seruetur conuentio, quo casu potest agi de iure canonico, ut in capitulo primo, de pactis. satis videtur prorogatio iurisdictionis iudicis, coram quo promissit respondere, quia quo ad illud videtur quodammodo contraxisse. facit l. contraxisse. ff. de actio. & oblig. & hoc etiam sequitur Rayn. in dicta l. prima. ff. de iudicis. licet Pet. ibi teneat contrarium, & hoc est tenendum menti, secundum Ioan. de Imo. idem sequitur ibi Butr.

Secundus casus est, quando partes prorogant iurisdictionem iudicis esse extra iudicium, & tunc aut prorogant presentem iudicem, subiiciendo se illius iurisdictioni, & tunc per talem actum fit prorogatio iurisdictionis, ut in l. est receptum. ff. de iurisdictione omnium iudicium. & hoc tenet Guil. de Cuneo in l. prima, ff. de iudicis. ubi hoc videtur probari, sed de hoc est casus in capitulo primo, de iudicis. facit quod habetur secunda quaestione sexta, nos, si competenter. aut fit prorogatio in absentia iudicis, & tunc ista prorogatio non valet, secundum Butr. hic, sed Jacob. Butrig. tenet contrarium in l. prima, C. de iurisdictione omnium iudicium. Sed Ioan. de Imo. concordat opinio. dicens, quod ubi non requiritur consensus iudicis in prorogatione procedit opin. Iac. Butrig. ubi autem requiritur consensus iudicis, procedit opinio Butr. Quando autem requiratur consensus iudicis, in quem fit prorogatio, dictum est super glo. fin. in prima parte glo. super prima, & secunda particula.

Tertius casus est, quando partes non consentiunt expresse, sed simpliciter litigant coram iudice nō suo. & hoc casu si partes tacent vsque ad litem contestatam. Clarum est, quod sit prorogatio, & hoc tenet glo. in l. j. ff. de iudic. But. vero in l. sed si sulceperit, eod. tit. & in l. quidam consulebat. ff. de re iudic. & in l. & si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iudic. dicit, quod quidam sunt actus, qui fiunt coram iudice, per quos non inducitur, nec expressus, nec tacitus consensus, ut quia petitur editio libelli coram iudice, ut sic possit recte deliberare, an velit cedere, uel cōtendere, vel præstatur satisfactio de iudicio sisti, & per talem actum non fit prorogatio iurisdictionis.

Primum, scilicet de libello, probatur in lege, non videtur. ff. de iudic.

Secundum vero, scilicet de satisfactio, probatur per ea, quæ habentur in authen. offeratur. C. de lit. contesta. quidam vero sunt actus, per quos in iudicē tacite consentitur, ut quando opponitur coram iudice aliqua exceptio dilatoria, nam opponens videtur tacite petere a iudice, ut super illa pronūciat, & ideo tunc ex tali, ex quo tacite videtur in iudicem consentire etiam contra litem contestatam, inducitur prorogatio iurisdictionis. Mouetur Barto. per dictam l. si sulceperit, & per dictam l. fin. C. de except. & hanc opinionem tenuit glo. in cap. inter monasterium, de re iudic. & etiam Innoc. ibi. Alij vero dixerunt, quod ante litem contestatam nunquam fit prorogatio, quia vsque ad litem contestatam potest opponi exceptio declinatoria, seu dilatoria, si non fuit præfixus terminus ad proponendum exceptiones declinatorias, seu dilatorias, ut in cap. pasto ralis, de exceptio. & hanc opinionem tenuit glo. in dicta l. j. ff. de iudic. & in dicta l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iudic. & istam opinionem sequitur Ioā. Andr. in dicto c. inter monasterium. & Hostien. in summa, de exceptio. sed Ioan. Andr. in addit. Specul. in tit. de competen. iudi. adit. §. j. super versic. sed quid erit. dicit, quod eo ipso, quod in iudicem tacite consentitur, fit prorogatio iurisdictionis, sed reuocabitur vsque fiat litem contestata, sed ulterius me non extendo, quia de hoc plene dixi in dicto cap. inter monasterium, de re iudic. & per Legistas in dicta l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iudic. & in dicta l. quidam consulebat.

99 Primo quæro, tan si sit prorogata iurisdicō alicuius videatur prorogata nedum quo ad potestatem cognoscendi, sed etiam quo ad potestatem sententiandi, & exequendi. & dicendum est, quod sine dubio videtur prorogata quo ad potestatem sententiandi, quia de qua re cognouit iudex, de ea debet pronunciari, ut in l. de qua re. ff. de iudic. & in cap. cum super, de causa possess. & propriet.

100 Sed dubium est, tan si videatur prorogata quo ad potestatem exequendi, nam Iac. Barrig. in l. episcopale. C. de episc. audien. dicit quod non, & dicit ibi esse casum not. de hoc allegat etiam glo. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. sed Specul. in tit. de competen. iudi. adit. §. j. versic. sed quis exequatur. tenet, quod iudex, cuius est iurisdicō prorogata possit exequi, si est ordinarius, sed si est delegatus, delegans eam, debet exequi. sed Io. Andr. in addit. Specul. in isto versic. videtur dicere post Simo. Vinc. quod ipse iudex, cuius iurisdicō est prorogata, nō exequatur, quia non videtur esse iudex quo ad hoc, sed debet scribere iudici territorij ut exequatur, allegat quod habetur in l. cum vnus. §. j. ff. de bo. auth. iud. poss. & in l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. & in cap. 2. §. j. de constit. in vj. Sed But. & Ioan. de Imo. hic in fine post eum distinguunt, ex qua distinctione facias tres casus.

Primus est, quando iudex in quem est facta prorogatio, nō habebat alias potestatem exequendi aliquam sententiam, & tunc non poterit exequi sententiam latam in causa prorogata, quia quo ad actum exequendi non esset extendere eius potestatem, sed esset de nouo dare, quod non possunt priuati, ut in l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iudi. & in cap. significan tibus. supra eod. & hoc casu potest procedere opin. Iac. But. vn de tunc ordinarius loci debeat eam exequi, per ea quæ not. in d. l. episcopale, de episc. audien. & per Barto. in d. l. a Diuo Pio. ff. de re iudic.

Secundus casus est, quando alias habebat potestatem exequendi, & erat iudex ordinarius, & tunc si res, in qua deberet fieri executio, erat in territorio ipsius ordinarij, eius iurisdicō est prorogata, & ipse poterit exequi. & hoc casu procedit opin. Specul. aut non erat in suo territorio, sed in territorio alterius iudicis, & tunc ipse non poterit exequi, sed debet scribere iudici, in cuius territorio res est, ut sententiam suam exequatur, & illa debeat exequi per tales literas. & hoc casu procedit opin. Simo. Vincen. quam videtur sequi Ioan. Andr. vbi supra, per iura per ipsum alleg. & per id, quod plenè not. Bart. in dicta l. a Diuo Pio. ff. de re iudic. in §. j. & quod no. in cap. potestulasti, de foro compet.

Tertius casus est, quando iurisdicō delegati fuit proroga-

ta, & tunc aut loquimur in delegato Principis, vel Papæ, aut in delegato inferioris.

In primo casu tene, quod possit exequi sententiam latam in causa prorogata: ex quo enim censetur esse eadem iurisdicō, ut dicit glo. si. sicut potest exequi suam sententiam in causa principali delegata, ut supra eod. & in cap. in literis. & c. con querente. ita debet posse exequi in causa prorogata, cum illa sit accessoria ad personam, & sequi debeat eius naturam, ut in regula, accessorium. lib. vj. dicit tamen Ioan. de Imo. hic in fi. tutius esse ad omne dubium tollendum, quando est facta prorogatio de re ad rem, quod literas ipsius delegati ordinarij loci, in cuius territorio sita est res, in qua debet fieri executio, faciat executionem, sed ego puto absque dubitatione, quod ipse delegatus possit exequi per rationem supra alleg.

De prorogatione autem de persona ad personam non est querendum, cum iurisdicō delegata non possit prorogari de persona ad personam, ut hic patet.

In secundo autem casu. sc. quando est prorogata iurisdicō delegati inferioris a Principe. dicit But. & Ioan. de Imo. quod non habet potestatem exequendi, saltem ut mittat in possess. ut not. Innoc. in cap. cum ab ecclesiarum. infra de offic. ordin. ideo ipse tunc non exequatur, sed delegatus poterit exequi, ut voluit Specul. in loco præalleg. sed de hoc, an delegatus inferioris a Principe possit exequi sententiam suam. dic vt in cap. si quis contra clericum. infra de fo. compet.

101 Septimo, & vltimo quæro, quæ requirantur in prorogatione. dic quod octo requiruntur.

Primo, quod ambæ partes consentiant tacite, vel expresse, nec sufficeret consensus alterius partis tantum, ut in l. ff. de iudic. & hoc tenet hic glo. in prima parte.

Secundo requiritur, quod prorogatio fiat ex certa scientia, & non per errorem, ut in l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudic. & dixi in prima parte principali glo. fina. in tertia ipsius particula.

102 Tertio requiritur, quod non consentiant per metum, quia prorogatio facta per metum est ipso iure nulla, ut in l. secunda. ff. de iudic. & iste est vnus casus, in quo metus ipso iure inficit actum. Ratio est, quia in prorogatione requiritur liber consensus, sed vbi consensus liber requiritur metu interueniente actus est nullus, ut patet in matrimonio, ut in capitulo, cum locum, de sponsalibus. sic etiam in dote promissa per metum, ut in l. si mulier. §. si dos. ff. quod metus cau. vbi bona glo. de quo dicitur in capitulo, Abbas. infra quod metus causa. & dicit Dom. Abb. hic in fi. hoc esse bene notandum, quia ex hoc infertur, quod iudicia agitata per tyrannos sunt ipso iure nulla, licet per metum sint recepti in ciuitatibus, quia iurisdicō tributa per metum est ipso iure nulla, & plenius per Barr. in tract. de tyrannide.

Quarto requiritur, quod non interueniat pœnitentia vsq; ad litem contestatam, de quo supra dictum est, unde per contumaciam non prorogatur. ^a

Quinto requiritur habitus personarum, quia seruus & pupillus non possunt prorogare iurisdicōnem, nec clerici possunt prorogare iurisdicōnem sine consensu sui episcopi, ut in cap. significasti, de foro compet. & tangitur hic in glo. fin. in fi. nec vasallus pot. est prorogare iurisdicōnem alterius sine consensu domini, ut in cap. ex transmissa, de foro compet. & in cap. ceterum. & ibi per Innocent. de iudic. & per Bart. in l. j. §. & post operis. ff. de ope. noui nuncia. simile in exempto, qui non potest prorogare iurisdicōnem inferioris, unde si exemptus incurreret excommunicationem, puta quia verberaret clericum, non potest petere absolutionem ab episcopo, etiam si esset casus, in quo episcopus potest absolueri ab excommunicatione, hoc tenet Io. An. in regula, scienti. in vj. in mercur. de quo vide Dom. Abb. in c. significasti, de fo. compet. tamen tenuit contrarium in c. 1. in glo. fin. infra tit. prox.

Sexto requiritur habitus cause, nā illa quæ sunt fori pœnitentialis, nō possunt prorogari in alium iudicem. Item si iurisdicō alicuius iudicis est limitata ad certas causas, non potest fieri prorogatio quo ad causas diuersas, ut supra dictum est circa primam partem glo. fin. in sexta specie prorogationis.

Septimo requiritur, quod iudex habeat iurisdicōnem, sufficit tñ, quod habeat iurisdicōnem in habitu, ut dicit glo. no. in l. j. ff. de iud. quæ vult, quod iurisdicō iudicum chartulariorum, id est notariarum, qui habent iurisdicōnem in habitu sine administratione aliqua potest prorogari quo ad exercitium. & illam glo. communiter sequuntur Doct. pro hoc allego glo. 1. supra eod. cum R. quæ dicit, quod si laicus conuenitur coram iudice eccle-

A D D I T I O.

^a Vnde per contumaciam non prorogatur. Ut tenet Felyn. in c. si duobus, 2. colum. de appell.

Alex. de Neuo super j. Decret. F 3

Alex. de Neuo in primum Decretal.

ecclesiastico, & non excipiat, vale processus, quia iudex ecclesiasticus habet habitum iurisdictionis secularis, licet non habeat exercitium. facit quod habetur in l. rem non nouam. §. fin. C. de iudic. & in l. fin. C. vbi, & apud quem. & quod not. Bart. in l. iubemus. §. sane. prope fin. C. de sacrosanct. eccle. vbi dicit, quod notarius, q. est iudex chartularius, potest ipsemet scribere præceptum, quod ipse fecit parti super instrumento, de quo fuit rogatus. & dicit ibi Bart. quod iudex chartularius habet iurisdictionem voluntariam. secus si iudex caret iurisdictione, quia tunc non posset prorogari eius iurisdictione, quia non esset prorogare, sed de nouo dare, & hoc sequitur hic omnes Doct. & sequitur hic Dom. Abb. in penult. col. & dixi super glo. fin. in princ.

105 Quid si autem si est dubium de iurisdictione. Butr. hic dicit, quod si dubium est super iurisdictione ordinaria, quod si communis opinio est ipsum esse iudicem, potest eius iurisdictione prorogari. facit l. Barbarius. ff. de offic. prætor. & sic potest intelligi, quod not. Spec. in tit. de competen. iudi. adit. §. j. versic. sed quid si priuati. In delegato autem dicit, quod si partes litigant ex certa scientia, quando est dubium, an sit iudex: puta propter equiuocationem nominis potest fieri prorogatio, facit quod habetur in l. si quis in nomine. ff. de iudic. & quod notat Barto. in l. demonstratio. ff. de condit. & demonstr. & sequitur hic Ioan. de Imo. in antepenultima charta, in secunda, vel tertia colum.

106 † Quid autem si superuenit ei iurisdictione, nunquid conuallidetur prorogatio facta ante superuenientiam iurisdictionis, ita ut valeant gesta ex vi prorogationis. Guido de Suza, ut refert hic Butr. in dicta l. si qui ex consensu, C. de episc. audient. dicit, quod sic. Sed Butr. intelligit hoc esse verum, quando superuenit iurisdictione ex causa de præterito, ut in l. obseruare. §. fin. ff. de officio proconf. & lega. secus si superueniret iurisdictione ex causa noua, allegat not. per Docto. in l. prima. C. qui pro sua iuridic. facit quod habetur in l. momentaneæ. C. qui legit. personam. & ita etiam sequitur hic Ioan. de Imo. in antepen. char. in 3. colum.

Octauo requiritur consensus iudicis, cuius iurisdictione prorogatur de tempore ad tempus, secus si fiat prorogatio de persona ad personam, vel de re ad rem, quia tunc non requiritur eius consensus, sed valet prorogatio facta etiam eo ignorante, ut est casus in l. secunda. ff. de iudic. Dicit tamen Dom. Abb. quod si iudex scit, sufficit, quod non contradicat, & sic videtur sentire pro iudice, cuius iurisdictione prorogatur contradicente non potest fieri prorogatio. idem tenet Ioan. de Imo. ut dixi in prima glo. in secunda particula. & Butr. hic dicit, quod multum operatur, quod iudex, cuius iurisdictione prorogatur, consentiat, quia si consentit, potest compelli, ut ferat sententiam super causa prorogata, alias non potest compelli, alleg. quod habetur in simili in l. tertia. §. tamen. ff. de arbit. & hoc tenet Specul. in præalleg. §. i. de competen. iudi. adit. versicu. sed an is. Sed Ioan. de Imo. hic in antepenult. char. prope fin. dicit, quod nedum si expresse consentiat, sed etiam si taceat, ut quia scit partes litigare coram eo animo prorogandi eius iurisdictionem, & non contradicit, quod tunc debet compelli ad iudicandum, argum. cap. penult. infra de re iudic. cum regulariter tacitum, & expresse equiparentur. l. cum quid. ff. si cer. peta. secus vbi non apparet de eius consensu expresse, vel tacite, quia tunc non posset compelli ad iudicandum.

Et ex hoc infertur, quod si partes prorogant iurisdictionem iudice ignorante, si iudex quamprimum scit se non iudicem prorogantium contradicit, non valet prorogatio, nec tenetur in causa procedere, & ista sufficiant circa istud capitulum. Et de hac materia plenè habetur in l. i. & 2. ff. de iudic. & per Pet. Cyn. & Bald. in dicta l. si qui ex consensu, C. de episc. audient. & per Doctores in l. prima. C. qui pro sua iuridic. & per An. ge. in l. & quia. ff. de iuridic. omnium iudicum. a

ADDITIO.

a De hoc per Bal in cap. 1. 2. & 3. col. de iudic.

De officio legati. Rubrica.

S V M M A R I V M.

- 1 Legati, qui nuncij sint, & qui iudices.
- 2 Legati quidam nati dicuntur, quidam de latere, quidam nec de latere, nec nati.

¶ Quoniam officium legati simile est in quibusdam officio delegati, cum vterque gerat officium superioris, ideo post tit. precedentem legislator submisit istum. Et scias, † quod qui-

dam legati sint nuncij, & non iudices, ut illi quos Papa sæpe mittit pro aliqua ambasiata, vel ad aliquod nudum ministerium exercendum. & de his habetur. i. dist. ius gentium. & 97. dist. in. per totum. & maxime in cap. nobilissimus. facit clem. i. de censib. Quidam vero legati sunt iudices, quos Papa facit iudices ordinarios in aliqua prouincia. & de istis tractatur hic. † & isti reperiuntur in triplici specie, nam quidam sunt legati nati, quidam legati de latere, quidam nec de latere, nec nati. & de his habetur in capitulo primo, eodem titulo in vj. & in cap. penult. infra eod. vbi dicitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Legatus Papæ per simplicem querelam adiri potest.
- 2 Suffraganei alicuius prouincie faciunt vniuersitatem.
- 3 Doctores faciunt vniuersitatem.
- 4 Ignorantia iusta non est ignorare aliquem esse legatum natum.
- 5 Qualitates diuerse in eadem persona concurrere possunt.
- 6 Legatus natus, cur sic dictus.
- 7 Dignitates diuerse diuersis respectibus in eadem persona concurrere possunt.
- 8 Legatus Papæ in tota prouincia sibi decreta habet iurisdictionem, ut possit adiri per viam querelæ a subditis suffraganeorum suorum, & quæ sit propria querela, num. 9.
- 10 Archiepiscopus adiri potest per viam querelæ contra episcopum a subditis suffraganeorum, tamen episcopus adiri non potest, nisi per viam appellationis.
- 11 Legatus amplioem habet potestatem in prouincia sibi decreta quam Archiepiscopus: concurretq; cum quolibet ordinario existente in sua prouincia. Et an & quando beneficia spectantia ad collationem ipsorum conferre possit, num. 12.
- 13 Appellatio, & querela differunt, vbi infertur ad statutum.
- 14 Legatus qui non gerit vices Papæ.
- 15 Legati Cardinales proconsulibus, reliqui verò presidibus prouinciarum equiparantur.
- 16 Legatus tenetur suscipere appellationes, vel querelas, quæ perueniunt ad suam audientiam.
- 17 Iudex non tenetur in iudicatu, si non fecit quod potuit, si facere tenebatur.
- 18 Testis vnus si minus dicat, alter verò plus in facto, non censentur contrarij.
- 19 Legatus an possit in omnibus causis adiri per viam appellationis, & querelæ.
- 20 Reus si habet plures iudices, actori datur electio, coram quo agat.
- 21 Legatus, & Metropolitanus non potest deponere episcopum, potest tamen declarare deponendum, vbi infertur.
- 22 Statuto si Potestati prohibetur, ne extrahat aliquem de banno, potest tamen pronuntiare eum extrahendum.
- 23 Legatus an possit deponere episcopum, vel presbyterum, adiunctis sibi episcopis, & quæ requirantur in eorum degradatione.
- 24 Episcopus in crimine hæresis solus degradatur conuocatis prelati, & religiosi sue diocesis.
- 25 Legatus, an possit compellere appellantem ad Papam litigare coram se.
- 26 Appellari ad Legatum an possit omissio medio.
- 27 Exemptus an possit prorogare iurisdictionem inferioris.
- 28 Legatus de causis exemptorum non cognoscit, nisi sit de latere, qui & confirmare electiones exemptorum.
- 29 Legati de latere soli sunt Cardinales, non Cardinales verò Legati de latere dici non possunt. Et quando qui non sunt Cardinales, possint dici de latere.
- 30 Legatus nunquid dare possit Vicarium loco sui.
- 31 Proconsul ante ingressum prouincie, quomodo & quando possit Vicarium dare.
- 32 Legatus est ordinarius, qui potest committere etiam industriam personæ requirentia.
- 33 Libellus, si porrigatur Archiepiscopo, qui est legatus natus nulla facta mentione de legatione, an valeat.
- 34 Dictio, tanquam, interdum ampliat, interdum restringit.

C A P. P R I M V M.



I Vm non ignoretis. Legatus simplicem querelam admitti potest, hoc dicit. Diuiditur in duas partes. In prima præmittit causam in genere, ex qua postea concludit. secunda ibi, sane.

Primo nota ex superscriptione decr. ibi, vniuersis suffraganeis Cantuariæ ecclesiæ, † quod suffraganei alicuius prouincie faciunt vniuersitatem. facit quod habetur in cap. ex literis, iuncta superscriptione. §. de constit. vbi patet, quod

- 3 † quòd Doctores faciunt vniuersitatem. facit etiam cap. fin. j. de maio. & obed.
- 4 Secundò no. ex tex. in verbo, non ignoretis, † quòd non est iusta ignorantia ignorare aliquem esse legatum natum: quia cum tale officium sit annexum dignitati & perpetuū, & per consequens notorium, non est iusta eius ignorantia. facit c. i. de postul. praela. & 16. distin. quod dicitis.
- 5 Tertio no. † quòd in eadem persona possunt concurrere diuersae qualitates, quia quis potest esse Archiepiscopus prouinciae, & legatus natus, prout erat iste Archiepiscopus Cantuariensis. † & appellatur legatus natus, quia eo ipso quòd promouetur in Archiepiscopum, nascitur cum illa dignitate legationis. Et ex hoc no. † quòd dignitates diuersae, immo quodammodo contrariae, possunt diuersis respectibus concurrere in eadem persona: nam ratione dignitatis archiepiscopalis non potest adiri per viam querelae, sed bene ratione dignitatis legationis. facit tex. not. cum gl. in c. a. collatione, de appell. in 6. vbi patet, quòd quis potest esse Episcopus & canonicus in eadem ecclesia. & quòd notat Barto. in l. si quando, C. de appell. vbi dicit, quòd quis potest esse Rex in vno regno, & Dux in alio.
- 8 Quarto no. † quòd legatus Papae in tota prouincia sibi decreta habet iurisdictionem, vt possit adiri per viam querelae à subditis suffraganeorum suorum. † & quae sit propria querela, dic quòd quantum ad propositum dicitur querela, quando conuenit aduersarium coram iudice: cōqueritur enim de eo, quòd indebitè detinet rem suam, vel quòd sibi non vult solue re debitum, vnde legatus potest adiri per viam querelae, quia quilibet de prouincia potest cōuenire coram eo aduersarium suum. † Et aduerte ne erres, quia contra Episcopum bene potest adiri Archiepiscopus per viam querelae, quia Episcopus immediatè est subditus suo Archiepiscopo, vt i. c. pastoralis. in princ. j. de offic. ordin. & probatur in cap. venerabilibus, post princ. §. sed si excommunicatus, cum §. seq. de sent. excō. in 6. sed subditi suffraganeorum non iunt subditi ipsi Archiepiscopo. vnde ab ipsis non potest adiri, nisi per viam appellationis, vt hic, & in c. Romana, in princ. de foro compet. in 6. sed si est legatus bene potest adiri, etiam à subditis suffraganeorum suorum, vt hic. Ex quo inferitur, † quòd legatus Papae habet ampliore potestatem in prouincia sibi decreta, quam Archiepiscopus. Et refert hic D. Abb. notabile dictum Spec. in titu. de legato. §. nunc ostendendum, vers. legatus. vbi dicit, quòd legatus concurrat cum quolibet ordinario existente in sua prouincia, siue sit abbas vel archidiaconus, siue Episcopus, siue Archiepiscopus siue Patriarcha, & quòd potest omnia exerce re, quae exercentur per ipsos ratione ordinariae potestatis. † Et quòd potest conferre beneficia spectantia ad collationem ipsorum, hoc tamen vitium intellige quando est legatus de la tere, quia alij ratione legationis non possunt conferre benefi cia pertinētia ad collationem aliorum praelatorum, vt est tex. in cap. i. eo. l. titu. in 6. & D. Abb. se remittit ad ea quae scripsit de potestate lega. in c. vit. de conu. vti. vel inuti. circa illum articulum, an legatus possit vnire, & ibi plenius scripsi, q̄ ipse.
- 13 † Quintò no. differētiā appel. & querelae, vide glol. not. in cap. querelam, j. de procu. quae dicit, quòd querela est actus citra appellationem. probatur in c. concertationi. de app. in 6. vbi ille, qui non potest appellare, potest querelam proponere. facit l. fin. §. illud. C. de temp. appel. ibi, poteris in querelam deducere. & quòd notat glol. in l. 3. C. quom. & quando iudex. Ex quo inferitur, quòd si statutum prohibet appellari a sententia, non videtur prohibita querela, seu querimonia, cum ista sint diuersa. vide quae dixi in c. pastoralis. in princ. j. de appel.
- 14 Sextò no. † quòd legatus gerit vices Papae. sed in cōtrarium facit c. 2. eod. titu. in 6. vbi probatur, quòd quilibet legatus habet iurisdictionem ordinariam. sed D. Abb. respondet, quòd licet habeat iurisdictionem ordinariam, tamen non est radicata hæc potestas in personam ipsius legati. Sed postea Dom. Abb. dicit, quòd satis potest dici hæc iurisdictione radicata, ex quo deputata est certa prouincia a iure super officio legationis, sed dicitur gerere vices Papae: quia sicut Papa potest exercere iurisdictionem per totum mundum, i. l. q. 3. cuncta per mundum. ita legatus potest exercere iurisdictionem per totam prouinciam sibi commissam ex concessione Principis. Tu tamen dic, quòd potestas legationis est ordinaria, modò tamen extraordinario inducta & odiosa: quia per eam præiudicatur iurisdictioni ordinariæ, de quo vide text. cum glol. in cle. 2. de offic. ordi. sed D. Abb. dicit quòd isti legati sunt ad instar præsidum: quia sicut præsidēs regebant prouincias, ita & isti legati regunt prouincias. Sed gl. in c. 2. in verbo, proconsulū, co. tit. in 6. † quòd legati Cardinales æquiparantur proconsulibus, reliqui verò præsidibus prouinciarum. & de hoc etiam habetur per gl. in l. j. ff. de offi. præfec. præto. & quia istud non est multum vtile, me non extendo.
- 16 Vltimò no. ibi, potest & debet, † quòd legatus tenetur su-

scipere appellationes vel querelas, quae perueniunt ad suam audientiam. & ideo tex. addidit verbum, debet, quasi innuat, quòd non sit in facultate legati, an recipiat, vel non recipiat appellationes vel querelas, sed tenetur eas admittere si sunt interpositae ex causa probabili, aliàs posset vniri per superio rem, secus si non relinqueretur eius facultati: quia tunc non posset puniri, si nollet recipere. vnde Barto. in l. consentaneum, C. quom. & quando iudex. dicit, † quòd iudex non tenetur in syndacatu, si non fecit illud quod potuit facere, si facere non tenebatur. idem dicit Spec. in tit. de offic. iudic. §. impedit. vbi dicit, quòd non potest appellari à iudice nolente im part. ri officium suum, vbi non tenebatur illud impartiri, licet posset, de quo plenius dixi s. tit. prox. c. consuluit.

In glo. i. in fi. Butr. & Ioan. de Imo. dicunt, quòd ista glo. fa cit, † quòd si vnus testis minus dicat, alter verò plus in facto sit per quo deponunt, dummodo aliter non contradicant, non censentur esse contrarij, de quo plenius dixi s. titu. proximo c. super quæstionum.

In glo. 2. diuide ipsam in tres partes.

In prima quærit, an legatus possit in omnibus causis adiri per viam appellationis, & per viam querelae.

In secunda, an possit deponere Episcopum, vel presbyterū.

In tertia, an possit compellere istum, qui appellauit ad Pa pam litigare coram se. Secunda ibi, sed nunquid potest. Ter tia ibi, item si quis appellaret.

19 In prima parte gl. † no. ex ipsa, quòd legatus potest adiri per viam querelae, & per viam appellationis in omnibus causis. & ista gl. non distinguit, de quo legato intelligatur, & an habeat locum in quolibet legato, & sic videtur velle, quòd siue sit le gatus de latere, siue natus, siue missus, possit adiri per viam que relae. glo. tamen 2. q. 6. si quis vestrum pulsatus. intelligit istum tex. in legato, qui etiam est metropolitanus, vt erat iste Can tuarien. quia videretur frustratoria dignitas legationis, si non posset adiri per viam querelae, cum ex iure metropolitico pos sit adiri per viam appellationis, secus si in alio legato, qui non esset metropolitanus, & pro hoc allegat c. peruenit. i. 1. quæ stio. i. idem tenet glo. 1. 1. q. 3. conquestus. Sed Barth. Brixien sis in addit. tenet contrarium. & opin. Barth. Brix. sequitur hic Butr. & etiam D. Abb. qui pro hoc allegat tex. in c. 2. eod. titu. in 6. vbi dicit, quòd quilibet legatus habet iurisdictionem ordi nariam in prouincia sibi commissā. Item quia ratio expres sa hic in fi. habet locum in quolibet legato: quilibet enim lega tus gerit vices Papae in prouincia, sibi commissā, & ideo cum ratio expressa in tex. sit vniformis in quolibet legato, debet dispositio ipsius in quolibet legato procedere.

Non obstat c. peruenit, quia loquitur in defensore & nō in legato, vel si intelligitur in legato, loquitur quando legatus volebat compellere actorem ad litigandū coram se: hoc enim non potest facere legatus, sed debet dimittere facultatē agēti vt agat coram quo iudice velit, & istam vltimam sol. multum notat hic D. Abb. ex qua colligit, † quòd si reus habet plures iudices datur electio actori, coram quo iudice agat. de hoc est bo. tex. in l. non vtique. ff. de eo quod cer. lo. & hoc tenet gl. in l. fin. C. vbi & apud quem. & est tex. iuncta glo. penult. in c. di ligenti. j. de foro comp. & tenet etiam gl. in c. statutum, §. cum autem, in verbo, recuset. de rescrip. in 6. & istam opin. l. quòd quilibet legatus possit adiri per viam querelae, sequitur etiam hic Io. de Imo. dicens istam opin. communiter teneri.

21 In secunda parte gl. duo habes ex ipsa: Primum est, † quòd legatus non potest deponere Episcopum. glo. tamen 2. q. 6. bi duum. vers. siquidem. dixit, quòd licet metropolitanus non pos sit deponere Episcopum, tamen potest declarare eum deponen. & pro hoc facit quòd not. Iac. de Are. & Cyn. & Bal. in l. j. C. si aduer. lib. † qui dicunt, quòd si ex forma statuti est prohibi tum potestati ne extrahat aliquem de banno, tamen potest pronunciare eum extrahendum. Item dicit Bal. quòd aliud est publicare bona, aliud est pronunciare bona publicanda: quia primo casu sententia trahit secum executionem, sed secundo casu non. Item aliud est mittere quem in possess. aliud est pronunciare ipsum esse mittendum, & hoc videtur intelligi vo luisse Host. in c. transmissam, de elect. vbi dicit, quòd licet con firmatus nondum consecratus non possit deponere presbyte rum, tamen potest pronunciare eum deponendū. Itē licet ar biter non possit restituere in integrum, tamen potest fieri cō promissum super articulo, an quis sit restituendus vel non, vt dicit gl. in d. l. fin. C. vbi & apud quem. Bal. tamen eam repre hendit. sed Bart. ibi eam sequitur, quòd sic compromittendo vide tur velle pati, quòd sic de facto conueniatur, quòd potest velle si placet ei. l. lul. §. quantum verò. ff. ad exhib. & in l. vbi pa ctum. C. de transac. valet ergo tale compromissum, quia videtur voluisse, quòd aduersarius eum possit conuenire corā arbitro super hoc. l. quòd patiatu arbitrum declarare, an sit restituendus vel ne, & si declarabit ipsum restituendum. poterit petere resti tutionem

Alex. de Neuo in primum Decretal.

- tionem coram iudice, & si aduersarius noluerit stare declarationi factæ per arbitrum, incidit in pœnam, & sic intellige Barto. Sed his non obstantibus tene contrarium, quia definitio & sententia reseruat Papæ, vt in capit. quamuis, & in capit. accusatus, 3. quæst. 6. Possit tamen legatus vel Archiepiscopus audire causam criminalem motam coram Episcopo, & ipsum punire alia pœna, quam depositionis, vt in capit. iaculo. de sent. excomm. de quo vide per Ioann. And. in cap. vt litigantes, de offic. ordina. in 6. & per Dom. Abb. in cap. primo, §. de iudic.
- 23 Circa secundum dictum glo. scilicet quod potest legatus deponere Episcopum adiunctis sibi Episcopis, dicit quod in degradatione presbyteri requiruntur sex Episcopi: in degradatione autem diaconi vel subdiaconi requiruntur tres, de quo vide bonam glo. in cap. i. in glo. 2. de hæret. in 6. & idem dicit glo. 2. in cap. degradatio, de pœn. in 6. sed si sunt in minoribus ordinibus constituti, solus Episcopus proprius potest eos degradare, vt est tex. in dicto cap. degradatio. Item est speciale in crimine hæresis, vt solus proprius Episcopus possit degradare conuocatis prælatis & religiosis suæ diocœsis, de quibus ei expedire videbitur, vt est casus in d. c. 1. de hæret. in 6.
- 24 In tertia parte glo. aduerte, quod aliqui habent, quod legatus non potest compellere eum, qui appellauit ad Papam litigare coram se. Sed Dom. Abb. habebat in suo libro, quod legatus possit compellere appellantem ad Papam, litigare coram se, & arbitror, quod glo. ita debet stare per rationem, quam assignat glo. scilicet quia quilibet potest ad eum appellare omisso medio: nam ratio glo. non congruit, si glo. diceret, quod non potest ipsum compellere, sed si diceret, quod potest ipsum compellere, tunc ratio congruit, sed tunc dictum gl. non est verum, quia in contrarium est tex. in cap. antiqua. de priuileg. & de hoc est bon. tex. & ibi etiam per Doct. in cap. constitutus, infra de appell. Item nota finem glo. dum dicit, quod potest appellari ad legatum omisso medio. idem tenet glo. in cap. 2. in verbo, officiali. de offic. in 6. & in cap. Romana, in princ. in verbo, curiam. de appell. in 6. Sed glo. in cap. quod translationem, §. cod. videtur sentire contrarium, dum dicit, quod ad solum Papam potest appellari omittis medijs. Sed Dom. Abb. dicit, quod forte illa glo. non voluit excludere legatum, sed alios ordinarios. Sed Ioann. Andr. in dicto cap. si quis vestrum pulsatus, 2. quæst. 6. expressè tenet, quod non possit appellari ad legatum omisso medio. Sed Barth. Brixien. ibi sequitur opin. huius gl. sed Butt. hic tenet, quod non possit appellari ad legatum omisso medio. & istam opinionem etiam tenet Spec. cod. tit. §. superest. versi. illud. & in tit. de appell. §. nunc tractemus. ver. sed nūquid. dicit tamen, quod opin. illius gl. seruatur de consuet. Sed Dom. Abb. dicit, quod credit, quod etiam de iure sit seruanda per fundamentum, quod supra fecit, nam si concurrat cum quolibet ordinario: ergo non est dare superiorem magis immediatum. exemplum secundum eum, si appellatur a prælato inferiore Episcopo, nam si concurrat cum ipso, ergo potest appellari ad ipsum legatum, sicut ad Episcopum. & idem dicit esse appellandum ab Episcopo ad Archiepiscopum: quia ita potest appellari ad legatum, sicut ad Archiepiscopum, ex quo concurrat cum eo. facit cap. 2. eod. tit. in 6. vbi patet, quod quilibet legatus habet ordinariam iurisdictionem in sua prouincia: ergo si est ordinarius concurrat cum quolibet ordinario ipsius prouinciæ. istam opinionem etiam sequitur hic Ioan. de Imo. per istum tex. quia legatus gerit vices Papæ: ergo sicut potest appellari ad Papam omittis medijs, ita etiam ad legatum, cum gerat vices Papæ. & dicit hoc procedere etiam si appellaretur a delegato Episcopi, nam poterit appellari ad ipsum legatum omisso Episcopo, ex quo cum eo concurrat. & de hoc articulo etiam vide Archidiacono. & Dom. Domin. in dicto cap. si quis vestrum. & in cap. quisquis, 1. 1. quæst. 6. & Archidiacono. in cap. peruenit, 1. 1. q. 1.
- 27 In glo. fin. ibi, nisi velint respondere sub eis. nota ex glo. quod exemptus potest prorogare iurisdictionem inferioris. sed contrarium tenet Io. Andr. in regula, scienti. in merc. lib. 6. & Dom. Abb. in cap. significasti, de foro compet.
- 28 Item nota bene istam glo. scilicet, quod legatus non potest cognoscere de causis exemptorum, nisi sit legatus de latere, & hoc vltimum probatur in cap. si Abbatem, de elect. in 6. vbi patet, quod legatus de latere potest confirmare electiones exemptorum, & dare licentiam transeundi ad vnam dignitatem, dimissa prima, quod non posset facere, nisi super eis haberet iurisdictionem: quia confirmatio est fienda per superiorem, vt in cap. quæsit. cum similib. de elect. in 6. & hoc tenet Ioan. Andr. in dicto cap. si Abbatem, & sequitur hoc communiter Doct. & tene bene hoc menti. & ideo notabis istam gl. quam communiter Docto. sequuntur, quod legatus qui non est de latere non habet iurisdictionem super exemptos, sed bene legatus de latere, & quotidie legati de latere dant literas in
- causis exemptorum, & sæpe dubitatur, an possit hoc facere, & de hoc habes glo. hic, quod sic, & rex. in d. cap. si Abbatem.
- 29 Sed in quantum glo. dicit, quod aliqui sunt legati de latere, & alij legati Cardinales. gl. non bene dicit, secundum Do. Abb. nam soli legati de latere sunt Cardinales, illi verò qui non sunt Cardinales non possunt dici legati de latere, cum non sint de collegio Papæ, vt probatur in cap. 1. de offic. lega. in 6. Fortè tamen glo. posset saluari intelligendo eam, quod legati Cardinales indistinctè dicantur legati de latere, sed interdum etiam aliqui qui non sunt Cardinales possunt dici de latere, quando scilicet Papa eos mittit vt habeant eandem iurisdictionem, & eandem potestatem quam habent legati de latere Cardinales, licet improprie dicantur de latere, ex quo non sunt de collegio Cardinalium. facit l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta. & 6. quæst. 1. si quis cum militibus. ibi, etiam renatorum: nam ipsi pars corporis nostri sunt.
- 30 Extra glo. quaero, quod nunquid legatus possit dare vicarium loco sui. pone exemplum, plures prouinciæ sunt commissæ vni legato, ipse vult in vna prouincia residere, in alijs constituere vicarios, nunquid hoc possit. & Dominus Cardin. dicit se vidisse in facto dubitari, & conclusisse quod sic: & mouetur quia cum legatus sit ordinarius, & habeatur ad instar proconfulis vel præiudis, vt in cap. 2. co. tit. in 6. Ergo debet posse constituere vicarium, sicut proconful vel præses: & dicit non esse faciendam differentiam, an sit de latere, vel non, cum quilibet legatus sit ordinarius, vt dicto cap. 2. allegat ad hoc ibi. argum. Auth. de collatio. §. & hæc prohibemus, colla. 9. & in Authen. de defensoribus ciuitatum. §. nulla. coll. 3. & Bart. in l. obseruare. ff. de offic. proconf. & lega. §. vbi Bart. dicit, quod proconful antequam est ingressus prouinciam non potest dare vicarium, nisi subit iusta causa impediendi, sed si est ingressus prouinciam, tunc dicit, quod si impedimentum est longum, non potest dare vicarium, sed eo remoto alius debet subrogari, vt in l. si longius, in princ. ff. de iudic. Aut impedimentum non est longum, & tunc potest facere vicarium. argum. in l. j. §. 1. ff. de officio proconf. & lega. & in dicto §. & hoc prohibemus. Aut non subest iusta causa, & tunc non potest dare vicarium. & ita debet intelligi §. nulla, in dicta Auth. de defensoribus ciuitatum. allegat etiam glo. in dicta l. obseruare, quam dicit non reperiri in multis libris. & gl. in l. 2. C. de offi. eius qui vices altere gerit. & vide quod notat Bart. in l. j. §. hi quibus. ff. de lega. 3.
- 31 Non obstat, si diceretur, quod quando mittitur legatus, videatur electus industria per oronæ, & sic non possit alium substituere, vt in cap. fin. supra tit. proximo. & in cap. is cui. de offic. deleg. in 6. quia responderetur, quod legatus non est delegatus, sed ordinarius qui potest committere, etiam qui requirunt industriam personæ, vt in cap. fin. infra tit. proximo. & quod ibi not. & quod not. in cap. quod sedem, eod. tit. Plus voluit Bald. in l. aliquando. ff. de officio proconf. & lega. quod etiam conseruatores, quibus sunt commissæ certæ prouinciæ possunt dare vicarios generales.
- 32 Vltimò quaero, quod si porrigitur libellus coram Archiepiscopo, qui etiam est legatus natus, nulla facta mentione de legatione. Bald. hic distinguit, quod aut simpliciter dicitur, compareo coram vobis Domino Archiepiscopo, & tunc valet libellus, quia tacitè intelligitur comparuisse tanquam coram legato, propter perpetuam annexionem legationis. allegat in ar. l. 3. ff. de testam. milit. Aut dicit in libello, compareo coram vobis tanquam coram Domino Archiepiscopo, & tunc non procedit libellus si est aditus per viam querelæ, quia videtur intentata iurisdictione incompetens: quod nam dictio, tanquam, interdum ampliat, interdum restringit. allegat l. j. §. solent. ff. quando appell. fit. Sed tu tene indistinctè, quod libellus valeat: quia libellus est late interpretandus, vt seruiat intentioni libellantis, vt l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. & in l. si olei. C. loca. & est bona l. in cap. constitutus, infra de religiosis domib. facit optimè quod notat Innocen. in cap. cæterum, de iudic. vbi dicit, quod si aliquis coram domino feudi dicit rem esse suam iure dominij vel quasi, & petit reum condemnari ad restitutionem rei, si postea probat rem esse feudalem, valet libellus, & procedit iudicium: quia debet intelligi secundum subiectam materiam, & secundum naturam rei deductæ in iudicium: ita in proposito cum Archiepiscopo non possit adiri per viam querelæ tanquam Archiepiscopo, sed bene tanquam legatus, debet intelligi libellum fuisse porrectum tanquam coram legato, ex quo aditus fuit per viam querelæ, cum aliter non possit adiri, & illa verba, tanquam coram Episcopo, intelliguntur appositæ causa demonstrationis, non autem causa restrictionis: & hoc maxime verum est, quia verba debent deferuire intentioni, & non intentioni verbis, vt in capitulo, præterea. & in cap. intelligentia, de verb. signific. Sequitur cap. Studuisti.

SUMMARIUM.

- 1 Legatus Papæ de causa alteri specialiter commissa per Papam se intrinittere non potest.
- 2 Studium, quid: & pro diligentia capitur.
- 3 Studiosè, etiam in malam partem accipitur, malitiamque significat & dolum.
- 4 Statuto dicente, quod si quis studiosè fecerit maleficium, tali pena puniatur. Intelligitur, dummodo ex dolo & malo animo fecerit.
- 5 Delegatus in causa specialiter sibi delegata est maior legato.
- 6 Commissio generalis, si cui facta est, non impedit alijs specialiter commissa.
- 7 Delegatus Papæ, si facit sententiam contra formam rescripti, legatus potest eam reuocare.
- 8 Inferior, licet non possit se intrinittere de gestis validis per superiorem, tamen si nulla, non tollitur cognitio inferioris, ubi distinguitur de nullitate principaliter & incidenter deducta.
- 9 Statuto si tollatur facultas opponendi contra sententiam, non intelligitur sublata facultas opponendi & cognoscendi de nullitate.
- 10 Legatus potest confirmare sententiam delegati, & eam rationabiliter latam mittere executioni.
- 11 Arbitrium plenum & generale, si certis officialibus est datum super statu civitatis, vel studij, nunquid possit tollere statuta specialiter edita.
- 12 Procurator generalis potest inhibere speciali procuratori ne sibi iniunctum exequatur.
- 13 Legatus generalis ex causa noua, vel antiqua nouiter detecta specialem delegatum impedire potest.
- 14 Potestas, si iurat seruare statuta civitatis, interq; est statutum, quod nullus possit portare arma, si superuenit noua causa & inconsiderata, poterit absque periuicio facere illa portare.
- 15 Episcopus contra canones statuerè & dispensare potest causa noua & necessaria superueniente.
- 16 Episcopus ex causa pœnam iniunctam a Papa, & Sacerdos penitentiam iniunctam ab Episcopo minuire potest.
- 17 Appellari a legato Papæ ad legatum potest.
- 18 Legatus nunquid in integrum restituere possit contra delegati Papæ sententiam.
- 19 Legatus Papæ si fecit immisionem in possessionem ex causa contumacie non potest recuperare possessionem ipsam, nisi per Papam, vel alium delegatum primum succedentem in onere & honore.
- 20 Delegatus Papæ, nunquid restituere possit in integrum.
- 21 Sententia lata contra procuratorem, si nondum est executioni mandata, procurator sine speciali mandato petere potest restitutionem in integrum aduersus sententiam.
- 22 Legatus ad vniuersitatem causarum aduersus sententiam diffinitiuam per ipsam latam restituere potest.
- 23 Delegatus lata sententia functus est officio suo, & remanet iudex solum respectu executionis.
- 24 Delegatus non potest retractare sententiam suam diffinitiuam nullam, nisi sit lata contra mandati formam.
- 25 Confirmatio duplex, quedam auctorizabilis, quedam que in facto consistit, in dubio tamen de auctorizabili intelligitur.
- 26 Delegatus an possit cogere legatum, ut suam sententiam exequatur.
- 27 Constitutione Domini Sabiensis dicente, quod valeat appellatio, licet nunquam petantur apostoli, modo Papa delegauit causam in illa prouincia, & delegatus tulit sententiam, a qua appellatum fuit, nec apostoli petiti fuerunt intra triginta dies, vtrum talis appellatio deserta intelligatur.
- 28 Legatus si faciat constitutionem, ut non valeat appellatio, nisi appellans causam committi petat infra sex dies, non extenditur ad appellationes ad Papam interpositas, nisi constitutione inuictur municipalis per Papam approbata.

CAP. SECVNDVM.

- 1 **Stu**diuisti. Legatus Papæ de causa alteri specialiter commissa per Papam se intrinittere non potest. hoc dicit. Communis diuisio. secunda ibi, respondemus.
- 2 Nota primo ibi, studiusti querere, & hic accipitur istud verbum, studiusti, pro diligentia, & est sensus. i. cum diligentia quæsiuisti. Studium enim est vehemens animi applicatio ad aliquid agendum. facit l. j. §. huius studij. & quod ibi not. ff. de iust. & iur. facit etiam c. quam sit. in verbo, studeat. de elec. in 6. & cap. ex transmissa. in verbo, studiosi. de restitu. spoliat. & cap. significasti, de homic. Vnde Innoc. §. cap. prox. prudentiam. dicit, & quod si Papa mandat studiosè fieri illud quod est faciendum de iure communi, videtur dare formam rescripto, ita quod aliter factum nõ valet. alibi autem verbum, studiosè, accipitur in malam partem. de quo vide Bald. in l. j. §. huius studij. ff. de iust. & iur. & in l. j. C. de latin. liber. toll. in quibus dicit, quod verbum, studiosè, significat malitiam & dolum. Et ex hoc dicit, & quod si statutum dicit, quod si quis studiosè fecerit maleficium, puniatur tali pena: intelligitur dummodo fecit ex dolo & ex malo animo. allegat cap. sicut. in verbo, stu-

diosè. de cohab. cler. & mulie. idem dicit Ang. in l. j. C. de rap. virg. & in l. j. C. de thesaur. lib. 10. & in Authen. de nupt. §. simpliciter ab initio. & in Authen. de restitut. & ea quæ parit. in verbo, studio.

Secundo nota, & quod delegatus in causa specialiter sibi delegata est maior legato. Ex quo nota, & quod ille cui est facta generalis commissio, non potest se impedire de his quæ sunt alijs specialiter commissa, & sic mandatum speciale derogat generali, & hoc non solum procedit in commissionibus, vt hic, & in cap. x. supra de rescrip. sed etiam in vltimis voluntatibus, vt in l. feruis vrbani. §. vltimo. ff. de leg. 3. & etiã in contractibus, vt in l. doli clausula. ff. de verb. oblig. & etiam in statutis & constitutionibus, de quo per Barto. in l. fed & posterioribus. ff. de consti. & etiam in constitutionibus pœnalibus. si imponentibus pœnam pro delictis, vt in l. sanctio legum. & ibi per Barto. ff. de legi. de quo articulo etiam per Io. And. in reg. generi per speciem, lib. 6.

Tertio nota a contrario sensu, secundum Butr. & Ioann. de Imola, & quod si delegatus Papæ fecit sententiam contra formam rescripti, legatus potest eam reuocare, hoc probat iste tex. ibi, & secundum formam nostri mandati sententia fuerit promulgata, non poterit ipse legatus eam quomodolibet irritare &c. ergo a contrario sensu, si est lata contra formam mandati, potest legatus se intrinittere, & idem dicunt, si sententia esset nulla, vt quia esset lata contra ius constitutionis, secus si esset aliqua, vt quia esset lata contra ius litigatoris: quia tunc non possit se intrinittere, cum delegatus censetur esse superior quo ad illam causam ipso legato. Et ex prædictis inferunt, & quod licet inferior non possit se intrinittere de gestis per superiorem, quando gesta sunt valida, tamen si nulla non tollitur cognitio inferioris. quod dicit Ioan. de Imo. esse notandum. sed Iaco. Butr. & Bald. post eum in l. aduersus. C. si aduersus rem iud. dicunt, quod aut agitur principaliter de nullitate, & inferior non potest cognoscere de nullitate sententia: quia is demum potest declarare actum nullum qui potest illud rescindere, si est rescindendus. argum. l. fin. C. de legibus. nisi nullitas appareret ex ipsa inspectione sententia: quia ex quo nullitas se demonstrat, & vitium patet, non est necessaria alia declaratio. argum. l. si quis legatum. ff. de falsis. idem dicas si sententia esset nulla, vt quia esset lata contra formam rescripti, vel contra formam mandati, vt hic. idem putarem quando nullitas appareret ex inspectione processus, per ea quæ notantur ad istud in l. vnica. C. de errore calc. & in cap. in presentia, de renuncia. Aut nullitas deducitur incidenter, & tunc inferior potest cognoscere secundum ipsum: quia ratione incidentium questionum augetur iurisdicctio inferioris iudicis, vt l. quotiens. C. de iud. & hoc tene menti.

Et ex prædictis dicunt Butr. & Ioann. de Imo. & quod si per statutum tollitur facultas opponendi contra sententiam, non intelligitur sublata facultas opponendi, vel cognoscendi de nullitate, de quo per Barto. in l. j. §. 1. ff. quod vi aut clam. & per Butr. Ioan. de Imo. & D. Abb. in c. licet. de elect. dixi in cap. ex parte, 2. §. tit. proxi.

Vltimo nota, & quod legatus potest confirmare sententiam delegati, & ipsam mittere executioni, si est lata rationabiliter. quod qualiter intelligatur, dicitur super glo. fin. Sed D. Abb. inducit istum tex. ad questionem, & nunquid si certis officialibus est datum plenum & generale arbitrium super statu civitatis, vel studij, vel circa aliquid simile, possint tollere statuta specialiter edita. & dicit quod non, nisi ex causa noua, & inconsiderata emerferit, & hoc voluit Bart. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordine faci. & idem tenuit Barto. in l. j. in penult. seu vltima col. de nouo Cod. compo. per l. si hominem. ff. manda.

Et ex hoc inferit etiam D. Abb. per illum tex. ubi probatur, & quod generalis procurator potest inhibere speciali procuratori, ne exequatur illud quod est sibi iniunctum per D. quando oritur causa de nouo, vel delegatur causa antiqua, quasi considerata verifimiliter non emanasset illa commissio specialis, & ita intelligit Bart. illum tex. Et ex hoc inferit D. Abb. & quod ex causa noua vel antiqua nouiter detecta, potest generalis legatus impedire specialem delegatum, & hoc casu commissio generalis præualet speciali, & ad istud facit secundum eum illud, quod dicitur de officialibus habentibus generale arbitrium, qui possunt ex tali causa venire contra statutum specialiter editum, optimè facit quod notat Bald. in rub. C. qui admit. ubi dicit, & quod si Potestas iurat seruare statuta civitatis inter quæ est statutum, quod nullus possit portare arma, si superuenit noua causa & inconsiderata, puta guerra, vel partialitas, non obstante iuramento poterit facere portare arma, nec erit periurus. & mouetur per d. l. si hominem. facit optimè quod notat Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. ubi dicit, & quod Episcopus potest facere statutum contra canones quando superuenit noua causa & necessaria, & sic limita. c.

Alex. de Neuo in primum Decretal.

- ta. c. quod super his, de maior. & obed. & elem. ne Romani, de elect. in quibus dicitur, quod inferior à Papa non potest facere statuta contra canones: nam hoc est verum, nisi superuenierit noua causa & necessaria, & illud dictum Baldi refert & sequitur D. Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs, infra de iudi. & ibi etiam allegat Dominos de Ro. dicentes, quod Episcopus potest dispensare contra canones, si superuenit noua causa & necessaria, & pro hoc facit glo. notabilis 33. quæst. 2. latorem.
- 16 in gl. si. que dicit, quod Episcopus ex causa potest minuere penitentiam iniunctam a Papa, & sacerdos ex causa potest minuere penitentiam iniunctam ab Episcopo. facit notabile dictum Innoc. in cap. 1. de constit. vbi dicit, quod licitum est iudici ex causa transgredi leges & canones.
- 17 Secundo quæro, si nunquid possit appellari a delegato ad legatum ipsius Papæ. Doct. hic dicunt, quod non. & sequuntur etiam Ioan. de Imo. & D. Abb. Ex quo enim legatus non est superior in illa causa, immo inferior, non potest ad eum appellari, cum sit de substantia appellationis, vt interponatur ad superiorem illius qui tulit sententiam, cum appellatio sit de minori iudice ad maiorem prouocatio, vide bonum tex. iuncta glo. in cap. non putamus, in verbo, officiali. de consue. in 6.
- 18 Nunquid tamen legatus possit restituere in integrum contra sententiam delegati Papæ. & D. Abb. dicit, quod non, allegat tex. & glof. notabilem in l. aduersus. C. si aduersus rem iudic. facit optimè tex. in c. pastoralis, §. præterea. j. de offic. ordi.
- 19 vbi patet, quod nullus potest absoluere excommunicatum a delegato Papæ, vel si delegatus Papæ fecit immissionem in possessione ex causa contumaciæ, non potest recuperare possessionem ipsam, nisi per Papam vel alium delegatum, qui succedit primo in onere & honore: vnde sicut solus Papa potest absoluere excommunicatum a delegato, & solus potest restituere possessionem ipsam, eodem modo solus Papa restituit contra sententiam delegati sui.
- 20 Nunquid tamen ipse delegatus possit restituere. Barto. in d. l. aduersus, distinguit, quod aut est sententia interlocutoria, & potest restituere: aut est definitiua, & tunc non potest restituere, sed solus Princeps potest restitutionem concedere. & mouetur Bart. per d. l. aduersus. sed D. Abb. hic tenet contrarium: quia iuri dictio delegati etiam post sententiam durat respectu executionis faciendæ, vt supra tit. prox. in litteris. & ca. quærenna. sed vbi delegatus retinet sibi executionem sententiæ, censetur sibi retinere iurisdictionem, vt in c. si delegatus, de offic. deleg. in 6. ergo potest restituere incidenter aduersus sententiam suam, ex quo sententia nondum est executioni man data, pro hoc allegat glo. singularem in c. iurisdictione, de restit. in inte. vbi dicunt, quod si sententia lata contra procuratorem, nondum est executioni mandata, potest procurator sine speciali mandato petere restitutionem in integrum aduersus sententiam, & cum restitutio non potest fieri principaliter per procuratorem sine speciali mandato, vt in l. illud. §. si talis. ff. de minor. & in l. vnica. C. etiam per procuratorem. & quod procurator possit petere restitutionem in integrum incidenter sine speciali mandato, probatur in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procur. facit c. penul. j. de restit. in integ. vbi patet, quod delegatus ab ordinario carente administratione, & etiam arbitrio, potest cognoscere incidenter de causa restitutionis in integrum. & subdit D. Abb. quod Bald. in l. iudex. ff. de re iudic. hoc videtur sentire. & dicit se latius consuluisse in questione facti. Subdit etiam, quod præsupposito, quod delegatus non possit restituere aduersus sententiam, tamen poterit audire ex capientem, de restit. in integ. & si viderit eum debere concedi, poterit supersedere executioni, & remittere causam ad superiorem seu ad ipsum Principem. allegat not. in cap. de cætero. j. de re iudic. & in l. vnica. C. de in integ. restituit. post allegat etiam glo. not. 7. quæst. 6. biduum. quæ dicit, quod licet metropolitanus non possit deponere Episcopum, tamen potest pronuntiare eum deponendo, & remittere eum ad Papam: sed hoc dictum glo. non est verum, & communiter reprobat. & D. Abb. in c. præcedenti, reprobat illam glo. & etiam in cap. 1. de iudic. opin. autem Bart. l. quod delegatus non possit restituere aduersus propriam sententiam definitiuam, sequitur Iac. But. & Bald. in l. aduersus, & Salic. qui dicit istam opin. communiter teneri. tamen hoc fallit in legato ad vniuersitatem causarum: quia ipse potest restituere aduersus sententiam definitiuam per ipsum latam, cum remaneat iudex in alijs causis. & de hoc est tex. cum gl. & sequitur etiam Bart. in l. fin. C. vbi & apud quem. & sic limitatur communis opin. vt procedat quando restitutio in integrum petitur principaliter, secus si incidenter: quia tunc indistinctè potest retractari, etiam si est delegatus ad vnã causam, quæ esset notabilis limitatio ad l. aduersus. & sic procederet opin. Dom. Abb. qui etiam ita loquitur.
- 23 Sed ego puto, quod non possit retractari, quia delegatus lata sententia est functus officio suo, siue bene, siue male iudica-

uerit, & remanet iudex solum respectu executionis, vt in l. iudex postquam. ff. de re iudic. & s. tit. prox. c. in litteris. & c. quærenti. & quod in eis no. tamen delegatus non potest retractare sententiam suam definitiuam nullam, nisi sit lata contra formam mandati, vt in l. si vt proponis. C. quom. & quan. iud. & dixi in d. c. in litteris. & per D. Abb. in cap. qualiter & quando, el. j. de accus. Vnde multo minus debet posse restringere sententiam validam. puto tamen quod possit audire excipientem de restitutione, quo ad finem supersedendi executioni sententiæ, & quo ad finem vt remittat causam ad superiorem: quia si talem exceptionem potest audire contra sententiam superioris, vt in d. c. de cætero. multo fortius contra sententiã propriã.

In gl. 1. hæc gl. voluit dicere, quod si quis hodie impetrat rescriptum ad delegatum, sicut potest conueniri coram ordinario, ex quo nondum est facta citatio per delegatum, vt in d. cap. vt debitus. ita potest conueniri coram legato, de quo plenè dixi in d. c. vt debitus, & in cap. 1. & in cap. si autem. & in cap. plerunque. §. de rescrip.

In glo. 2. dic. quod in c. ex parte, vtrunque mandatum erat speciale: quia licet primum rescriptum videretur generale quoad verba, non tamen poterat verificari, nisi in primo archidiaconatu vacaturo, & ideo cum restringerentur ad vnicum tantum archidiaconatum primæ literæ erant quo ad effectum speciales, licet quo ad verba viderentur generales, & ideo non valuerunt secundæ literæ, non facta mentione de primis, secus in casu huius capituli.

In glo. fin. diuide ipsam in duas partes: In prima examinat quomodo accipiatur hic verbum, confirmare. In secunda, nunquid delegatus possit compellere legatum, vt mittat suam sententiam executioni. Secunda ibi, sed nunquid legatus.

In prima dic. fm Ioan. And. & Doct. quod iste tex. loquitur de quadam approbatione vel collaudatione, vel commendatione. vnde dicit Bal. quod ista confirmatio tendit ad bene esse, quia testimonium & opinio legati est elegans & magnæ auctoritatis, sed non requiritur ad substantiam: quia qui non potest infirmare, non potest auctorizabiliter confirmare, & hoc tene menti.

25 Ex prædictis no. tamen quod est duplex confirmatio: nam quædam confirmatio est auctorizabilis, & ista fit a superiore: quædam est confirmatio, quæ consistit in facto, & ista accipitur pro commendatione, seu collaudatione, seu testimonio, quod actus sit bene & rectè gestus, & ista possunt fieri a quocunque inferiore, immo a qualibet priuata persona. proprie tamen loquendo, confirmatio est illa quæ fit per superiorem, & sic in dubio vbi fit mentio de confirmatione, debet intelligi de confirmatione auctorizabili, nisi aliud appareat.

26 In secunda parte glo. vult ergo gl. tamen quod delegatus non possit compellere legatum, vt exequatur suam sententiam. & cum ista opin. tranfit Io. And. & Butr. Sed D. Card. tenet contrarium dicens, quod delegatus potest compellere legatum, vt exequatur sententiam suam. D. Abb. hic in fi. refert opin. & dicit, quod indistinctè delegatus potest compellere legatum, vt exequatur suam sententiam: quia est maior eo quo ad illam causam. & pro hoc calle. c. sane. & quod ibi no. s. tit. prox. & subdit, quod hæc opin. est fortè verior, licet alia sit equior. idè videtur sentire hic Io. de Imo. propè si. dum dicit, quod legatus tenetur exequi sententiam delegati: quia in illa causa est minor ipso delegato. & istam opin. credo esse verissimam.

27 Extra gl. quæro de vna q. quam posuit Bald. in d. l. aduersus. C. si aduer. rem iudi. in 2. q. vbi format q. talem, tamen Constitutio domini Sabienfis dicit, quod valeat appellatio, licet nunquã petatur apostoli. modò Papa delegauit causam in illa prouincia, & delegatus tulit sententiam, & ab illa sententia fuit appellatum, nec fuerunt petiti apostoli j. xxx. dies. quæritur vtrū ista appellatio intelligatur de ierta. & determinauit quod sic, per istum tex. quia constitutio legati non potest extendi ad sententias latis per delegatos Papæ, cum sint maiores ipso legato. dicit tamen Bald. quod si fuisset facta auctoritate apostolica concessa specialiter ipsi legato, tunc appellatio non esset de ierta. secus dicit, si Papa confirmasset talem constitutionem ad casum, qui non includebatur in ipsa, quia natura confirmationis est addere robur confirmato, non autem ipsum extendere ad id, quod in eo non includebatur, vt ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. testamento. tamen Sed Lud. Rom. in 2. consuet. incho. secundum ordinem consil. quem habeo, incip. in Christi nomine, amen. Visi mihi propositis in dubio, in quo quæritur, dicit quod si legatus facit constitutionem, vt non valeat appellatio, nisi appellans petat causam committi in ira sex dies, non extenditur ad appellantes interpositas ad Papam, nisi constitutione inuenerit municipaliter approbata per Papam, & ponit exemplum in ciuitate.

F I N I S.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F.

Omnes sunt Quaterniones, præter EE & FF, Terniones.

VENETIIS, APVD IVNTAS,
M D LXXV.

